



Marco Buonocore (Hrsg.)

**Corpus inscriptionum Latinarum / consilio et auctoritate
Academiae Scientiarum Berolinensis et Brandenburgensis editum**

**Volume 9: Inscriptiones Calabriae, Apuliae, Samnii, Sabinorum,
Piceni Latinae**

Supplementum Pars 1: Regio Italiae Quarta

Fasciculus 2: Marrucini - Paeligni - Vestini (CIL IX 6974-7638)

Berlin/Boston: De Gruyter, 2019

ISBN: 978-3-11-067164-3

Persistent Identifier: urn:nbn:de:kobv:b4-opus4-38849

Die vorliegende Datei wird Ihnen von der Berlin-Brandenburgischen Akademie der Wissenschaften unter einer Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 4.0 International (cc by-nc-sa 4.0) Licence zur Verfügung gestellt.



CORPVS
INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE
ACADEMIAE SCIENTIARVM
BEROLINENSIS ET BRANDENBVRGENSIS
EDITVM

VOLVMINIS NONI
SVPPLEMENTVM
PARS PRIMA

DE GRUYTER
MMXIX

INSCRIPTIONES
CALABRIAE APVLIAE SAMNII
SABINORVM PICENI
LATINAE

CONSILIO ET AVCTORITATE
ACADEMIAE SCIENTIARVM
BEROLINENSIS ET BRANDENBVRGENSIS
EDITAE

REGIO ITALIAE QVARTA
SVPPLEMENTVM

FASCICVLVS SECVNDVS
MARRVCINI – PAELIGNI – VESTINI
(CIL IX 6974–7638)

EDIDIT
MARCO BUONOCORE

DE GRUYTER
MMXIX

Dieser Band wurde im Rahmen der gemeinsamen Forschungsförderung von Bund und Ländern im Akademienprogramm mit Mitteln des Bundesministeriums für Bildung und Forschung und mit Mitteln des Regierenden Bürgermeisters von Berlin, Senatskanzlei – Wissenschaft und Forschung erarbeitet.



Gedruckt auf säurefreiem Papier,
das die US-ANSI-Norm über Haltbarkeit erfüllt.

ISBN 978-3-11-067164-3

Bibliographische Information Der Deutschen Nationalbibliothek

Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in der Deutschen Nationalbibliografie;
detaillierte bibliografische Daten sind im Internet über <http://dnb.ddb.de> abrufbar.

Library of Congress Control Number: 2019949226

© 2019 Walter de Gruyter GmbH, Berlin/Boston
Druck und Bindung: Hubert & Co. GmbH & Co. KG, Göttingen

www.degruyter.com

CONSPECTVS HVIVS FASCICVLI

	p.	n.
Praefatio	CXXVII	
Abbreviationes	CXXXI	
Conspectus auctorum operumque laudatorum	CXXXIII	
Periodica seriesque abbreviate laudatae	CLXXIII	
Explicatio notarum	CLXXIX	
Pars tertia: Marrucini	1267–1305	6974–7039
LXVI. Teate Marrucinatorum	1267–1305	
Addenda et corrigenda	1267–1275	321*–326*. 3012–3042. 6316–6318
Falsum	1275	777*
Tituli novi	1275–1305	6974–7039
Pars quarta: Paeligni	1306–1545	7040–7446
LXVII. Pagus Interpromium	1306–1331	
Addenda et corrigenda	1306–1312	326*. 337*. 3043–3073
Tituli novi	1312–1331	7040–7099
LXVIII. Sulmo	1332–1400	
Addenda et corrigenda	1332–1345	329*–331*. 339*. 766*. 3074–3136. 3227a. 6319–6321. 6408a
Falsae vel alienae	1345	778*–780*
Tituli novi	1346–1400	7100–7220
LXIX. Pagus Lavernae	1400–1404	
Addenda et corrigenda	1400–1402	335*. 3137–3143
Tituli novi	1402–1404	7221–7225
LXX. Corfinium	1405–1508	
Addenda et corrigenda	1405–1442	327*–328*. 332*. 334*. 338*. p. 298 <i>a–g</i> . 3121a. 3144–3301. p. 678 (ad p. 297). p. 679 <i>h–q</i> . 6322–6346. 6408b–6412a
Tituli novi	1442–1508	7226–7381
LXXI. Superaequum	1508–1545	
Addenda et corrigenda	1508–1519	3181. 3245. 3302–3335
Alienum	1520	781*
Tituli novi	1520–1545	7382–7446
Pars quinta: Vestini	1546–1693	7447–7638
LXXII. Aternum vicus	1546–1549	
Addenda et corrigenda	1546–1548	341*–347*. 3336–3341
Tituli novi	1548–1549	7447–7448
LXXIII. Angulus	1549–1550	
Addenda et corrigenda	1549–1550	3342–3346
Tituli novi	1550	7449–7450

	p.	n.
LXXIV. Pinna Vestina	1551–1575	
Addenda et corrigenda	1551–1556	348*. 3347–3374
Tituli novi	1556–1575	7451–7493
LXXV. Aufinum	1575–1593	
Addenda et corrigenda	1575–1583	3375–3413
Falsum	1583	782*
Tituli novi	1584–1593	7494–7519
LXXVI. Peltuinum Vestinum	1593–1643	
Addenda et corrigenda	1593–1617	352*. 3323. 3414–3512. 4209
Tituli novi	1617–1643	7520–7596
LXXVII. Furfo	1644–1660	
Addenda et corrigenda	1644–1656	349*. 3513–3568
Tituli novi	1656–1660	7596a–7604
LXXVIII. Vicus potius quam Pagus Fificulanus	1661–1675	
Addenda et corrigenda	1661–1668	351*. 3569–3601
Tituli novi	1668–1675	7605–7621
LXXIX. Aveia Vestina	1675–1693	
Addenda et corrigenda	1675–1685	353*. 3602–3648. 4194
Tituli novi	1685–1693	7622–7638
Index minor	1695–1706	
Tabellae synopticae	1707–1712	

PRAEFATIO

Cum d. 12 m. Sept. a. 1979 Romam rediens e civitate Teate Marrucinatorum, ubi, monente praefecto antiquitatum GIOVANNI SCICHLONE, omnes titulos Latinos in museo nationali servatos inspexeram descripseramque, pulcherrimas regionis Aprutinae plagas ab auctoribus et antiquis et recentioribus saepius memoratas e hamaxostichi fenestra contemplatus essem, mihi primum in mentem venit omnes inscriptiones regionis quartae Augusteae colligere, comparare, describere, recognoscere ad supplementum voluminis IX Corporis Inscriptionum Latinarum edendum (etiam vide, quae scripsi in *Epigraphica* 44, 1982, 169–188). Postquam schedas titulorum in museo Teatino servatorum perscripsi (denuo maximas ago gratias GIOVANNI SCICHLONE, qui imagines et ope lucis expressas et delineatas a viris peritis sumptas mihi officiose suppeditaverit), magister meus SILVIO PANCIERA officium inscriptionum ad urbes Teate Marrucinatorum et Histonium pertinentium edendarum mihi commisit. Qui tituli in nova serie vocata *Supplementa Italica* a. 1983 publici iuris facti sunt. Posthac, praeter officia Vaticana, ad colligendas totas inscriptiones regionis IV Augusteae, non solum illas in Corpore editas vel etiam post Corpus editas vel etiam nondum vulgatas, animum et mentem intendi. Qua re HANS KRUMMREY, vir rei epigraphicae peritissimus, a. 1986 – postquam supplementum inscriptionum Latinarum aetatis rei publicae ab Attilio DEGRASSI a. 1965/68 confectum edendum ipse curavit – suasit, ut mihi haesitabundo officium supplementi Corporis voluminis IX titulos regionis quartae complectentis praeparandi committeretur, Academia Scientiarum Berolinensi consentiente atque probante. Ilico opus omnibus viribus aggressus sum et illa itinera difficillima sed fructuosissima per totam regionem quartam, MOMMSEN illum sequens, iteravi. Cuius regionis fines servavi, quos indicat Plinius (*nat.* 3,12), addam MOMMSEN duce (p. 203) sub exemplo Strabonis et Ptolomaei agrum urbium Telesiae et Allifarum (quamquam viri docti quidam cogitant, fortasse recte, Telesiam et Allifas ad Campaniam referendas esse, immo Tibur non Latio veteri sed regioni quartae fuisse). Inde a meridie ad septentrionem Samnites, Frentanos, Marrucinos, Paelignos, Vestinos, Marsos, Albenses, Aequiculanos et Sabinos habes. Quo opere addenda et corrigenda ad inscriptiones, quas invenies in Corpore, et editio titulorum, qui hoc Corpore adhuc aut afuerunt aut minus recte publici iuris facti sunt, continentur. Cuius autem regionis et titulos ad instrumentum q. d. domesticum pertinentes, si excipias fistulas et signacula, et miliaria a me collecta, quae in volumine huius Corporis XVII sum editurus, non recensui.

In titulis describendis leges regulasque, quas magister optimus GÉZA ALFÖLDY in praefatione fasciculi tertii partis octavae voluminis sexti Corporis (p. XII–XIV) statuit, plerumque secutus sum.

In inscriptionibus aut in museis aut in antiquarum rerum repositis receptaculisque servatis comparandis vel praefecti vel ministri antiquitatum vel rectores collectionum mihi subsidio fuerunt, titulos ineditos publici iuris faciendos hoc opere edi permiserunt et me multifarie adiuverunt, qui sequuntur ordine alphabetico nominati, GIUSEPPE ANDREASSI (*Chieti*); ALESSANDRO BETORI (*Roma*), antiquitatum regionis Sabinae peritissimus, d. 7 m. Mart. a. 2015 me deduxit in Forum Novum et in antiquarium nuncupatum *Museo territoriale dell'agro foronovano* nec non de titulis regionis eiusdem comiter me certiore fecit; ADELE CAMPANELLI (*Chieti*); CARLOTTA CARUSO (*Roma*); validissimo auxilio EMANUELA CECCARONI (*Chieti*) de titulis praecipue Albensibus usus sum; LUCILLA D'ALESSANDRO (*Roma*), cum qua Tibure in repositis praefecturae antiquitatum regionis Latii situs in *Tempio d'Ercole* d. 27 m. Iul. a. 2015 titulos Foronovanos et Trebulanos reperire potui; ANGELA DI NIRO (*Campobasso*); VINCENZO D'ERCOLE (*Chieti*); ALIA ENGLER (*Roma*); AMALIA FAUSTOFERRI (*Chieti*) de titulis et Histoniensibus et Carsiolanis semper me certiore fecit; ROSANNA FRIGGERI (*Roma*) imagines photographicas titulorum servatorum in *M. N. R.* mihi suppeditavit; SANDRA LAPENNA (*Chieti*); ZACCARIA MARI (*Roma*) prompta voluntate in titulis regionis Aequae inquirendis semper me adiuvit; MARIA LUISA NAVA (*Capua*); ANGELO PELLEGRINO (*Roma*); ANDREA PESSINA (*Chieti*); ANTONIO SALERNO (*Caserta – Benevento*); MARIA RITA SANZI DI MINO (*Chieti – Roma*); ANDREA ROSARIO STAFFA (*Chieti*) in titulis Histoniensibus et Pinnensibus colligendis magno auxilio semper fuit nec non collectanea in aedibus heredum gentis DE GIORGI *Lanciano* me quoque docuit; CRISTINA TERZANI (*Isernia*); ROSANNA TUTERI (*Chieti*).

Attamen hoc opus sine auxilio virorum mulierumque multorum mihi oblato perfici non potuit. Imprimis memorandi sunt omnes amici et fautores huius supplementi (in quo Deo et valetudine adiutantibus annos fere quadraginta consumpsi), qui consiliis percontationibusque de titulis mecum communicaverunt, imagines vel photographicas vel delineatas mihi suppeditaverunt, libros comparandos animis promptis paratisque et post multum laborem et opera strenua ostenderunt et quae reppererunt vel excogitaverunt liberaliter permiserunt edenda: CLAUDIA ANGELELLI, quae titulos agri vicos, qui hodie dicuntur *Colmartino*, *Collescipoli*, *Moggio Reatino*, *S. Antimo*, *Stroncone* et *Voscigliano*, complectentis summo studio inquisivit; MICHELE CARROCCIA, cum quo laetas horas vespertinas exegi et itinera epigraphica per regionem Samnitum saepius feci; CESARE CASTELLANI, qui non solum titulos regionis Marsae sed etiam Albenses, Carsiolanos, Corfinienses et Curenses magna cum diligentia nec non ratione stabili firmaque investigavit, ut notitia loci, in quo ipsi nunc adservantur, veridica ad hoc tempus esset; GIUSEPPE CHISARI a. 2014 me certiore fecit de titulo n. 8643 muro exteriori affixo domus rusticae sitae in praedio appellato *Cognolo*, quocum a. 1999 tit. n. 4119 servatum *Concerviano* (*Rieti*) muro cuidam exteriori affixum fontis in ambulacro positi, qua ad cenationem monachorum coenobii S. Salvatoris Maioris itur, quoque contuli; CATERINA CIABARRA, quae crebros titulos regionis Vestinae mihi ostendit et librum suum machina dactylographica redactum thesis doctoris dignitatis nominisque a. 2015/16 Romae impetratae apud *Università di Roma "Sapienza"* mihi suppeditavit; GABRIELE CIFANI, cum quo collectanea musei Aquilani a. 1993

contuli, titulos Vestinos, quos recensuit, mihi comiter suppeditavit; titulos, qui adhuc exstant, Nursinos et illos per regionem Nursinam sparsos commode m. Oct. a. 2013 cum ROMANO CORDELLA, qui de titulis nonnullis Amiterninis servatis in vicis *Coppito*, *Lucoli*, *Rocca S. Stefano* et *Tornimparte* me certiore a. 2015 quoque fecit, excutere potui; ALESSANDRO D'AMATO, cum quo a. 1982 et 1987 titulos regionis Marsae crebros contuli et cuius imaginibus multorum titulorum ab ipso recognitorum photographis optime sumptis mihi comiter suppeditatis usus sum; GIANFRANCO DE BENEDITTIS de titulis regionis Samniticae (praesertim de titulis Aeserniae, Boviani Undecimanorum, Bucae et Fagifulae) benigne me certiore fecit; REMO DE CIOCCHIS, qui magno mihi auxilio fuit in titulis vici *Agnone* describendis meque animo candido certiore de novis repertis semper fecit; FLAVIA DE SANCTIS vario modo in titulis Albensibus reperiendis me adiuvit; GIOVANNA DI CARLO titulos nonnullos repertos prope vicum *Bussi sul Tirino* mihi ostendit; sacerdos FERNANDO DI FIORE, qui iam inde ab a. 1982 liberalitate omnes titulos Corfinienses olim perturbatos et dispersos exhibuit et me hospitio comiter semper excepit; ab ANTONINO DI IORIO, genio ut ita dicam loci Boviani Veteris, comiter adiutus sum, cum lapidibus in regione Samnitium adservatis investigandis et describendis vacavi; CLAUDIA DITURI libellum suum machina dactylographica redactum thesis doctoris dignitatis nominisque a. 2007/08 *L'Aquila* impetratae apud *Università degli Studi* mihi suppeditavit et de nonnullis regionis Vestinae titulis me certiore comiter fecit; GIOVANNA FALASCA, cum qua aestate a. 2013 titulos Saepinates denuo contuli; SERAFINO LORENZO FERRERI a. 2015 et 2016 iuvenili robore universam Vestinorum regionem summa cum industria peragravit et titulos nondum editos Aufini et Peltuini cum collega suo PAOLO PANCI accuratissime et doctissime descripsit; cum TERENCE FLAMINI a. 2005 et 2014 titulos Carsiolanos recognovi; saepissime usus sum schedis GIORGIO FILIPPI de titulis regionum Sabinae et Vestinae peritissimis; GERARDO FRATIANNI, qui praeter Terventinas alias inscriptiones regionis Samniticae mihi ostendit; FULVIO GIUSTIZIA titulorum Vestinorum indagator schedas suas semper mihi praebuit; CANDIDO GRECO titulos praesertim Pinnenses et Interpromii repertos mihi liberaliter suppeditavit; GIUSEPPE GROSSI, qui vario modo de titulis Marsis me certiore fecit; TERZILIO LEGGIO, qui non solum potestatem collectaneorum suorum recognoscendorum mihi dedit sed etiam titulos nonnullos in regione Sabina servatos ostendit; FRANCESCA LEZZI, quae de titulis Reatinis nuperrime in lucem detectis me certiore fecit et imagines photographicas officiose suppeditavit; NICOLA MANCINI, qui et per Allifas et per agrum Allifanum aestate a. 1991 prospere me deduxit; amicus carissimus EZIO MATTIOCCO me m. Febr. a. 1982 benigne Sulmone accepit, titulos Sulmonenses et Vestinos mihi ostendit et huic supplemento iterum iterumque semper adfuit; VALENTINO NASSA una cum patruo suo MARIO in titulis et Telesinis et Allifanis reperiendis me multifarie adiuvit; PASQUALE ORSINI nonnullas inscriptiones Sulmonenses et Iuvanenses mihi patefecit; cum amico GIOVANNI GIACOMO PANI, qui coemeteriis et titulis Christianis regionis quartae Augusteae investigandis praefuit, inter a. 1983 et 1984 coemeterium prope vicum *Castelvecchio Subequo*, cryptam ecclesiae S. Michaelis Archangelis apud vicum *San Vittorino* et museum apud abbatiam S. Clementi prope vicum *Torre dei Passeri* exploravi et inscriptiones, quae supersunt, omnes contuli; CRISTINA PEPE, quae iussu meo manu scriptum sign. XXI. D. 27 saec. XVII medio exaratum a NICOLAO TOPPI, servatum Neapoli in *Biblioteca della Società Napoletana di Storia Patria*, studiose contulit; MARIA FLAVIA PEROTTI, in rebus Aequiculanis peritissima, titulum n. 8872 Herculi dicatum in regione Trebulae Mutuescae repertum mihi quoque indicavit; GIUSEPPE RANUCCI, cum quo a. 2007 titulos Aequiculanos recognovi; ALBERTO RAPISARDA me certiore fecit de titulis nonnullis in regione Vestina repertis; EVANDRO RICCI me per regionem Superaequanam per multos annos deduxit; CESARE SILVI de titulis Aequiculanis semper me certiore fecit; LUCIANA TULIPANI titulos Trebulae in Samnio et nonnullos Iuvanenses et Vestinos mihi ostendit; UMBERTO SOLDOVIERI de traditione manuscriptorum servatorum Capuae in *Biblioteca del Museo Campano* et Neapoli in *Biblioteca della Società di Storia Patria* et Romae in *Archivio Centrale dello Stato* ad titulos et Allifanos et Telesinos pertinentium me comiter certiore fecit; NAPOLEONE STELLUTI, qui titulos repertos in vicis *Campomarino*, *Guglionesi* et *San Giacomo degli Schiavoni* mihi ostendit; SARA VIAN, quae de titulis servatis muro exteriori affixis alae ecclesiae abbatialis nuncupatae S. Maria del Piano sitae haud longe a vico *Orvinio* me certiore fecit; VINCENZO VIVIO, cum quo hieme a. 1984 titulos *Paganica* servatos, praesertim illos aedium gentis DRAGONETTI – DE TORRES iuxta viam *Oberdan* sub n. 4 sitarum, excutere potui. Ago quoque gratias NORBERT FRANK, qui una cum MANFRED G. SCHMIDT et ROBERTA MARCHIONNI tabellam defixionis plumbeae n. 3748 servatam Berolini inter reposita musei *Staatliche Museen zu Berlin Preußischer Kulturbesitz, Antikensammlung* a. 2011 contulit et imagines photographicas tituli n. 2464 inde ab a. 2005 servati *Moskva* inter reposita *Pushkin-Museum* a. 2013 MANFRED SCHMIDT auxilio mihi officiose misit. ROBERTO LAI, *Luogotenente del Reparto Operativo Carabinieri Tutela Patrimonio Culturale di Roma*, titulos ex regione quarta inde in aedes privatas *Anzio* sitas nescio autem quando translatos mihi a. 2014 conferre permisit et imagines photographicas officiose dedit.

Consilia plurima mecum communicaverunt et alio quoque modo mihi auxiliati sunt sodales, qui sequuntur:

Telesia (*Telese*). – In viridario EDMONDO PACELLI hospitalis domus a. 1991 recognovi et omnes fere titulos iam a MOMMSEN descriptos nec non schedas in tabulario domestico servatas. Deinde memorandi sunt LUCIA VACCARELLA; ELISABETTA ANNA VOTTO; LUIGI COLAFRANCESCO; LUIGI CIELO; ANTONIA CUTILLO, quae ultra quam satis est de titulis Telesinis et de manuscripto LIBERI IOSEPHI PETRUCCI (1793–1865) servato Neapoli in *Biblioteca della Società di Storia Patria* me certiore fecit; EMMANUELA MALGIERI; FABIO MASSIMO ROMANO syndicus oppidi *San Salvatore Telesino*; DOMENICO VITELLI; GIUSEPPINA STABILE et LEUCIO MAZZACANE. Praetermittenda quoque non est GIUSEPPINA RENDA, quae liberaliter de novis explorationibus in regione Telesina factis me docuit et commentaria sua mihi dono quoque dedit.

Allifae (*Alife*). – ATTILIO COSTARELLA, DANIELE FERRAIUOLO, FEDERICO MARAZZI, RAFFAELLA MARTINO et PAQUALE SIMONELLI.

Saepinum (*Altilia* prope *Sepino*). – PAOLA CARUSO (*Benevento*); GIUSEPPE LEMBO (*Campobasso*); MARCELLO GAGGIOTTI et MAURIZIO MATTEINI CHIARI, quorum auxilio portae ut ita dicam rei epigraphicae Saepinatis mihi sunt patefactae.

Fagifulae (*S. Maria a Faioli* prope *Montàgano*). – GENNARO TARASCO, qui de nonnullis titulis Saepinatibus certiore quoque fecit et titulos servatos *Baranello* in museo municipali “Giuseppe Barone” nuncupato d. 12. m. Nov. a. 2015 et d. 6. m. Apr. a. 2018 contulit et im. phot. sumpsit.

Terventum (*Trivento*). – ASCENZO COLANGELO (*Schiavi d’Abruzzo*); VINCENZO GALASSO (*Agnone*).

Aufidena (*Castel di Sangro*). – RAFFAELE BUZZELLI officialis bibliothecae communalis “Vincenzo Balzano” (*Castel di Sangro*); ARMANDO IACOBUCCI (*Alfedena*); MARIA TERESA DI LORENZO et PASQUALE SETTEFRATI (*San Pietro Avelana*).

Histonium (*Vasto*). – DOMENICO VENTURA officialis municipalis; LUIGI FIORAVANTI et LUIGI SANTORO custodes musei Vastensis; ANTONIETTA MONTEFERRANTE officialis bibliothecae communalis “Gioachino Rossini”; ALFREDO LE CANALE et FRANCESCO POMPONI (*Monteodorisio*); ROCCO MASCIOTTA (*Dogliola*).

Iuvanum (*S. Maria di Palazzo* prope *Montenerodomo*). – GIOVANNA DI CECCO DI MARINO (*Fara San Martino*); EMILIO PEZZETTA (*Lama dei Peligni*).

Ortona: ANTONIO FALCONE.

Teate Marruciorum (*Chieti*). – FRANCESCO MARANCA, GIOVANNI ALOÈ et UMBERTO SALUTE officiales praefecturae antiquitatum urbis *Chieti*; GLAUCO ROSICA praepositus bibliothecae provincialis Teatinae “Angelo Camillo De Meis”.

Interpromium (prope *S. Valentino*). – ANTONIO ALFREDO VARRASSO et ERNESTO SALERNI (*Castiglione a Casauria*).

Sulmo (*Sulmona*). – MAURO CIANFAGLIONE (*Pratola Peligna*); gens CROCE CIARDI, quae permisit, ut titulum illum ex marmore Lunensi edicti de pretiis Diocletiani in aedibus suis servatum *Pettorano sul Gizio* describerem; FILIBERTO TARULLO (*Scanno*); DOMENICO PACELLI (*Sulmona*); GREGORIO PAOLILLI (*Bugnara*); GIUSEPPE PAPPONETTI (*Sulmona*); MARCO PETRELLA (*Pratola Peligna*).

Corfinium (*Corfinio*). – LETIZIA BRUNETTI (*Corfinio*); COSIMO VENANZIO FUCINESE (*Raiano*); BRUNO MARGIOTTA (*Corfinio*); CARLO VITTORIOSO (*Corfinio*).

Superaequum (*Castelvecchio Subequo*). – FLAVIA DE RUBEIS (*Goriani Valli*); EMILIANO SPLENDORE, praefectus societatis *Gruppo Archeologico Superequano* nuncupatae; ANTONIO PAOLINI (*Castelvecchio Subequo*); GIOVANNI FRANCESCO CALCAGNI (*Goriani Sicoli*), qui crebras imagines photographicas titulorum Superaequanorum et Corfiniensium peritissime effecit.

Peltuinum (prope *Prata d’Ansidonia*). – BRUNO MARCONI; DAVIDE DE GIOVANNI, ALFONSO LUCREZI (*Sulmona*).

Aveia (prope *Fossa*). – Reverendus dominus ORLANDO ANTONINI a. 1998 me certiore fecit de titulo n. 7638 servato muro exteriori affixo frontis ecclesiae dirutae olim cathedralis S. Maximi prope vicum *Forcona* sitae.

Alba Fucens (*Massa d’Albe*). – FRANCESCO FARINA (*Scurcola Marsica*); ELVIO GENTILE et FRANCESCO SCIPIONI, qui imagines photographicas nonnullas mihi suppeditaverunt; GIOVANNI ZACCARIA, qui titulum n. 7965 exstantem in vico *Marano dei Marsi* haud longe a *Magliano dei Marsi* ante ecclesiam dicatam Beatae Virginis Mariae in caelum assumptae sub crucifixo a. 2010 enotavit et me certiore fecit; permissu gentis PACI (memoriam NANDINA illius semper habeo) a. 1982 excutere potui titulos servatos in aedibus eius sitis iuxta viam *Anini* sub n. 18 vici *Massa d’Albe*; GIOVANNA CICCALA descripsit a. 2012 parvam laminam i. e. signaculum ex aere cum anulo in formam navis fictum Albae Fucentis nescio autem quando repertum, nunc servatum *Ripatransone* in museo municipali “Caesare Cellini” (inv. n. 948) et imagines et photographicas et delineatas mihi officiose dedit.

Carsioli (*Piano del Cavaliere inter Arsoli et Carsoli*). – Princeps dominus CARLO MASSIMO et soror ISABELLA, qui permiserunt, ut a. 1986 titulos servatos in sua villa in vico *Arsoli* sita conferrem et imagines photographicas sumerem; gens BATTISTI (*Rocca di Botte*); FABRIZIO COLELLI (*Civita di Oricola*); MICHELE SCIÒ (*Roma*).

Aequiculani (*Nesce*). – ANTONIO MARRUCCI (*S. Lucia* apud *Fiamignano*); LUIGI MORELLI (*Nesce*); MARIO VITTORIO PAPALE (*Fiamignano*).

Cliternia (*Capradosso*). – ANTONIO DI NICOLA (*Rieti*); architectus DOMENICO LUGINI (*Roma*).

Amiternum – ager Amiterninus (*San Vittorino* prope *L’Aquila*). – MAURO CIOTTI (*Coppito*); SIMONE FERRACUTI; permissu gentis NANNI titulos servatos in aedibus eius sitis *Pretoro* a. 1993 contuli; sacerdos PASTORELLI (*Roio Piano*); ALESSANDRO ZENODOCCHIO (*Roma*), qui titulum illum Amiterninum legis ut ita dicam furcationis scil. n. 8242 me perdocuit.

Nursia – ager Nursinus (*Norcia*). – CATERINA COMINO et coniugis sui FABIO IAMBRENGHI hospitio magnificentissimo semper usus sum.

Reate et ager Reatinus (*Rieti*). – GIULIO ANNIBALLI (*Amatrice*); ANGELO ILARI (*Greccio*); PIERO TIBURZI (*Roma*); FLORIANA SVIZZERETTO (*Roma*).

Forum Novum (*Vescovio* prope *Torri in Sabina*). – UMBERTO LONGO (*Poggio Sommavilla – Rieti*); MARCO ZOCCHI (*Roma*).

Inter Forum novum et Cures. – DONATA CARRAFELLI et FEDERICO GILETTI (*Castel San Pietro, Mompeo, Montenero, Poggio Mirteto et Salisano*); CRISTIANO RANIERI (*Salisano*).

Trebula Mutuesca (*Monteleone Sabino*). – SIMONE GIANOLIO (*Roma*).

Cures Sabini (*Arci* prope *Passo Corese*). – ANTONIO BRANCATI (*Pesaro*), praefectus bibliothecae Oliverianae, imaginem photographicam sumpsit et mihi dono dedit tituli n. 4965 in museo Oliveriano parieti cuidam exteriori affixi; MANLIO LILLI (*Roma*).

Consiliis percontationibusque mecum comiter communicatis vel alio modo auxilio fuerunt professores vel viri docti nonnulli cum in urbe Roma tum in aliis civitatibus studia sua exercentes, inter quos nominatim commemorantur: SIMONA ANTOLINI de rupibus titulo sepulcrali incisus perita suas schedas et imagines photographicas liberaliter communicavit; CHRISTER BRUUN, qui schedulas meas ad fistulas pertinentes aequo animo recognovit et nonnulla dubia mihi resolvit; doctrinam et humanitatem GIUSEPPE CAMODECA adhibui titulorum nonnullorum Allifanorum Saepinatium Telesinorum explicandorum causa; CESARE LETTA, qui praeter de titulis 'suis' Marsis praesertim de plurimis fragmentis Albensibus, in quibus minio kalendarium et fasti consulares picta sunt (n. 7873), comiter me certiore fecit imaginesque et photographicas et delineatas mihi liberaliter suppeditavit; MATTEO MASSARO magni pretii consilia de carminibus regionis quartae prospere sum secutus; ROBERTA MARCHIONNI, quae me in titulis vel pictis vel stilo scaphatis explicandis adiuvit; MARIA PIA MUZZIOLI, quae antiquitates Curium Sabinorum patefecit; HEIKKI SOLIN, qui me quaerentem saepius de ratione nominum inter alia docuit et imagines photographicas titulorum servatorum in *Mus. Arch. Naz.* Neapolitano mihi suppeditavit; MARIA CARLA SPADONI in titulis antiquis Reate et in agro Reatino repertis magno adiumento mihi fuit, immo me postulante titulum Curensium n. 4959 servatum inter reposita praefecturae antiquitatum regionis Umbriae sitae *Ponte S. Giovanni – Perugia* m. Iun. a. 2015 contulit et imaginem photographicam mihi quoque suppeditavit; FRANK VAN WONTERGHEM, cum quo de titulis in regione Paeligna repertis saepius cum magno beneficio disputavi.

Praeterrmittendi quoque non sunt, praeter eos, qui suo quisque loco nominabuntur, MARIO AMELOTI, RENATO BADALI, ALFREDO BUONOPANE, ELENA CIMAROSTI, MIREILLE CORBIER, MICHAEL CRAWFORD, GIORGIO CRIMI, NICOLA CRINITI, PAOLO CUGUSI, SYLVIE DARDAINÉ, LUISA FRANCHI DELL'ORTO, CARLO DE SIMONE, OLIVIERO DILIBERTO, SILVIA DIEBNER, WERNER ECK, DOMENICO FACCENNA, DAVIDE FAORO, GIULIO FIRPO, GIOVANNI FORNI, LIDIO GASPERINI, GIANLUCA GREGORI, MARGHERITA GUARDUCCI, IIRO KAJANTO, ADRIANO LA REGINA, MARCO MANCINI, ANTONIO MAZZARINO, LUISA MIGLIORATI, GIANFRANCO PACI, PAOLO POCCHETTI, PIER FRANCESCO PORENA, LORENZO QUILICI et STEFANIA QUILICI GIGLI, CECILIA RICCI, EMILIO RODRÍGUEZ-ALMEIDA, OLLI SALOMIES, ANTONIO SARTORI, SIMONETTA SEGENTI, MARA STERNINI, ALESSANDRO TEATINI. De titulis nonnullis Christianis explicandis, praeter GIOVANNI GIACOMO PACI supra laudatum, mihi magno auxilio fuerunt CARLO CARLETTI, ANTONIO FERRUA, DANILO MAZZOLENI, VINCENZO FIOCCHI NICOLAI.

Gratias maximas ago amicis Academiae Berolinensis et Brandenburgensis, quae inscriptionum antiquarum per totum orbem patrocinium sustinet, imprimis MANFRED G. SCHMIDT, qui semper mihi favit, consiliis variis vel alio modo operam dedit nec non manuscriptum meum maxima cum cura et magna patientia correxit et a quo validissimum auxilium mihi Berolini quoque venit (in animo semper habeo insculptum tempus inter d. 2 et 14 m. Mai. a. 2016 comprehensum quod degi Berolini); praeterea ANDREAS FASSBENDER, MARCUS DOHNICHT et ULRIKE JANSEN, qui edendum manuscriptum curaverunt. Huic ut ita dicam triumviratui grato cum animo gratias maximas ago. MARIETTA HORSTER, quae inde a m. Apr. a. 2018 gubernaculum Corporis Inscriptionum Latinarum tenet, magna gratia est habenda, ex eo, quod omnes plagulas huius supplementi attente et sedule perlegit.

Quantum per quadraginta fere annos magister meus rei epigraphicae SILVIO PANCIERA († 2016), cum quo licentiam doctoris dignitatis nominisque d. 20 m. Iul. a. 1977 Romae impetravi apud *Università degli Studi di Roma "La Sapienza"*, mihi auxilio fuerit, verbis exprimere difficile est. Me humanitate excepit et iuvenilem meum ardorem ita et adiuvit et temperavit maturitate sua; in titulis describendis mihi benevole adstitit; quandocumque eum adivi, numquam consilio et opere defuit; plurima mea dubia resolvit, bibliographicas schedas et opera sua, quae iam in lucem prodierant, mihi liberaliter suppeditavit; egregiam operam in quaestionibus epigraphicis et palaeographicis dedit.

Sine omnium sodalium supra memoratorum auxilio (veniam peto si nominum nonnullorum sum oblitus), inter quos non desunt, qui morte erepti sunt, supplementum edi numquam potuisset (in mentem semper mihi venit Seneca ille, qui, ut inter omnes constat, scripsit quae sequuntur, scil. *epist. 95,53: societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quae casura, nisi in vicem obstant, hoc ipso sustinetur*).

Restat, benevole lector, ut viris doctis posteris et praesertim iuvenibus, qui scientiam epigraphicam aggressuri sunt, hoc opus tradam, qui id emendare nec non exsequi sine ullo dubio valebunt; omnes autem precor, ut mihi ignoscant, si errores fecerim et opera nonnulla vel dissertationes me effugerint (quae si in recensionibus suis memoraverint, eis gratiam maximam agam). Ceterum, ut semper dico et scribo, melius est opus utile condere quam perfectum somnare.

ABBREVIATIONES

Abbreviationes speciales, quibus in hoc opere usi sumus, spectant partim ad nomina auctorum, partim ad nomina museorum collectionumque ceterarum et institutorum, in quibus tituli aut schedae imaginesque photographicae eorum asservantur:

M. B. = M. BUONOCORE

ACE = *Archivum Corporis Electronicum* (vide <http://cil.bbaw.de>)

Arch. Sopr. Chieti = *Archivio della Soprintendenza Archeologica di Chieti*

Arch. Sopr. Lazio = *Archivio della Soprintendenza Archeologica del Lazio*

Arch. Sopr. Molise = *Archivio della Soprintendenza Archeologica del Molise*

A. T. = *Antiquarium Teatinum*

Bibl. Mus. Campano = *Biblioteca del Museo Campano*

D. A. I. Rom = *Deutsches Archäologisches Institut, Abteilung Rom*

M. N. R. = *Museo Nazionale Romano*

MPI. Dir. Gen. AABBA = *Ministero della Pubblica Istruzione. Direzione Generale Antichità e Belle Arti*

Mus. Arch. Naz. Neapolitanum = *Museo Archeologico Nazionale Neapolitanum*

Mus. Arch. Vastese = *Museo Archeologico del Vastese*

Mus. Cap. = *Musei Capitolini i. e. Palazzo dei Conservatori et Museo Capitolino et cet. (si adnotatio ad reposita Museum Capitolinorum vel ad notas numeri negativorum spectat)*

Mus. Civ. Arch. = *Corfinio. Museo Civico Archeologico "Antonio De Nino"*

Mus. Civ. Rom. = *Museo della Civiltà Romana*

Mus. Doc. = *Museo Documentario Altilia*

Mus. Prov. Campano = *Museo Provinciale Campano*

Mus. Vat. = *Musei Vaticani*

Sopr. Ant. Abr. e Molise = *Soprintendenza alle Antichità degli Abruzzi e del Molise*

Sopr. Arch. Chieti = *Soprintendenza Archeologica di Chieti*

CONSPECTVS AVCTORVM OPERVMQVE LAVDATORVM

In hoc conspectu enumeravi libros monographicos et collectiones auctorum variorum nec non editiones titulorum iam ad finem redactas. In notis bibliographicis tam ad titulos plene editos adscriptis quam in addendis et corrigendis inscriptionum iam supra editarum mentionem collectionum lexicorumque prosopographicorum operumque aliorum nonnullorum, quae libris studiisque recentioribus publici iuris factis hodie usui tantum minori essent aut res notas solum repeterent, generaliter omisi. Quae opera quidem in hac bibliographia comprehenduntur; ad titulos singulos laudantur imprimis, si res notabiles aliunde omissas vel minus recte propositas continent, praeterea, si titulus, qui tractatur, bibliographia alia caret, item, si opus bibliographiam continet ampliorem ea, quae hoc Corpus praebet.

- ABBATE, *Guida* I-II = E. ABBATE, *Guida dell'Abruzzo* I-II, Roma 1903.
- Abbatia S. Clementis = G. SARTORELLI – F. PARENTI – L. MANCINI – L. IANNUCCI, *Abbatia S. Clementis*, Pescara 1975.
- ABRAMENKO, *Munizipale Mittelschicht* = A. ABRAMENKO, *Die munizipale Mittelschicht im kaiserzeitlichen Italien: zu einem neuen Verständnis von Sevirat und Augustalität (Europäische Hochschulschriften 547)*, Frankfurt a. M. – Berlin – Bern – New York – Paris – Wien 1993.
- ABSIL, *Préfets* = M. ABSIL, *Les préfets du prétoire d'Auguste à Commode. 2 avant Jésus-Christ – 192 après Jésus-Christ*, Paris 1997.
- Abruzzo nel Medioevo = E. TIBONI (Ed.), *Abruzzo nel Medioevo*, Pescara 2003.
- ACCIVILE – GUALTIERI – NANNARONE, *Scanno* = R. ACCIVILE – M. GUALTIERI – R. NANNARONE, *Scanno. Guida storica artistica (da un manoscritto inedito di Mons. G. CELIDONIO)*, Roma 1974.
- Acque, grotte e Dei = M. PACCIARELLI (Ed.), *Acque, grotte e Dei. 3000 anni di culti preromani in Romagna, Marche e Abruzzo*, Imola (BO) 1997.
- Acta Barcelona = M. MAYER Y OLIVÉ – G. BARATTA – A. GUZMÁN ALMAGRO (Ed.), *XII Congressus Internationalis Epigraphiae Graecae et Latinae. Provinciae Imperii Romani inscriptionibus descriptae. Barcelona, 3–8 Septembris 2002. Acta I–II (Monografies de la Secció Històrico-Arqueològica 10)*, Barcelona 2007.
- Acta Cambridge = *Acta of the Fifth International Congress of Greek and Latin Epigraphy Cambridge 1967*, Oxford 1971.
- Acta Colloquii Epigraphici Latini = H. SOLIN – O. SALOMIES – U.-M. LIERTZ (Ed.), *Acta Colloquii Epigraphici Latini Helsingiae 3.–6. Sept. 1991 habiti (Soc. Scient. Fennica, Comment. Human. Litt. 104)*, Helsinki 1995.
- Actes Constantza = *Actes du VII^e Congrès international d'Épigraphie grecque et latine. Constantza, 9–15 septembre 1977*, București – Paris 1979.
- Actes du Colloque Degrassi = *Epigrafia. Actes du Colloque international d'épigraphie latine en mémoire de Attilio Degrassi pour le centenaire de sa naissance, Rome, 27–28 mai 1988 (Coll. de l'École Fr. de Rome 143)*, Paris – Rome 1991.
- Actes Nîmes = M. CHRISTOL – O. MASSON (Ed.), *Actes du X^e Congrès international d'Épigraphie grecque et latine. Nîmes, 4–9 octobre 1992 (Histoire ancienne et médiévale 42)*, Paris 1997.
- Ad itum liberum = O. MERISALO – R. VAINIO (Ed.), *Ad itum liberum. Essays in honour of Anne Helttula*, Jyväskylä 2007.
- Affreschi = L. ANGELETTI (Ed.), *Gli affreschi della chiesa di S. Scolastica a Norcia*, Norcia (PG) 1981.
- Ager Campanus = G. FRANCIOSI (Ed.), *Ager Campanus. Atti del Convegno Internazionale «La storia dell'Ager Campanus, i problemi della limitatio e sua lettura attuale». Real sito di S. Leucio, 8–9 giugno 2001*, Napoli 2002.
- AGOSTINONI, *Il Fucino* = E. AGOSTINONI, *Il Fucino*, Bergamo 1908.
- Aia dei musei = F. DE SANCTIS – R. DEL MONACO – A. SARAGOSA – D. VILLA (Ed.), *L'aia dei musei*, Avezzano (AQ) 2012.
- AISCOM XVIII = *Atti del XVIII Colloquio dell'Associazione Italiana per lo Studio e la Conservazione del Mosaico con il patrocinio del Ministero per i Beni e le Attività Culturali, Cremona, 14–17 marzo 2012*, Tivoli (RM) 2013.
- Akte Wien = *Akte des IV. Internationalen Kongresses für griechische und lateinische Epigraphik. Wien, 17. bis 22. September 1962*, Wien 1964.
- Akten München = *Akten des VI. Internationalen Kongresses für griechische und lateinische Epigraphik München 1972 (Vestigia 17)*, München 1973.
- Alba Fucens I–II = J. MERTENS (Ed.), *Alba Fucens. Rapports et études I–II (Inst. Hist. Belge de Rome. Études 12–13)*, Bruxelles – Rome 1969.
- ALBINO, *Ricordi* = P. ALBINO, *Ricordi storici e monumentali del Sannio Pentro e della Frentania I*, Campobasso 1879.
- ALESSIO – DE GIOVANNI, *Preistoria e protostoria* = G. ALESSIO – M. DE GIOVANNI, *Preistoria e protostoria linguistica dell'Abruzzo*, Lanciano – Chieti 1983.
- ALFÖLDY, *Bevölkerung* = G. ALFÖLDY, *Bevölkerung und Gesellschaft der römischen Provinz Dalmatien. Mit einem Beitrag von A. Mócsy*, Budapest 1965.
- ALFÖLDY, *Epigrafia augustea* = G. ALFÖLDY, *Studi sull'epigrafia augustea e tiberiana di Roma (Vetera 8)*, Roma 1992.
- ALFÖLDY, *Fasti Hispanienses* = G. ALFÖLDY, *Fasti Hispanienses. Senatorische Reichsbeamte und Offiziere in den spanischen Provinzen des römischen Reiches von Augustus bis Diokletian*, Wiesbaden 1969.
- ALFÖLDY, *Gallia Cisalpina* = G. ALFÖLDY, *Städte, Eliten und Gesellschaft in der Gallia Cisalpina: Epigraphische Untersuchungen (HABES 30)*, Stuttgart 1999.
- ALFÖLDY, *Heeresgeschichte* = G. ALFÖLDY, *Römische Heeresgeschichte. Beiträge 1962–1985 (Mavors 3)*, Amsterdam 1987.
- ALFÖLDY, *Hilfstruppen* = G. ALFÖLDY, *Die Hilfstruppen der römischen Provinz Germania inferior (Epigr. Studien 6)*, Düsseldorf 1968.
- ALFÖLDY, *Konsulat* = G. ALFÖLDY, *Konsulat und Senatorenstand unter den Antoninen. Prosopographische Untersuchungen zur senatorischen Führungsschicht (Antiquitas 1. 27)*, Bonn 1977.
- ALFÖLDY, *Legionslegaten* = A. ALFÖLDY, *Legionslegaten der römischen Rheinarmeen (Epigr. Studien 3)*, Graz – Köln 1967.

- ALFÖLDY, *Noricum* = G. ALFÖLDY, *Noricum*, London – Boston 1974.
- ALFÖLDY, *Personennamen* = G. ALFÖLDY, *Die Personennamen in der römischen Provinz Dalmatia (Beiträge zur Namenforschung, N. F., Beibeft 4)*, Heidelberg 1969.
- ALFÖLDY, *Rolle* = G. ALFÖLDY, *Die Rolle des Einzelnen in der Gesellschaft des römischen Kaiserreiches. Erwartungen und Wertmaßstäbe (Sitzungsberichte der Heidelberger Akademie der Wissenschaften. Phil.-Hist. Klasse 8)*, Heidelberg 1980.
- Alife. Anfiteatro* = G. SORICELLI – E. A. STANCO (Ed.), *Alife. L'Anfiteatro Romano*, Piedimonte Matese (CE) 2009.
- Alife romana* = *Alife romana: contributo alla conoscenza delle opere pubbliche e private*, Napoli 1982.
- ALLEGA, *Gagliano Aterno* = D. ALLEGA, *Gagliano Aterno. La storia – I monumenti – Il folklore*, Pratola Peligna (AQ) 1977.
- ALMAR, *Inscriptiones* = K. P. ALMAR, *Inscriptiones Latinae. Eine illustrierte Einführung in die lateinische Epigraphik (Odense University Classical Studies 14)*, Odense 1990.
- ALTMANN, *Grabaltäre* = W. ALTMANN, *Die römischen Grabaltäre der Kaiserzeit*, Berlin 1905.
- ÁLVAREZ MELERO, *Matronae equestres* = A. ÁLVAREZ MELERO, *Matronae equestres. La parenté féminine des chevaliers romains originaires des provinces occidentales sous le Haut-Empire romain (I^{er}–III^e siècles) (Inst. Belge de Rome. Études 4)*, Bruxelles – Rome 2018.
- ALVINO, *Forum Novum* = G. ALVINO, *La valle del Tevere. Forum Novum e il suo territorio*, Roma 1999.
- ALVINO, *Sabina* = G. ALVINO, *La Sabina*, Roma 1999.
- ALVINO, *Trebula Mutuesca* = G. ALVINO, *Trebula Mutuesca. La riscoperta di un antico centro sabino*, Roma 1995.
- AMATI, *ms.* = G. AMATI, *Libri saec. XIX ineunte manu scripti in Bibliotheca Apostolica Vaticana adservati sign. Vaticani Latini 9734–9782 (etiam vide infra BUONOCORE, Codices Vaticani)*.
- AMELOTTI, *Il testamento romano* = M. AMELOTTI, *Il testamento romano attraverso la prassi documentale. I. Le forme classiche di testamento*, Milano 1966.
- Amicitia* = K. MUSTAKALLIO – CHR. KRÖTZL (Ed.), *De amicitia. Friendship and Social Networks in Antiquity and the Middle Ages (Acta Inst. Rom. Finl. 36)*, Roma 2009.
- AMICONI, *Appunti* = F. M. AMICONI, *Appunti di archeologia cerchiese*, Roma [1987].
- Amplero* = C. LETTA – M. PAOLETTI (Ed.), *Amplero. Archeologia e storia di un centro italico-romano. 20 anni di ricerche. Catalogo della mostra. Collelongo (AQ) – Palazzo Botticelli, 16 agosto–31 dicembre 1989*, Sambuceto (CH) 1989.
- Analecta Brixiana I* = A. VALVO – G. MANZONI (Ed.), *Analecta Brixiana I. Contributi dell'Istituto di Filologia e storia dell'Università Cattolica del Sacro Cuore*, Milano 2004.
- Analecta Brixiana II* = A. VALVO – R. GAZICH (Ed.), *Analecta Brixiana II. Contributi dell'Istituto di Filologia e storia dell'Università Cattolica del Sacro Cuore*, Milano 2007.
- ANAMALI – CEKA – DENIAUX, *Inscriptions latines d'Albanie* = S. ANAMALI – H. CEKA – É. DENIAUX, *Corpus des inscriptions latines d'Albanie (Coll. de l'École Fr. de Rome 410)*, Rome 2009.
- Ancient Documents* = J. BODEL – N. DIMITROVA (Ed.), *Ancient Documents and their Contexts. First North American Congress of Greek and Latin Epigraphy (2011) (Brill Studies Epigraphy 5)*, Leiden 2011.
- Ancient History* = K. ASCANI – V. GABRIELSEN – K. KVIST – A. H. RASMUSSEN (Ed.), *Ancient History Matters. Studies Presented to Jens Erik Skydsgaard on His Seventieth Birthday (Anal. Rom. Inst. Dan. Supplementum 30)*, Roma 2002.
- Ancient Medicine* = PH. J. VAN DER EIJK – H. F. J. HORSTMANSHOFF – P. H. SCHRIJVERS (Ed.), *Ancient Medicine in its Socio-Cultural Context. Papers read at the Congress held at Leiden University, 1–15 April 1992*, Amsterdam – Atlanta (GA) 1995.
- ANDERMAHR, *Totus in praediis* = A. ANDERMAHR, *Totus in praediis. Senatorischer Grundbesitz in Italien in der Frühen und Hohen Kaiserzeit (Antiquitas 3. 37)*, Bonn 1998.
- ANDREAU, *La vie financière* = J. ANDREAU, *La vie financière dans le monde romain. Les métiers de manieurs d'argent (IV^e siècle av. J.-C. – III^e siècle ap. J.-C.) (Bibl. des Écoles Fr. d'Athènes et de Rome 265)*, Roma 1987.
- ANDREAU, *Les affaires* = J. ANDREAU, *Les affaires de Monsieur Jucundus (Coll. de l'École Fr. de Rome 19)*, Rome 1974.
- ANDREOZZI, *Antiche diocesi* = A. ANDREOZZI, *Le antiche diocesi sabine: Cures, Nomentum*, Roma 1973.
- ANELLI, *Esposizione* = L. ANELLI, *Esposizione degli oggetti esistenti nel Gabinetto di Vasto compilata su documenti raccolti dal Betti, dal Marchesani e dall'Altea*, Vasto (CH) 1899.
- ANELLI, *Histonium ed il Vasto* = L. ANELLI, *Histonium ed il Vasto attraverso i secoli*, Vasto (CH) 1929.
- ANELLI, *Ricordi di storia vastese*³ = L. ANELLI, *Ricordi di storia vastese*³, Vasto (CH) 1906.
- ANELLI, *Ricordo di Vasto* = L. ANELLI, *Ricordo di Vasto*, Bergamo 1909.
- Anfiteatro Flavio* = *Anfiteatro Flavio. Immagine – Testimonianze – Spettacoli. Testi di M. L. CONFORTO ... [et AL.; a cura di A. M. REGGIANI]*, Roma 1988.
- ANGELINI, *S. Cesidio* = E. ANGELINI, *Il braccio di S. Cesidio*, Pescara 1985.
- ANGELINI, *Trasacco nell'Impero* = E. ANGELINI, *Trasacco nell'Impero Romano*, Trasacco (AQ) 1978.
- ANGELINI, *Trasacco prima di Roma* = E. ANGELINI, *Trasacco prima di Roma*, Pescara 1973.
- ANGELINI ROTA, *Museo* = G. ANGELINI ROTA, *Il Museo civico di Spoleto*, Spoleto (PG) 1928.
- ANGELINI ROTA, *Spoletto* = G. ANGELINI ROTA, *Spoletto e il suo territorio*, Spoleto (PG) 1920.
- Annaei* = I. GUALANDRI – G. MAZZOLI (Ed.), *Gli Annaei. Una famiglia nella storia e nella cultura di Roma imperiale. Atti del Convegno internazionale di Milano – Pavia, 2–6 maggio 2000*, Como 2003.
- ANONYMUS, *ms. I* = *Inventari e descrizioni delle diverse raccolte conservate nel Museo (liber temporis spatium inter a. 1850–1931 comprehenso exaratus in bibliotheca communitatis Vastensis sine inv. n. servatus)*.
- ANONYMUS, *ms. II* = *Catalogo degli oggetti raccolti nel Museo Archeologico di Istonio (liber manu scriptus saec. XX in. in bibliotheca communitatis Vastensis sine inv. n. servatus)*.
- ANONYMUS, *ms. III* = *Dell'antica Cursuli (liber saec. XVIII ex autographo eiusdem aetatis in aedibus Paoletti vel Antonelli in vico Legogne di Norcia olim servato manu descriptus, qui liber in bibliotheca communitatis Nursina Fondo Carte Cesare Lalli sine inv. n. exstabat; postquam terrae motus d. 24 m. Aug. et d. 30 m. Oct. a. 2016 universum oppidum diruerunt, Spoleto est translatus)*.
- ANONYMUS, *ms. IV* = *Delli Annali di Norcia (liber a. 1600 exaratus in archivio secreto communitatis Nursino exstabat sine inv. n.; postquam terrae motus d. 24 m. Aug. et d. 30 m. Oct. a. 2016 universum oppidum diruerunt, Spoleto est translatus)*.
- ANONYMUS, *ms. V* = *Opusculum cui incipit Nursiam urbem antiquissimam fuisse Romanorum Praefecturam, saec. XVIII medio exaratum, invenitur inter folia CCCVIII–CCCXIV libri manu scripti Memorie di Norcia nempe Zibaldone Fusconi olim servati in bibliotheca communitatis Nursina sine inv. n.; postquam terrae motus d. 24 m. Aug. et d. 30 m. Oct. a. 2016 universum oppidum diruerunt, liber Spoleto est translatus*.

- ANONYMUS, *ms.* VI = Anonymus ordinis fratrum cocullatorum nuncupatus *Minorita Norcino* (attamen videtur fuisse FRANCISCUS ANTONIUS ROCCI, origine Nursinus, ut elicitur ex LALLI, *Miscellanea* n. 46), in libro, cui titulus *Memorie antiche e recenti dell'antichissima città di Norcia*, temporis spatio inter saec. XVIII ex. et XIX in. comprehenso manu scripto olim servato apud archivum dioecesanum *Norcina* sine inv. n., vol. I-II; postquam terrae motus d. 24 m. Aug. et d. 30 m. Oct. a. 2016 universum oppidum diruerunt, liber *Spoletum* est translatus.
- ANONYMUS, *ms.* VII = *Marmi Antichi quali al p(re)se nte se ritrouano dentro la Città de Alife, eccetto quattro quali sono in Piedimonte, tre in lo Monasterio di S(an)to Salvatore, et uno in S(an)to Nazaro, trascritti per inviarsi al S(igno)r Franc(esc)o Ant(oni)o de Tomasi mio S(igno)re* (fasciculus f. 32-37 insertus in codice saec. XVII olim Alessii Symmachi Mazzocchi nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana servato sub num. *Vaticanus Latinus 10593*. Auctor ab Accursio pendere videtur).
- ANONYMUS, *ms.* VIII = *Iscrizioni antiche raccolte dal Mazzocchi ed altre esistenti ne' quartieri Stella, S. Carlo all'Arena, S. Lorenzo ed altri luogbi di Napoli e Pozzuoli* (fasciculus chartarum plerisque manibus saec. XVIII-XIX exaratarum, quas CONSTANTINO CORVISIERI [1822-1898] possedit, nunc servatus Romae apud *Archivio di Stato sign. Miscellanea Corvisieri*, b. 6, fasc. 190 [vide E. CASANOVA, *Gli Archivi Italiani* 7, 1920, 20-48]; in f. 89r-92r transcripti sunt tituli viginti sex Telesini, scil.: *Inscriptiones Thelesinae* (add. in *Campania*). Gratias ago UMBERTO SOLDVIERI, qui me comiter certiore fecit.
- ANONYMUS, *ms.* IX = Libellus redactus a. 1876 hic et illic in marginibus saepe excisis madore maculatus signatus b. 406 fasc. 46 sine autem foliorum nota, nunc servatus Capuae in *Biblioteca del Museo Campano*, titulos Allifanos quosdam complectens.
- Antiche genti d'Italia* = P. G. GUZZO - S. MOSCATI - G. SUSINI (Ed.), *Antiche genti d'Italia*, Roma 1994.
- Antichità paleocristiane* = L. GIULIA - A. QUACQUARELLI (Ed.), *Antichità paleocristiane e altomedievali del Sorano. Atti del Convegno di Studi*, Sora, 1-2 dicembre 1984, Sora (FR) 1985.
- Antike Lebenswelten* = P. MAURITSCH (Ed.), *Antike Lebenswelten: Konstanz - Wandel - Wirkungsmacht. Festschrift für Ingomar Weiler zum 70. Geburtstag (Philippika 25)*, Wiesbaden 2008.
- ANTINORI, *ms.* = A. L. ANTINORI, Libri saec. XVIII manuscripti signati n. XLIII-XLVI in bibliotheca publica Aquilana *Salvatore Tommasi* servati, qui syllogem inscriptionum in Samnio repertarum continent.
- Antinoriana I-IV* = *Antinoriana. Studi per il bicentenario della morte di Antonio Ludovico Antinori I-IV*, L'Aquila 1978/79.
- Antinum* = *Antinum e la Valle Roveto nell'antichità. Atti del I Convegno di archeologia, Civita d'Antino*, 16 settembre 1990, Civita d'Antino (AQ) 1992.
- Antiqua Beneventana* = P. CARUSO (Ed.), *Antiqua Beneventana. La storia della città romana attraverso la documentazione epigrafica* (Supplemento a *La Provincia Sannitica* n. s. 33, 1, 2013), Benevento 2013.
- Antiquarium Celio* = G. L. GREGORI (Ed.), *La collezione epigrafica dell'Antiquarium Comunale del Celio. Inventario generale. Inediti - Revisioni - Contributi al riordino* (Tituli 8), Roma 2001.
- ANTOLINI, *Iscrizioni* = S. ANTOLINI, *Le iscrizioni latine rupestri della regio IV Augustea. Edizione, commento e inquadramento storico-archeologico* (DASP. Documenti per la storia d'Abruzzo 17), L'Aquila 2004.
- Anton Ludovico Antinori* = *Anton Ludovico Antinori e il II° centenario della sua nascita. Pubblicazione della Società di Storia patria negli Abruzzi*, Aquila 1904.
- Antonio Agustin = M. H. CRAWFORD (Ed.), *Antonio Agustin between Renaissance and Counter-Reform* (Warburg Institute Surveys and Texts 24), London 1993.
- Antropologia e archeologia* = V. NIZZO - L. LA ROCCA (Ed.), *Antropologia e archeologia a confronto: rappresentazioni e pratiche del sacro. Atti dell'incontro internazionale di studi*, Roma, Museo nazionale romano preistorico etnografico "Luigi Pigorini", 20-21 maggio 2011, Roma 2012.
- Anversa degli Abruzzi* = G. GROSSI (Ed.), *Anversa degli Abruzzi. Historia e monumenta*, S. Giovanni Teatino (CH) 2007.
- Anxa - Angitia* = A. D'ERCOLE - R. SIMINI - G. GROSSI (Ed.), *La città marsa di Anxa - Angitia. Un contributo per la realizzazione del Parco Archeologico*, Pescara 1995.
- Apex = G. CASADIO - A. MASTROCINQUE - C. SANTI (Ed.), *Apex. Studi storico-religiosi in onore di Enrico Montanari*, Roma 2016.
- Approches épigraphiques* = S. DEMOUGIN - M. NAVARRO CABALLERO (Ed.), *Se déplacer dans l'Empire romain. Approches épigraphiques. XVIII^e rencontre franco-italienne d'épigraphie du monde romain*, Bordeaux, 7-8 octobre 2011, Paris 2014.
- ARCELLA, *Fasti* = L. ARCELLA, *Fasti. Il lavoro e la festa: note al calendario romano arcaico*, Roma 1992.
- Archaeologia Pisana* = S. BRUNI - T. CARUSO - M. MASSA (Ed.), *Archaeologia Pisana. Scritti per Orlanda Pancrazzi* (Terra Italia. Collana di studi archeologici sull'Italia antica 7), Pisa 2004.
- Archeologia Cristiana VII* = E. RUSSO (Ed.), 1983-1993: *dieci anni di archeologia cristiana in Italia. Atti del VII Congresso Nazionale di Archeologia Cristiana, Cassino, 20-24 settembre 1993 I-III*, Cassino 2003.
- Archeologia Medievale VII* = P. ARTHUR - M. L. IMPERIALE (Ed.), *VII Congresso nazionale di archeologia medievale. Palazzo Tursi, Lecce, 9-12 settembre 2015*, Sesto Fiorentino (FI) 2015.
- Aree montane* = S. MAGNANI (Ed.), *Le aree montane come frontiere. Spazi d'interazione e connettività. Atti del convegno internazionale, Udine, 10-12 dicembre 2009* (Studi di frontiera 1), Ariccia (RM) 2013.
- ARMELLINI, *Antichi cimiteri* = M. ARMELLINI, *Gli antichi cimiteri cristiani di Roma e d'Italia*, Roma 1893.
- ARNALDI, *Neptunus* = A. ARNALDI, *Ricerche storico-epigrafiche sul culto di Neptunus nell'Italia romana* (Stud. Ist. It. Stor. Ant. 64), Roma 1997.
- ARNOLDS, *Funktionen* = M. ARNOLDS, *Funktionen republikanischer und frühkaiserzeitlicher Forumsbasiliken in Italien*, Diss. Heidelberg 2005.
- Arqueología* = *Arqueología de las ciudades modernas superpuestas a las antiguas*, Madrid 1985.
- ARRIGONI BERTINI, *Parma romana* = M. G. ARRIGONI BERTINI, *Parma romana. Contributo alla storia della città*, Parma 2004.
- ARRIGONI BERTINI, *Simbolo* = M. G. ARRIGONI BERTINI, *Il simbolo dell'ascia nella Cisalpina romana* (Epigrafia e Antichità 24), Bologna - Faenza 2006.
- Arte dall'Abruzzo* = S.O.S. *Arte dall'Abruzzo. Una mostra per non dimenticare*, Roma 2010.
- Asinio Pollione = P. DOMENICUCCI (Ed.), *Asinio Pollione. Atti del Convegno Asinio Pollione e la gens Asinia tra Teate Marrucinarum e Roma, Chieti, 1 luglio 2011*, Lanciano (CH) 2012.
- Aspects of friendship* = M. PEACHIN (Ed.), *Aspects of friendship in the Graeco-Roman world. Proceedings of a conference held at the Seminar für Alte Geschichte, Heidelberg*,

- on 10–11 June, 2000 (JRA. Supplementary Series 43), Portsmouth (RI) 2001.
- Assisi e gli Umbri nell'antichità = G. BONAMENTE – F. COARELLI (Ed.), *Assisi e gli Umbri nell'antichità. Atti del Convegno Internazionale, Assisi, 18–21 dicembre 1991*, Assisi (PG) 1997.
- Asta ac pellege = J. DEL HOYO – J. GÓMEZ PALLARÈS (Ed.), *Asta ac pellege. 50 años de la publicación de Inscripciones Hispanas en Verso, de S. Mariner (Signifer 8)*, Madrid 2002.
Quattuor fragmenta undique fracta (a–d) inter se non coniuncta tabulae marmoreae venis caeruleis perfusae undique levigatae. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta cuius pars supra in fragmento a servatur. Frg. a ex tribus partibus compositum (28) × (24) × 1,4; litt. inter lineas ad delineandum ductas incisae 6,8–4,2. Frg. b ex tribus partibus compositum (34) × (39) × 1,4; litt. 3,6–2,4. Frg. c ex tribus partibus compositum (7,5) × (10,5) × 1,4; litt. 3–2,5. Frg. d (11) × (12) × 1,4; litt. 2,7. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli. Exstant *Chieti* in museo nationali antiquitatum (frg. a: inv. n. 8157 iam A. T. 172 + 8982 = A. T. 174; frg. b: inv. n. 8155 iam A. T. 92 + 8158 = A. T. 93; frg. c: inv. n. 8980 iam A. T. 171; frg. d: inv. n. 8979 iam A. T. 170), ubi a. 1979 descripsi.



Fig. α

a:

[- -? pro sal]ute I[mp(eratoris) - - -]
[- - -] Teq[- -]
[- - -] + F[- - -]



Fig. β

b:

[- - -] ++ [- - -]
[- - -] cum ba[- - -]
[- - -] dius Ruf[us A]sel[- - -]
[- - -] primus o[mniu]m cum esset in[- - -]
5 [- - -] órum [...] + a(nnis ?) XV cum[- - -]
[- - -] I I M[...] VS et [- - -]
[- - -] MPV[- - -]
[- - -] + VN[- - -]



Fig. 7

c:

 [- -]IBVS [- -]
 [- -]VENT[- -]



Fig. 8

d:

 [- -]++[- -]
 [- -] et P[- -]
 [- -]++[- -]

Fig. 7-8: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24683. 26690. 26694 (frg. a), 26695 (frg. b), 26692 (frg. c), 26691 (frg. d). BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 160-162 n. 1 cum im. phot. (AE 1984, 340); ID., in *Fonti latine e greche* I 405 n. 47. - Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* im. phot. tab. 22 fig. 2-5; BUONOCORE, *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 29; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 88.

a 1 punctum in formam hederæ redactum; 3 + est hasta recta. - b puncta redacta v. 2. 3 et 5 in formam hederæ ante et post notam numeri XV; 1 + prior est pes hastæ rectæ vel paululum obliquæ descendenti, altera est hasta recta; quomodo cognomen [A]sel[- -] recte restituendum nescio ([A]sel[lio] in editione priorè temptavi; cf. autem SOLIN - SALOMIES, *Repertorium*² 296); 5 + est pes hastæ rectæ; 8 + est pars superior hastæ acclivis. - c 1 punctum in formam falcule redactum. - d 1 ++ sunt partes inferiores hastarum acclivis et rectæ; 2 punctum in formam falcule redactum.

Supplementa incerta manent. - Titulus sine dubio pro salute incerti imperatoris ab ordine Teatinorum dedicatus esse videtur una cum creatione cuiusdam magistratus aliunde ignoti [- -]dii Rufi Asel[- -] cognominati, quod officium ipse primus omnium cum esset ætate puerili iniit (de locutione *primus omnium* vide S. MROZEK, *Epigraphica* 23, 1971, 60-69 et ALFÖLDY, *Rolle* 29-33).

Ex litterarum forma sacc. II in. p. C. n. tribuerim.

6975 tit. operis publici

Epistylum ex lapide calcario in usum posteriorem postis ianue domus cuiusdam scissum in fronte valde dolatum, a tergo levigatum (44) × (86) × 20. Infra fasciæ duæ in graduum formam redactæ prominentes. Litt. affabre insculptæ 7,5-4,5. Rep. Teate in effossionibus iuxta viam Claudiã antiquam prope Seminarium Dioecesanum a. 1897/98 peractis. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 9122; iam A. T. 383), ubi a. 1979 recognovi.



 [- -]unus aedicul[am]
 [- -] sua p[ecunia] fac(iendam) cur(avit) idemq(ue) pro[b(avit)].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24874.

C. DE LAURENTIIS, *L'Abruzzo Cattolico* 5, dicembre 1897, 378; ID., *La Scintilla* 13, gennaio 1898, 12; ZECCA, *Scavi* II 26–31 n. VIII; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 87 n. 3; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 162 n. 3 cum im. phot.; ID., *BDASP* 73, 1983 (1985), 246–247 adn. 14; ID., *MEFRA* 96, 1984, 243–244 adn. 14 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 566 adn. 14) (AE 1984, 343, ubi autem titulus ad Interpromium sine idonea causa est relatus; etiam cf. AE 2004, 469); ID., in *Fonti latine e greche* I

405 n. 48; ID., in *Dediche sacre* 263 n. 61. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 88; EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 40.

Puncta in formam trianguli redacta.

Supplevi quatenus potui. – 1 quomodo cognomen cadens in *-unus* recte sit restituendum, incertum; ex. gr. vide *Eunus, Faunus*. – 2 in. VAF DE LAURENTIIS; [cum] *val[vis]* ZECCA.

De munificentia etiam vide JOUFFROY, *La construction publique* 352.

Litterae prioris partis saec. I p. C. n. esse videntur.

6976 (= 3016) tit. honorarius Caii Caesaris

Parallelepipedum ex lapide calcario, i. e. basis statuae, in fronte levigatum duobus autem foraminibus terebratum nec non fissuris passim laesum a tergo scalpro dentato paululum dolatum (103) × (75) × 30. Litt. affabre insculptae 6–5,9. In lucem denuo rediit Teate in effossionibus iuxta viam Claudiam antiquam prope Seminarium Dioecesanum a. 1897/98 institutis. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 9103; iam A. T. 395; cf. BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 170), ubi a. 1979 recognovi.

C(aio) Caesar(i)
August(i) filio co(n)s(uli),
pontif(ici), princip(i)
iuventutis.



Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24874.

L. CAMARRA, *De antiquo Teate*, Roma 1651, 88, ubi tituli mentio tantum facta [de traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *BDASP* 73, 1983 (1985), 247; A. LORENZETTI, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 14, 2007, 351]; inde MOMMSEN, supra n. 3016 addens: “*Principis iuventutis* mentio dicitur facta esse in lapide Teatino fracto ante quam descriptus est”; e lapide ZECCA, *Scavi* II 41–52; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 96–99 n. 7; A. MARINUCCI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 28, 1973, 498–499 n. 2 cum im. phot. tab. 1 fig. 2 (AE 1980, 370); BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 161–163 n. 2 cum im. phot.; ID., *MEFRA* 96, 1984, 243 adn. 13 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 565–566 adn. 13); ID., in *Fonti latine e greche* I 398 n. 5; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 19; ID., *Epigraphica* 60, 1998, 51; S. LEFEBVRE, in *Élites municipales* 300 n. 66; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 79 n. 17 cum im. phot. fig. 14; G. CENERINI, *Riv. Stor. Antichità* 40, 2010 (2011), 131. – Cf. HOLSTENIUS, *ms.* I f. 271v; C. DE LAURENTIIS, *La provincia di Chieti* 2, 12,

novembre 1897, 11; EUND., *RASA* 1, 3, 1897, 288–289; EUND., *RASLA* 13, 1, 1898, 39; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 7, 1980, 429–430 adn. 1 n. 2; EUND., *Epigraphica* 44, 1982, 170; E. FABBRICOTTI, in *Chieti* 135; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 97–98 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 246); M. MAYER, in *Epigrafia d'età augustea* 189; SEGENNI, *Decreta Pisana* 61.

Puncta triangularia. Litt. T supra versum egrediens vocabuli *August(i)* v. 2.

1 *C(aio)* omisit ZECCA, [*C(aio)*] MARINUCCI. – 2 *Augusti* ID. – 3 *principi* ZECCA, *princip(i)* MARINUCCI. – 4 *iuventutis* ID.

Ex eo, quod salutatio imperatoris in hoc titulo caret, inter a. 1 a. C. n. et 2 p. C. n. tribuerim (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*⁶ 67–68; etiam vide, quae disseruit ALFÖLDY ad tit. huius Corporis vol. VI p. 4380–4381 ad n. 49322–40325 cum bibliographia ampliore). De Caesaribus vide CENERINI, *l. l.* 107–135 et SEGENNI, *l. l.* passim.

6977 tit. honorarius imperatoris

Basis marmorea marginibus fracta undique levigata in fronte fissuris laesa (30) × (29,5) × 22. In facie sursum directa cavum ovatum ad plinthidem imaginis imperatoris recipiendam excavatum. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta, quod passim in usum posteriorem erasum est, 24,5 × 23,5. Litt. affabre insculptae 1,7/0,9. Rep. casu et fortuito Teate muro cuidam interiori affixa cellae vinariae aedium gentis *Fasoli* in platea *Vico* nuncupata sitarum. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 9098; iam A. T. 107), ubi a. 1979 recognovi.



Ti(berio) Caesari Divi Aug(usti) f(ilio)
 Augusto, pontif(ici) maximo,
 trib(unicia) potest(ate) XXXVIII, co(n)s(uli) V
 ex testamento M(arci) Pulfenni

- 5 Sex(ti) f(ili) Arn(ensis), <centurionis> leg(ionis) VI Ferr(atae),
 C(aius) Herennius [- f(ilius)] Arn(ensis) Capito,
 trib(unus) milit(um) III, praef(ectus) alae,
 praef(ectus) veteranorum,
 proc(urator) Iuliae Augustae,
 10 proc(urator) Ti(beri) Caesaris Aug(usti),
 proc(urator) C(ai) Caesaris Aug(usti)
 Germanici;
 arg(enti) p(ondo) X <et quincunx>.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24845.

SCENNA, *Archeologia teatina* 205–208 cum im. phot. tab. 24; P. FRACCARO, *Athenaeum* 38, 1940, 136–144 cum im. phot. fig. 1 (= ID., *Opuscula* III 1, 263–271 cum im. phot. tab. 49) (AE 1937, 39); C. FUHRMANN, *Epigraphica* 2, 1940, 25–29; ID., *AA* 55, 1940, 520–526 cum im. phot. fig. 49 (AE 1941, 105); BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 163–165 n. 4 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 406 n. 49; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 20; S. LEFEBVRE, in *Élites municipales* 300 n. 67; TRAVERSO, *Esercito* 119–120 n. 44a. 120–121 n. 45; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 122 n. 33; BUONOCORE, in *Scritti Giovanni Uggeri* 268. – Cf. *Catalogo Mostra Augustea* 358 n. 3; E. GALLI, *Le Arti* 1, 1937/39, 401; G. ANNIBALDI, *BCAR. Notiziario* 68, 1940, 91–92; EUND., *ibid.* 70, 1942, 68; CIANFARANI, *Terra italica* 39. 41–43; J. M. SANTERO, *Athenaeum* 61, 1983, 115; M. G. ANGELI BERTINELLI, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 37–38; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 88–89; FORNI, *Tribù* H96. P810; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 89; M. MAYER, *ibid.* 189; HØJTE, *Roman Impe-*

rial Statue 268 n. 31; A. ARNALDI, in *Epigrafia* 2006 II 781; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; CAMPEDELLI, *Amministrazione* 210 adn. 29; ENGFER, *Private Munifizenz* 162.

Puncta triangularia. – 4 prima litt. E supra versum eminens. – 6 litt. C praenomine Caii supra versum egrediens.

Lineas supra notas numerorum v. 3. 5 et 7 ductas omiserunt SCENNA, FUHRMANN et KEPPIE. – 4 PVLENNI FUHRMANN, *Epigraphica*, l. l. tythothetae errore opinor. – 6 T(iti) f(ilius) legere nescio qua causa conatus est ID., *AA*, l. l. – 7 trib(unus) milit(um) (legionis) III (scil. Gallicae) haud recte FRACCARO. – 13 arg(enti) p(ondo) X <et quincunx> EGO, arg(enti) p(ondo) X PRIORES: quinque puncta ante notam numeri X insculpta ad vocabulum *quincunx* refero, quae puncta post illam notam sculpenda spatio autem in fine carente ante eandem notam incisa sunt.

Marcus Pulfennius Sexti filius Arnensis centurio legionis VI Ferratae inde ab Augusto usque ad Hadrianum in Syria tendentis (vide E. RITTERLING, *RE* XII 2, 1925, col. 1587–1588; etiam cf. C. RICCI, *Soldati e veterani* 56 n. 24) signum argen-

teum Tiberii Augusti, qui tribuniciam potestatem duodequadragesimam inde a d. 26 m. Iun. a. 36 usque ad d. 16 m. Mart. a. 37 obtinuit (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*⁶ 72), ex testamento dicavit (nota nomen gentilicium Pulfennii redire tit. Teatino n. 6998 v. 18); de munificentia Pulfennii vide inter al. DUNCAN JONES, *Economy*² 164 n. 522. 227; LEFEBVRE, *l. l.* 287. Ex eius testamento titulum una cum imperatoris imagine faciendum curavit Caius Herennius Capito apud scriptores rerum antiquarum fusius memoratus (fontes antiquos collegit praesertim G. FIRPO, in *Quadrifluus amnis* 235–258), oriundus mea sententia ex municipio Iuvano, ubi plateam fori sternendam curavit (vide tit. n. 6941), qui, ut ex eius cursu honorum in ordine ascendenti commemorato sane elicitur, fuit tribunus militum in tribus quibusdam militiis potius quam per tres annos (cf. H. DEVIJVER, *Anc. Soc.* 1, 1970, 75–80), praefectus alae Capitonis fortasse appellatae, quae aetate Augustea exeunte tendebat ut videtur in Moesia (etiam cf. M. P. SPEIDEL, in *In Memoriam C. Daicovicium*, Cluj 1974, 375–379), praefectus veteranorum legionis cuiusdam in Syria (vide L. J. F. KEPPIE, *PBSR* 41, 1973, 15; K. DIETZ, *BRGK* 65, 1984, 229 adn. 434 et ANGELI BERTINELLI, *l. l.*), deinde Iamnae in Iudaea fuit procurator centenarius Iuliae Augustae ante a. 29 p. C. n., procurator duce-

narius Tiberii Caesaris Augusti ante a. 37 et procurator ducenarius Caii Caesaris Augusti Germanici inter a. 37 et 41 (exempli instar cf. cursum Afranii Burri, qui fuit procurator Augustae, procurator Ti. Caesaris et procurator divi Claudii; de re universa vide DEMOUGIN, *L'ordre équestre* 738). De eius cursu, praeter AUCTORES supra laudatos, vide imprimis A. H. M. JONES, *Roman Government*, Oxford 1960, 123–124; PFLAUM, *Carrières* 23–26 n. 9; WACHTEL, *Freigelassene* 34 n. 80; E. GROAG (†) – A. STEIN (†), *PIR*² H 103; KEPPIE, *l. l.* 14–15; DEVIJVER, *PME* H 13 (cum add. IV p. 1586, V p. 2125); D. B. SADDINGTON, *Proceedings of the African Classical Associations* 15, 1980, 36 n. 51; EUND., in *Actes Constantza* 461–462; E. BIRLEY, *Anc. Soc.* 9, 1978, 266; É. DENIAUX, *MEFRA* 91, 1979, 632; P. A. HOLDER, *Auxilia* 27 n. 40. 243 n. E 15; SADDINGTON, *Development* 61; DEMOUGIN, *l. l.* 333. 335. 354. 715. 730. 738. 841; EAND., *Prosopographie* 273–274 n. 320; FAORO, *Praefectus* 122–123 cum alia bibliographia; W. ECK, in J. SCHWARTZ – P. J. TOMSON (Ed.), *Jews and Christians in the First and Second Centuries: The Interbellum 70–132 CE (Compendia Rerum Iudaicarum ad Novum Testamentum* 15), Leiden 2017, 99.

Titulus a. 41 p. C. n. vel paulo post tribuendus.

6978 tit. fortasse honorarius imperatoris

Tabula ex lapide calcario undique fracta (22) × (48) × 30. Litt. affabre insculptae 10–7. Rep. Teate effossionibus in area inter domum municipalem et aedes gentis *de Lellis* sita a. 1897/98 institutis. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. del. a ZECCA a. 1979.

Traditur:

CAESA
 . . IANP IANP

Fuisse videtur:

-----?
 [---] Caesa[r---]
 [---] Hadrian[---]

Im. a ZECCA del.


C. DE LAURENTIIS, *RASA* 1, 3, 1897, 289–290; ZECCA, *Scavi* II 23–25 cum im. del.; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 99–100 n. 8; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 165 n. 5 cum im. del. a ZECCA sumpta; ID., in *Fonti latine e greche* I 406 n. 50. – Cf. EUND., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 29; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 89.

Suppleverim non sine dubio hoc quoque modo, scil.: [Imp(eratori)] Caesa[ri divi Antonini Pii filio] | [divi] Hadrian[i nepoti divi Traiani] | [Parthici pronepoti divi Nervae] | [abnepoti ---] | -----.

Si res ita est, titulus est dedicatus inter a. 161 et 180 vel inter a. 161 et 169. Res tamen in dubio manet, eo magis, quod nescio, nomina appellationesque imperatoris utrum nominativo an dativo sint supplenda.

6979 tit. fortasse honorarius imperatoris

Tabula marmorea supra et infra et a sinistra fracta undique levigata (17) × (16) × 1,6. Litt. 7. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8113 iam A. T. 185), ubi a. 1979 descripsi.



 [---]Q
 [---]A]ug(ust-)

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24656.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 166 n. 6 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 406 n. 51. – Cf. EUND., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 29; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 89; EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 57.

Litterae saec. I p. C. n. esse videntur.

6980 tit. fortasse honorarius imperatoris

Duo fragmenta undique fracta (a–b) inter se non coniuncta tabulae lapidis calcarii. Frg. a (42) × (35) × (13); litt. 22. Frg. b (30) × (26) × (12); litt. 22. Rep. Teate in effossionibus monasterii S. Francisci a. 1897/98 peractis. Periisse videntur. Descripsi ut potui ad im. del. a ZECCA a. 1979.

Traditur:

IVO ET

A B

Fuisse videtur:

a:	b:
-----?	-----
[- - - D]ivo [- - -]	[- - -]ET[- - -]
-----	-----

Im. del. a ZECCA sumpta.

ZECCA, *Scavi* II 59–62 cum im. del.; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 102 n. 11; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 166 n. 7 cum im. del. a ZECCA sumpta; ID., in *Fonti latine e greche* I 406 n. 52. – Cf. EUND., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 29; EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 57.

Quae ratio nominis imperatoris subsit, nescio.

6981 tit. incerti generis tribuni militum

Epistylum marmoreum in usum posteriorem ab utroque latere et infra recte scissum undique levigatum (25) × (95) × 5. Supra servatur pars fasciae continuae ita in formam scalarum redactae, ut crassitudo monumenti deorsum decrescat. Litt. affabre insculptae 5. Rep. nescio quando loco incerto. Servari videtur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum, ubi autem a. 1979 non reperi. Descripsi quatenus potui a. 2016 ex im. phot. et ex scheda, quam mihi SYLVIA DIEBNER comiter a. 2016 misit.



[- - -] Felix aed(ilis), trib(unus) m[il(itum)] - - -?
-----?

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 864.VW.83 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 2836).


Puncta triangularia.

De tribunis militum in cursu municipali laudatis vide DEMOUGIN, *L'ordre équestre*; EAND., *Prosopographie*; EAND., in *Epigrafia* 2006 III 975–994.

Ex litterarum forma priori parti saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

6982 tit. operis publici

Cippus ex lapide calcario marginibus fractus in fronte passim scalpro dentato dolatus a tergo scaber (59) × (34) × 8. Litt. rusticae inaequaliter insculptae 5/3. Rep. Teate a. 1933 prope ecclesiam S. Pauli. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 9099 iam A. T. 382), ubi a. 1979 contuli.



Frentra(nis) H-
istoni(ensibus) Val(eriae)
viae mun-
iende ab a-
5 ncrabis
hic.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24847.

SCENNA, *Archeologia teatina* 151 cum im. phot. tab. 20; P. FRACCARO, *Athenaeum* 29, 1941, 44–58 cum im. phot. fig. 1 (= ID., *Opuscula* III, 1, 273–287 cum im. phot. tab. 50 fig. 1; *AE* 1947, 41); PEKÁRY, *Untersuchungen* 127–129; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 166–167 n. 8 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 406 n. 53; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 142; CAMPEDELLI, *Amministrazione* 216–217 n. 94. – Cf. G. ANNIBALDI, *BCAR. Notiziario* 70, 1941 (1953), 68; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 381 adn. 91; A. DONATI, *Epigraphica* 36, 1974, 162 adn. 6; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 89; BUCCI, *Studio* 149–151; IASIELLO, *Samnium* 58–59. 111; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 225; ZENODOCCHIO, *Viabilità* 221–222; C. AMPOLO, *Mare internum* 8, 2016, 28 cum im. phot. fig. 14; D. AQUILANO, *Considerazioni* 2014, 63.

Puncta nulla. – 2 *val(lo)* SCENNA, *Val(eriae)* FRACCARO, quem sequor. – 3–4 *muniende* pro *muniendae*. – 5 litt. R supra vocalem A iam antiquitus eadem manu deletam scripta. – 6 de forma *hic* pro *huc* haud rara in titulis aetati imperatoriae labenti tribuendis vide *ThLL* VI 3, col. 2763.

Notandum est magis quam mirandum hunc titulum Fretranorum Histonensium (de forma *Frentrani* pro *Frenani* fusius diserruerunt LA REGINA, *l. l.* 377 et passim; S. PANCIERA, *Epigraphica* 40, 1978, 53–58 [= ID., *Epigrafi* I 781–785]; LA REGINA, in *Sannio* 41 et AMPOLO, *l. l.* 27–28, qui publici iuris

fecit titulum prioris partis saec. I a. C. n. Lilybaei repertum [AE 2016, 622], ubi laudantur *ceivesq(ue) Frentran[ei q]uei in Sicilia colunt Hercolei Nouritano fanum faciundum coiraverunt* suo quidem loco sed tamen in urbe Teate erutum esse (etiam cf. tit. Superaequanum n. 3308); ut sane elicitur, via Claudia Valeria a redemptoribus vel mancipibus Histoniensibus potius quam a civibus urbis ipsius munienda inde ab ancrist quibusdam eiusdem viae usque ad Teate: vide ECK, *Organisation* 48–49. 60–61 (= EUND., *L'Italia nell'impero romano* 62–63. 77–78); quae antrae, scil. convalles vel arborum intervalla (de vocabulo *antrae*, praeter *ThLL* II 1, col. 31 et FRACCARO, *l. l.* 49–52, cf. G. ALESSIO, *Abruzzo* 9, 1971, 34–35 et praesertim ALESSIO – DE GIOVANNI, *Preistoria e protostoria* 209–210 cum alia bibliographia; etiam vide H. SOLIN, in *Wie die Blätter* 71) tit. Pinnensi n. 7464 tantum redeunt.

Ex litterarum forma saec. IV medio p. C. n. saltem tribuerim.

6983 tit. sepulcralis medici duplicarii

Tabula marmorea rava undique levigata 20,5 × 20,5 × 2,1. Litt. ad actuaras transgredientes 2,5/1,8. Ubi quandoque Teate sit reperta, incertum. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23926), ubi a. 1979 contuli.



D(is) M(anibus).

*L(ucio) Nevio Nicato-
ri med(ico) dupl(icario),
colleg(ae) ipsi-*

5 us b(ene) m(erenti) f(ecerunt).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26452.

V. NUTTON, *Epigraphica* 33, 1970, 66–71 cum im. phot. fig. 1; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 167–168 n. 9 cum im. phot. (AE 1984, 337); ID., in *Fonti latine e greche* I 406 n. 54; PEREA YÉBENES, *Collegia militaria* 551 n. 90. – Cf. E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 51; BUONOCORE., *Suppl. It.* 22, 2004, 89.

Puncta in formam virgulae redacta.

2 *Nevio* pro *Naevio*.

Lucius Nevius Nicator fuit medicus duplicarius numeri cuiusdam (de medicis duplicariis praeter NUTTON, *l. l.* etiam

vide R. W. DAVIES, *Epigr. Studien* 8, 1969, 83–99; EUND., *ibid.* 9, 1972, 1–11; J. KORPELA, *Das Medizinalpersonal im antiken Rom. Eine sozialgeschichtliche Untersuchung* (*Annales Acad. Scient. Fennicae, Diss. Human. Litt.* 45), Helsinki 1987, 109); etiam cf. tit. huius Corporis vol. X 3441, ubi legitur: *D(is) M(anibus). | C(aio) Acilio Basso | med(ico) duplic(ario) | colleg(ae) eius* (alios titulos recensui in *Suppl. It.*, *l. l.* 168). Nomen gentilicium Naevii redit in aliis tit. Teatinis n. 3021. 6998 [v. 22. 30].

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II ex. p. C. n. tribuo.

6984 = EE VIII p. 205 n. 820 tit. sepulcralis militis missicii

Stela ex lapide calcario 140 × 70 × 30. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata levigata cymatio inverso cincta; infra titulum dextrarum iunctio illa est exsculpta [de quo anaglypho fusius disseruerunt L. REEKMANS, *Bull. Ist. Belg. Rome* 31, 1958, 23–95; BRILLIANT, *Gesture and Rank* passim; SINN, *Marmorurnen* 27. 63–66; S. SEGENNI, *Epigraphica* 51, 1989, 142 adn. 1; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240–241; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 129–130)]. Litt. affabre exaratae. Rep. a. 1890 prope vicum *Bucchianico* sub praedio domini *Tobia Buracchio* pone vicum *Casaleincontrada* sito. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. del. a LANZELLOTTI a. 1979 et denuo 2002.

Dusmia L(uci) l(iberta)

Antusa

viva sibi et

◁Manio▷ Geminio

5 Prisco

militi misicio

cortis II coiug(i).

B. LANZELLOTTI, *Il popolo Abruzzese* 4, 11, 16 marzo 1890; ID., *Antichità teatine* 21–25; ID., apud G. FIORELLI, NS 1890, 223; inde ex ectypo chartaceo a F. BARNABAEI recognito M. IHM, *EE VIII* p. 205 n. 820; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 188–189 n. 68; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 405 n. 46; REDAELLI, *Veterani* 67. – Cf. BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 160 ad tit.; EUND., *ibid.* 22, 2004, 88 ad tit.; EUND., in *Asinio Pollione* 23.

2 *Antusa* pro *Anthusa*, – 6 *misicio* pro *missicio*, – 7 *cortis* pro *cohortis*, *coiug(i)* pro *coniug(i)*.

Nomen *Dusmii* Teate saepius occurrit (vide tit. n. 3018. 6999 v. 9. 7001 v. 8. 6984. 7007). Manius Geminus Priscus fuit miles missicius cohortis II cuiusdam. Miles missicius alter regionis quartae redit tit. Sulmone rep. 7142 (milites missicios Italicos recensuit TODISCO, *Veterani* 255–259, ubi autem titulus noster nescio qua causa non est memoratus).

Saec. I p. C. n. esse videtur.

6985 tit. fortasse sepulcralis quattuorviri

Tabula ex lapide calcario supra a sinistra et infra fracta in fronte scalpro dentato dolata a tergo levigata (31) × (24) × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a dextra servatur. Litt. 5,6–5. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis *Lanciani*. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8998 iam A. T. 372), ubi a. 1979 descripsi.



 [- -]+iō L(uci) f(ilio)
 [- -]nensi
 [- -] IIII
 [- -]+

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24840.
 BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 168–169 n. 10 cum im. phot.;
 ID., in *Fonti latine e greche* 1407 n. 55. – Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* im. phot. tab. 21 fig. 2; FORNI, *Tribù* Y725; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38.

1 + est vestigium litterae incertae; in titulis Teatinis occurrunt nomina gentilicia Lucceii et Ninnii. – 2 [- - Arn]nensi supplevi in ed. pr., inde de tribu Arnensi cogitavi, quae tribus Teatinorum fuit testibus titulis domesticis compluribus; re autem melius perpensa, nihil impedit, quominus de cognomine quodam cadente in *-ensis* (vide SOLIN – SALOMIES, *Reperitorium*² 444) quoque agatur. – 3 fuit nota numeri, cuius linea supra ducta superest; quo autem munere vir sit functus, incertum. – 4 + est pes litt. H vel I vel N.

Litterae saec. I. p. C. n. esse videntur.

6986 tit. honorarius quattuorviri

Duo trapezophora (A–B) ex lapide calcario, q. d. *Manoppello*, quae autem mensa carent, alterum (A) in margine superiore sinistro fractum (111 × 78 × 14,5; de quo vide CIANFARANI, *Schede* II n. 17), alterum (B) ex duabus partibus (a–b) inter se non coniunctis imminutum [frg. a: (43) × (42) × 14,5; frg. b: (28) × (32,5) × 14,5]. Trapezophora in latere externo palma, in lateribus angustis superioribus capite mulieris exornata. Latus internum trapezophori alterius (A) brachiis foliisque exornatum, alterius (B) titulo praeditum (nescio quidem, num trapezophora etiam ita collocari possint, ut titulus in latere externo perspiciatur. De trapezophoris generaliter cf. quae disseruerunt V. SALADINO, *Epigraphica* 39, 1977, 148–151; H. VON HESBERG, *AA* 1980, 422–439; R. COHON, *Greek and Roman Stone Table Supports with decorative Reliefs*, New York 1984, 398–412; W. ECK, in M. MILLAR – E. SEGAL (Ed.), *Caesar Augustus. Seven Aspects*, Oxford 1984, 135 (= ID., *Scritti scelti* 274); DI STEFANO MANZELLA, *Mestiere di epigrafista* 163; M. GRANINO CECERE, *Suppl. It.* 4, 1988, 154–155; W. ECK – H. VON HESBERG, *RM* 111, 2004, 143–192). Area titulo inscribendo destinata fascia continua cincta, cuius partes a sinistra et a dextra servantur. Litt. affabre insculptae 6,8–5,3. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli ubi capitulum fuisse videtur. Exstant *Chieti* in museo nationali antiquitatum (A: inv. n. 10002; B: inv. n. 10001), ubi a. 1979 contuli.




Fig. α



Fig. β

M(arco) Luc[ceio]
 M(arci) f(ilio) [A]rn(ensi)
 Mōn[t]ano
 [III] vir(o) i(ure) d(icundo),
 5 [patro]no

Fig. α-β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24420–24421. CIANFARANI, *Schede* II n. 18; SALADINO, *l. l.* 149–150; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 169–170 n. 11 cum im. phot. (*AE* 1984, 338); ID., in *Fonti latine e greche* I 407 n. 56; ECK – VON HESBERG, *l. l.* 183 n. A5. – Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* 151 cum im. phot. tab. 21 fig. 1; F. VERLENGIA, *Guida storico – artistica di Chieti*, Chieti 1950, 64 cum im. phot. tab. 13; VON HESBERG, *l. l.* 438 adn. 55; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 89; FORNI, *Tribù* L404; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 271–272.

Puncta triangularia.

Supplevit SALADINO, quem maxima ex parte sum secutus. – 1 *Lucc[eio]*, – 2 *Arn.*, – 4 *[aed. III]*, – 5 *[- -]no* CIANFARANI; *[patron]o* SALADINO. – 4 *[aed(ili), IIII]vir(o) i(ure) d(icundo)* supplere potuissem.

Nomen Lucceii saepius in titulis Teatinis occurrit (vide, quae recensui in *Suppl. It.*, *l. l.* 170).

Ex litterarum monumentique forma saec. I medii p. C. n. esse videtur.

6987 = *EE* VIII p. 27 n. 120 (cf. p. 204 ad n. 819) = *ILS* 6527 tit. sepulcralis magistratus municipii

Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo paululum scabra 117,5 × (75) × 11,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cingitur fascia continua cum foliis, inter qua imagines clipeatae et aves quoque inspicuntur (de quibus anaglyphis vide ex. gr. J. ORTALLI, *Riv. Arch.* 2, 1978, 59 et passim), cuius pars supra, a dextra et infra servatur, 82,5 × ?. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 7–4. Rep. a. 1887 extra urbem Teate ad ecclesiam, q. d. *Santa Maria di Calvona*, sub praedio domini *Giacomo de Ritis*, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23292), ubi a. 1979 contuli.



L(ucio) Septimio L(uci) f(ilio)
Arn(ensi) Calvo
aed(ili), IIIIvir(o) i(ure) d(icundo), praef(ecto)
ex s(enatus) c(onsulto)

5 *[q]uinquennalicia*
potestate,
[L(ucius) Sep]timius Calvus
[germ]anus fecit.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24979.

F. BARNABEI apud G. FIORELLI, *NS* 1887, 159; inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII 27 n. 120 (etiam cf. 204 ad n. 819); ex quo sumpserunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4137 et DESSAU, *ILS* 6527; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 166–168 n. 54; E. GHISLANZONI, *Mon. Accad. Lincei* 19, 1908 (1910), 585–586 cum im. phot. fig. 17; R. GARDNER, *PBSR* 9, 1920, 100–101; M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 69. 71 cum im. phot. tab. 38 fig. 66–67; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 403 n. 37. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 267; ZECCA, *Topografia* 168. 104; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 158 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247; DEMOUGIN, *Prosopographie* 197; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 87–88 ad tit.; M. FORA, in *Terni – Interamna Nahars* 135; FORNI, *Tribù* S342; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; EUND., in *Epigraphia* 2006 572; G. IACULLI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 457; C. ZACCARIA, in *Pignora amicitiae* II 177.

Puncta triangularia et in formam hederiae signata.

8 *[- -]anus* PRIORES.

Lucius Septimius Calvus fuit aedilis, quattuorvir iure dicundo et praefectus quinquennalis (de adiectivo quinquennaliciae potestatis vide O. SALOMIES, *Arctos* 44, 2010, 219) ex senatus consulto [de qua praefectura etiam vide I. DIDU, *Ann. della Fac. di Lettere e Filosofia (Cagliari)* n. s. 5, 1983/84, 53–92; G. MENNELLA, *Epigraphica* 50, 1988, 65–85; M. S. BASSIGNANO, in *Actes du Colloque Degrassi* 515–537; G. AMODIO, in *Élites municipales* 71–98; G. BANDELLI, *ibid.* 149–157; ZACCARIA, *l. l.* 177–179 et F. GRELE – M. SILVESTRINI, in *Forme municipali* 71; de locutione *ex s(enatus) c(onsulto) quinquennalicia potestate* etiam vide A. D. PÉREZ ZURITA, *Epigraphica* 80, 2018, 191]. Nomen Septimii redit tit. n. 6998 v. 9, 32. 7000 v. 25.

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuerim.

6988 tit. sepulcralis decurionis

Cippus in cylindri formam redactus ex lapide calcario passim fissuris laesus supra pessumdatum undique levigatus 146 × diam. 59. Superne sunt duae fasciae anaglyphis ornatae, scil.: in fascia superiore valde deturpata vestigium imaginis viri togati nempe decurionis inspicere adhuc potest; in fascia inferiore a sinistra decurio ipse in equo haeret, ante quem est armentarius baculo innixus ad gregem conversus. In facie sursum directa exstant recessus ad figendum. Infra has duas fascias est tit. Litt. 9,8/4. Rep. m. Iul. a. 1973 ad vicum *Pretoro* sub praedio, q. d. *Crocefisso*. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 10158), ubi a. 1979 contuli.

Im. phot. et exemplum vide p. sequentem

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26171.

A. MARINUCCI, *Epigraphica* 38, 1976, 150–152 n. 7 cum im. phot. fig. 7 (*AE* 1976, 191); A. LA REGINA, in *Culture adriatiche antiche* 568–569 cum im. phot. tab. 416; G. IACULLI, *Quad. Ist. Arch. Chieti* 2, 1981, 197 cum im. phot. fig. 3; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 170–172 n. 12 cum im. phot.; M. Q. LUPINETTI, *Abruzzo* 22, 1984, 135–145 cum im. phot. (cf. *AE* 1985, 331); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 407 n. 57; *Antiche genti d'Italia* 259 n. 738 cum im. phot.; CHIOFFI, *Caro* 68–69 n. 83 cum im. phot. fig. 38 (cum alia biblio-

graphia); R. TUTERI, in *Filo di Arianna* 47 cum im. phot. – Cf. E. FABBRICOTTI, in *Chieti* 127 cum im. phot. fig. 38; J. LINDERSKI, *JRA* 3, 1990, 318 (= EUND., *Roman Questions* I 412); M. CORBIER, in *Romanisation du Samnium* 162 cum im. phot. fig. 2; S. DIEBNER, *ibid.* 232; G. DE BENEDITTIS, in *Cultura della transumanza* 65; BUONOCORE, in *Rostovtzeff e l'Italia* 430; L. CHIOFFI, in *Epigrafia romana in area adriatica* 269–270 cum im. phot.; E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 55 cum im. phot. fig. 14; FORNI, *Tribù* L410; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 89; I. M. IASIELLO, in *Paesaggi* I 468; BUONOCORE, in *Epigrafia* 2006 572; IASIELLO, *Samnium* 240 cum im. phot. fig. 95; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; P. CAMERIERI, in *Falacrinae* 44 adn. 23.



Sex(to) Luceio Sex(ti) filio
 Arniesi Vitulo
 decurioni Maruci[n]orum,
 Sex(tus) Luceius Armentarius
 5 herens ex testamento
 p(osuit).

Puncta triangularia.

2 Arniesi pro Arnensi. – 3 Maruci[n]orum pro Maruci[n]orum; Marucinatorum MARINUCCI, Marrucinatorum IACULLI; Marruci[n]orum LINDERSKI. – 5 herens pro heres.

Cippus, ut constat, repertus iuxta viam rusticam, nempe callem publicum, iam antiquitus adhibitam. Notandum Sextum Luceium Vitulum decurionem Marrucinatorum appellatum (de qua locutione vide LA REGINA, *l.l.* 569 et J. MARTÍNEZ-PINNA, *Orizzonti* 11, 2010, 43–46; praetermittendus quoque non est tit. huius Corporis vol. III 4060 = 10869, ubi memoratur M. Petronius M. f. Arn. Classicus Marrucinus, qui ante a. 45 p. C. n. fuit centurio legionis VIII Augustae: cf. FORNI, *Tribù* P216 et BUONOCORE, in *Tribù romane* 38); in titulis enim semper memoratae locutiones Teate Marrucinatorum vel Teate vel Teatini Marrucini vel Teatini: cf. quae recensui in *Fonti latine e greche* I 397 (extra titulos domesticos cf. ex. gr. tit. huius Corporis vol. VIII 2628 (cf. p. 1739), ubi laudatur P. Seius P. f. Arn(ensis) Rufus Teate Marrucinatorum praef(ectus) leg(ionis) III Aug(ustae) (cf. DOBSON, *Primipilares* 29; FORNI, *l.l.* S327; S. A. ALAIOUD, in *L'Africa Romana* 16, Roma 2006, 559; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38), tit. supra n. 2995 = huius Corporis vol. XVI 124, ubi memoratur [- -] f. Arn(ensis) Apollonianus Teate [co]h(ortis) X urb(anae) (cf. FORNI, *l.l.* Y33; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38) et tit. AE 1995, 227, ubi laudatur miles cohortis XIX praetoriae P. vel T. Me[ti]lius P. f. Arn(ensis) Pudens Theate (cf. FORNI, *Tribù* M494; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; G. CRIMI, *ibid.* 333 n. 11 cum alia bibliographia). De cognominibus Vituli et Armentarii vide KAJANTO, *Cognomina* 86. 323. 329; de cognomine Vituli etiam T. RITTI, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 21, 1977, 305–306. 398; de cognomine Armentarii etiam vide H. SOLIN, *Arctos* 40, 2006, 133.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

6989 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario supra et a sinistra imminuta. Rep. Teate nescio quando in effossionibus loco *Civitella* in platea armorum factis. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. del. a DE LAURENTIIS a. 1979.

Traditur:

DVS

GARCO

TAM

RARVN

BARVN

Fuisse videtur:

[- -]dus

[- -]GARCO

[- -]tam

[facienda cu]raruñt

5 [idemque pro]baruñt.

Im. a DE LAURENTIIS del.

DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 149 n. 43 sine supplementis; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 172 n. 13 cum im. del. a DE LAURENTIIS sumpta; ID., in *Fonti latine e greche* I 407 n. 58.

Supplevi quatenus potui. – 1 quomodo cognomen in *-dus* cadens supplendum, incertum. – 2 quamquam lectio incerta est, nihil impedit, quominus de cognomine alterius viri fortasse agatur; quid autem subsit nescio. – 3 restituerim ex. gr. [- -]por]tam vel etiam [- -]semi]tam vel sim. – 4 [- -]cu]raruñt

EGO in ed. pr.; *curarunt* pro *curaverunt*. – 5 *probarunt* pro *probaverunt*.

Memorari viderentur duo magistratus municipii, qui opera quaedam publica facienda curaverunt idemque probaverunt.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

6990 tit. incerti generis

Duo fragmenta undique fracta (*a–b*) inter se non coniuncta tabulae marmoreae venis caeruleis perfusae undique levigatae. Frg. *a* (15) × (24) × 2; frg. *b* (11,8) × (6) × 2. Litt. inter lineas ad delineandum ductas incisae 2,2. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis *Lanciani*. Exstant *Chieti* in museo nationali antiquitatum (frg. *a*: inv. n. 8134 iam A. T. 44; frg. *b*: inv. n. 8988 iam A. T. 44), ubi a. 1979 descripsi.



a:

[- -] + [- -]

[- -] Augustali[bus - -]

[- -] feminis, libe[ris - -]

[- - ? e]adem cum ess[ent - -]

5 [- -] agros suo[s - -]

[- -] + A++ [- -]

b:

[- -] N [- -]

[- -] + EC [- -]

[- -] RBA [- -]

[- -] DE [- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26668.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 173 n. 14 cum im. phot. (*AE* 1984, 339); ID., in *Fonti latine e greche* I 407 n. 59. – Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* im. phot. tab. 22 fig. 1; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 89.

Puncta triangularia.

Quamvis supplementa incerta maneant, in hoc titulo nonnullae distributiones Augustalibus feminis liberisque saltem dandae memorari videntur (de re universa vide J. ANDREAU, *Ktèma* 2, 1977, 157–209; S. MROZEK, *Historia* 27, 1978, 355–368). Seviros Augustales una cum seviris vel Augustalibus fuis in titulis Teatinis memoratos recensui in *ZPE* 108, 1995, 137 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 96).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

6991 tit. incerti generis

Quattuordecim fragmenta undique fracta (*a–p*) inter se non coniuncta tabulae marmoreae undique levigatae crass. 3. Frg. *a* (16) × (16). Frg. *b* ex tribus partibus coniunctum (37,5) × (18); litt. 14,5–10. Frg. *c* ex septem partibus coniunctum (35) × (42); litt. 14,5. Frg. *d* (18) × (31); litt. 14,5. Frg. *e* ex tribus partibus coniunctum (30) × (25); litt. 9,5. Frg. *f* ex duabus partibus coniunctum (30) × (53); litt. 9,5–9. Frg. *g* ex undecim partibus coniunctum (58,5) × (35); litt. 10,5–9. Frg. *h* ex duabus partibus coniunctum (29) × (27); litt. 10. Frg. *i* (15,2) × (15). Frg. *l* (7,5) × (16). Frg. *m* (9,5) × (7). Frg. *n* (22) × (17,5), *o* (11) × (9) et *p* (11) × (7) scriptura carent. Rep. Teate a. 1940 in effossionibus thermarum antiquarum peractis (de quibus effossionibus vide G. ANNIBALDI, *BCAR. Notiziario* 68, 1940, 91). Servabantur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23941), ubi a. 1979 descripsi. Nunc tabula, fragmentis inter se magna ex parte coniunctis, ex ingenio efformata servatur in museo *Civitella*, ubi a. 2008 denuo contuli.




Fig. α

a:

[- -] + [- -]

b:

[- -] ER [- -]

[- -] ND [- -]



Fig. β



Fig. γ

c:
[---]MAE[---]
[---]N[---]



Fig. ζ

f:
[---]+EM ÇQ[---]
[---]ÇVSTAL[---]




Fig. δ

d:
[---]+AE[---]



Fig. η

g:
[---]ATOR
[---]DIS
[---] PLEBIS



Fig. ε

e:
[---]+[---]
[---]MO[---]
[---]IVM+[---]



Fig. θ

b:
[---]VL+[---]
[---]S RE[---]



Fig. ι

ι:
[---]P[---]



Fig. κ

κ:
[---]I[---]



Fig. λ

λ:
[---]+[---]




Fig. μ

Fig. α–λ: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26708 (frg. a), 26709. 26718 (frg. b), 26710 (frg. c), 26711 (frg. d), 26712 (frg. e), 26713 (frg. f), 26714 (frg. g), 26715 (frg. h), 26716 (frg. i), 26717 (frg. l), 26719 (frg. m), 26722 (frg. n), 26721 (frg. o), 26720 (frg. p).

Fig. μ: Im. tab. ex ingenio efformata a viro docto SIMONE FERACUTI sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 173–176 n. 15 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 407–408 n. 60; CIABARRA, *Anfiteatri* 218–223 n. 11.3.3 cum im. phot. 185–195 (e BUONOCORE). 196. – Cf. BUONOCORE, *Epigrafia anfiteatrale* 16 cum im. phot. tab. 1 fig. 3 (frg. g); EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 89.

Fig. g: litt. T supra versum eminens.

Supplementa incertissima manent. – Exempli gratia in ed. pr. restitueram, frg. f: 1 item *col[legio ---]*, – 2 *[--- Au]gustal[ibus ---]*. – Frg. g: 1 *[--- p(aria) gladi]ator(um)* vel etiam *[--- cur]ator*, – 3 *[--- tribunus] plebis*. – Frg. h: 2 *[--- therma]s re[stituit ---]* ex eo, quod tabula est reperta eo loco, ubi antiquitus thermae Teatinae fuerunt. Attamen melius rebus perpensis et fragmentis a–b et e–h inter se fere coniunctis, hoc modo suppleverim (inde CIABARRA, *l. l.*):

[--- th]ermae [---]
[--- v]enator(um)
[--- i]tem commodis
[--- decurion]um, A[u]gustalium, plebis.
-----?

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

6992 tit. incerti generis

Tria fragmenta (a–c) ad idem epistylum ex lapide calcario in fronte passim scalpro dentato dolatum a tergo scabrum pertinentia attamen inter se non coniuncta. Frg. a (45) × (42) × 14; litt. circ. 22. Frg. b: (72) × (62) × 13,5; litt. 21 (altera litt. I 22,5). Frg. c ex duabus partibus inter se coniunctis compositum: (75) × (59) × 13; litt. 22. Rep. m. Apr. a. 1992 (frg. c d. 14 eiusdem mensis) *Chieti* in regione q. d. *Civitella*. Servantur *Chieti* in museo *Civitella* (inv. n. 59502 [frg. c], 59503 [frg. b], 59504 [frg. a]), ubi a. 2008 descripsi; a. 2014 denuo contulit CLAUDIA DITURI, quae im. phot. quoque sumpsit.

frg. a:

[---]CI[---]
-----?



Fig. α



Fig. β

frg. b:

 [---]G° F[---]
 [---]LI[---]
 [---]+[---]
 -----?




Fig. γ

frg. c:

 [---]ARR[---]
 [---]+[---]



Fig. δ

Fig. α-δ: Im. phot. a SIMONE FERRACUTI sumptae.
 CIABARRA, *Anfiteatri* 223-224 n. 11.3.4 cum im. phot. 197.


Frg. b: punctum triangulare sursum directum. - + vestigia litterarum incertarum.

Supplementa incertissima manent, eo magis quod nescio, utrum ad monumentum honorarium an ad opus quoddam an ad monumentum sepulcrale titulus pertineat. Frg. a a dextra frg. c ponendum videtur, inde [---]Marr[uci] [---] vocabulum supplevissem (in dubio autem maneo, utrum de nomine populi Marrucini an de cognomine Marrucini agatur). Frg. b: in v. 1 fortasse subest *Augustalis* et *flamen* vel etiam *Augusti filius*; illud [---]lii fortasse ad vocabulum [---]filii pertinere videtur (vide CIABARRA, *l. l.* quae pendet e scheda mea).

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

6993 tit. incerti generis

Duo fragmenta (a-b) ad idem epistylum ex lapide calcario in fronte passim scalpro dentato dolatum a tergo fortasse scabrum pertinentia attamen inter se non coniuncta. Frg. a (31) × (47,5) × 9,5; litt. 17. Frg. b: (27) × (32) × (9); litt. 16,5. Rep. a. 1992 *Chieti* in regione q. d. *Civitella*. Servantur *Chieti* in museo *Civitella* (inv. n. 59506 [frg. a], 59510 [frg. b], ubi a. 2008 descripsi; a. 2014 denuo contulit CLAUDIA DITURI, quae im. phot. quoque sumpsit.



frg. a:

 [---]RRV[---]
 -----?

frg. b:

 [---]CIN[---]
 -----?

Im. phot. a SIMONE FERRACUTI sumpta.
 CIABARRA, *Anfiteatri* 224-225 n. 11.3.5 cum im. phot. 198.

Suppleverim [---]Marrucin[---], attamen diudicare non possum, utrum de nomine populi Marrucini an de cognomine Marrucini agatur, eo magis quod nescio, utrum ad monumentum honorarium an ad opus quoddam an ad monumentum sepulcrale titulus pertineat (vide CIABARRA, *l. l.* quae pendet e scheda mea). Ad tit. supra n. 6992 fragmenta pertinentia esse non videntur.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

6994 tit. sepulcralis seviri

Tabula a sinistra fracta margine cincta (33) × (52–36) × 10. Rep. Teate a. 1896 iuxta viam q. d. *Corso Marrucino* dum funditus diruerentur aedes gentis *de Horatiis*. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. del. a ZECCA a. 1979.

Traditur:

M . PONTIC
ROMVL
SEVIRO . S

V.

Fuisse videtur:

M(arco) Pontio [- -]
Romul[iano]
seviro, s[eviro Aug(ustali)],
[qui] v[ix(it) - -]

Exemplum a ZECCA editum.

V. ZECCA, *RASLA* 12, 1897, 147–154 cum exemplo sine supplementis (= ID., *Scavi* I 16–24); inde DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 112–113 n. 17 sine supplementis; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 176–177 n. 16 cum im. a ZECCA sumpta (*AE* 1984, 335); ID., in *Fonti latine e greche* I 407–408 n. 60. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 89.

Supplevi. – Supra v. 1 nihil deesse paene certum est, teste ZECCA. – 2 de supplemento *Romul[o]* quoque cogitare potui, sed cum versus concinne ordinati videantur de supplemento *Romul[iano]* iudicare malo. – 3 non est, cur excludam, quominus littera S pone *seviro* exarata ad nomen civitatis cuiusdam incipiens cum S pertineat, in qua civitate haud longe a Teate Marcus Pontius Romulianus seviri officio fuctus sit (ex. gratia de municipio Sulmone vel etiam Superaequo cogitari potest). – 4 V[- -] EGO in ed. pr.

Seviri et seviri Augustales Pisauri quoque memorantur (vide tit. huius Corporis vol. XI 6361. 6373, de quibus cf. CRESCI MARRONE – MENNELLA, *Pisaurum* 273–274 n. 72, 299 n. 84). Etiam vide infra ad tit. Cliterniae repertum n. 4168; de re universa vide C. MOLLE, in *Valle di Comino* XIII 133. De seviris Augustalibus, nec non seviris vel Augustalibus, fusius in titulis Teate repertis memoratis vide supra ad tit. n. 6991. Nomen gentilicium Pontii redit tit. Teatino n. 3037.

Saec. I medii p. C. n. esse potest.

6995–6999 tit. sepulcrales

Inter a. 1886/88 extra urbem Teate ad ecclesiam, q. d. *Santa Maria di Calvona*, sub praedio domini *Giacomo de Ritis*, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit, in lucem detecti quinque tituli ad idem monumentum sepulcrale spectantes, scil. sepulcrum illud Caii Lusii Storacis seviri liberti Caii Lusii et Iunia, qui et sibi et suis duabus coniugibus, nempe Lusiae Caii et Iuniae libertae Oecumeni et Lusiae Caii et Iuniae libertae Philinnae, et sociis monumenti, quorum nomina in duabus stelis, quae exstant muro exteriori aditus utrimque affixis insculpta, vivus fecit. De celeberrimis anaglyphis munera ab ipso Lusio Storace Teate edita fingentibus, quae monumentum adornabant, viri docti fusius disseruerunt; inter al. praesertim vide E. GHISLANZONI, *Mon. Accad. Lincei* 19, 1908 (1910), 541–614 cum im. phot. tab. 1–6; R. BIANCHI BANDINELLI – M. TORELLI – F. COARELLI – A. GIULIANO, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 55–102 cum im. phot. tab. 27–52; FELLETTI MAJ, *Tradizione italiana* 363–370 cum im. phot. tab. 79–82; G. MESSINEO, *Xenia* 2, 1981, 63–65; S. DIEBNER, in *Anfiteatro Flavio* 131, 132–138, 142 et passim cum im. phot. fig. 1; R. CALANCA, in *Gentes et Principes* 74–75 n. 20 cum im. phot. et tab. 22; M. JUNKELMANN, *Das Spiel mit dem Tod. So kämpfen Roms Gladiatoren*, Mainz 2000, 36–37 cum im. phot. fig. 48–50; *Sanguis arena* 347 n. 72 cum im. phot.; M. PAPINI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9^o, 19, 2004, 138–143 cum im. phot. fig. 57–62; G. IACULLI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 457–465 cum im. phot. et del. fig. 5–16; K. M. D. DUNBABIN, *JRA* 31, 2018, 699. Aliam bibliographiam invenies apud BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 88. Tit. n. 6995 et 6999 exstant *Chieti* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1979 et denuo a. 2002 recognovi; ceteri tit. n. 6996–6998 periisse videntur. Ex litterarum forma et praesertim ex forma monumenti et eius anaglyphis inter a. 20/40 p. C. n. tribuendi.

6995 = *EE* VIII p. 27 n. 121 (cf. p. 204 ad n. 819)

Epistylum lapidis calcarii ex tribus partibus inter se coniunctis compositum in fronte scalpro dentato dolatum a tergo paululum scabrum 29 × 259 [pars sin. 120, pars med. 61, pars dex. 78] × 52. In facie deorsum directa est longus recessus, ex eo, quod epistylum insertum fuit parieti exteriori supra portam monumenti sepulcralis. Litt. affabre insculptae 10–5,5. Rep. inter a. 1886/87. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. olim n. 4423 nunc n. 34218).



C(aius) Lusius C(ai) et Iuniae l(ibertus) Storax Rom[an]iensis seviri
sibi et Lusiae C(ai) et Iuniae l(ibertae) Oecumeni et Lusiae C(ai) et Iuniae l(ibertae) Philinnae
coniugibus suis vivos fecit; h(oc) m(onumentum) h(eredem) [n(on)] s(quetur).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26869 (adde neg. *D. A. I. Rom.* 34.1666).

Partem sinistram publici iuris fecit B. LANZELLOTTI apud G. FIORELLI, *NS* 1886, 169; titulum plenior em editit F. BARNABAEI *ibid.* 1887, 158; inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 27 n. 121 (cf. p. 204 ad n. 819); DE RUGGIERO –

VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4138; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 156–157 n. 49; M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 62 n. 1 cum im. phot. tab. 37; SCHÄFER, *Imperii insignia* 398–399 n. C53 cum im. phot. tab. 106 fig. 1, tab. 122 (cum alia bibliographia); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 403 n. 38; CIABARRA, *Anfiteatri* 207–208 cum im. phot. del. 169 (e

BUONOCORE). – Cf. GHISLANZONI, *l. l.* im. phot. tab. 1, litt. D; SCENNA, *Archeologia teatina* 95–96; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 158–159 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247; *Sangue e arena, l. l.* 357 n. 72 cum im. phot.

Puncta triangularia. Littera T supra versum passim egrediens.

1 quid vocabulum Romaniensis significet, adhuc incertum; MOMMSEN in *EE* sic interpretatus est: “Romaniensis quamquam nude positus mihi creditur is esse, qui artem aliquam exerceat extra urbem more urbano” [etiam cf. EUND., *Staatsrecht*³ III 1, 287 adn. 2, qui laudat tit. huius Corporis vol. XI 3936 = *ILS* 6588 a. 162 p. C. n., ubi memoratur collegium fabrum tignuariorum Romanensium, et tit. huius Corporis vol. XIV 2213 = *ILS* 3243 a. 100 p. C. n., ubi nominatur pistor Romanensis ex reg(ionibus) XIII; adde tit. huius Corporis vol. XII 1928 = *ILS* 7583, ubi laudatur Publius Vettius Gemellus sagarius Romanens(is)]; sunt autem ii, qui cogitant de altero

cognomine Caii Lusii Storacis, inde colligi potest libertum ex urbe Roma oriundum fuisse (vide inter al. KAJANTO, *Cognomina* 182; J. KOLENDO, *Archeologia* 29. 1978, 29; W. V. HARRIS, *JRS* 70, 1980, 130); esse quoque potest sacerdotium aliunde ignotum vel coniunctum cum verbo, quod sequitur, nempe sevir vel etiam alterum cognomen (vide TORELLI *l. l.*); non est cur excludam, quominus Caius Lusius Storax aliquod officium suum exercuerit prope portam quandam urbis Teate Romanam appellatam, cuius mentio autem adhuc inventa non est (de significatione ad locorum descriptionem pertinente adiectivorum eorum, quae in *-ensis* cadunt, vide CASTRÉN, *Ordo populisque Pompeianus* 79–80; EUND., *Arctos* 15, 1981, 1–12). – 3 *vivos pro vivos*.

Caii Lusii redeunt tit. n. 7000 v. 27–28 (etiam cf. quae scripsi *Misc. Graeca e Romana* 10, 1986, 260 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 582).

6996 = *EE* VIII p. 28 n. 122 (cf. p. 204 ad n. 819)

Epistylum ut traditur lapidis calcarii ex quattuor partibus inter se coniunctis compositum undique integrum. Litt. 10. Rep. inter a. 1887 et 1888. Perisse videtur. Descripsi ut potui ad im. del. a ZECCA et BARNABEI a. 1979 et denuo 2002.

C(ai) Lusi (vac.) *C(ai) et Lusiae Iunia* *l(iberti) Storacis*.

Partem sinistram, scil. verba *C(ai) Lusi* referentem, ediderunt F. BARNABEI apud G. FIORELLI, *NS* 1887, 158 et V. ZECCA *ibid.* 299; titulum pleniorum habuit BARNABEI, *ibid.* 1888, 748; inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 28 n. 122 (cf. p. 204 ad n. 819); ex quo DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 157–158 n. 50; M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 63 n. 3; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 403 n. 39. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 2, 1983, 159 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247.

IVIAE pro *Iunia* male DE LAURENTIIS.

Ex eo, quod inter vocabula *Lusi* et *C(ai)* fuit spatium vacuum relictum circ. 75, colligi potest aliquid generis architectonici supra hoc spatium epistylia superimpositum.

6997 = *EE* VIII p. 28 n. 123 (cf. p. 204 ad n. 819)

Plinthus ut traditur ex lapide calcario ita inscripta, ut v. 1 et 2 fascia separentur, 129 × 31 × 50. In facie sursum directa sunt sex recessus ad figendum. Rep. a. 1887. Perisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a ZECCA del. a. 1979 et denuo a. 2002.

Sibi et suis coniugibus;
sociis monumenti.

V. ZECCA apud G. FIORELLI, *NS* 1887, 298; inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 28 n. 123 (cf. p. 204 ad n. 819); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 158 n. 51; WALTZING, *Corporations* III 404 n. 1542; M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 62–63 n. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 403 n. 40. – Cf. E. GHISLANZONI, *Mon. Accad. Lincei* 19, 1908 (1910), 582; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 159 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247.

2 *monimenti pro monumenti.*

6998 = *EE* VIII p. 28–29 n. 124 (cf. p. 204 ad n. 819)

Tabula ex lapide calcario in fronte perquam adesa 128 × 59 × 30. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio ut videtur inverso cincta. Rep. a. 1887. Perisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a ZECCA del. a. 1979.

Soci monu[menti] her(edes):

Cn(aeus) Flavius Iustus p(ater),

Cn(aeus) Flavius Enn[ianus],

Cn(aeus) Flavius Ius[- -],

5 *C(aius) Cadiu[s] Septim[us],*

(vac.) *Cost[ans],*

[S]ex(tus) Popp[idi]us Hel[- -],

[-] Gaviu[s] Secu[- -],

C(aius) Septimius Fortu[- -],

10 *[-] Capriu[s] Eutyc[- -],*

(vac.) *Marsu[s],*

[C]n(aeus) Annaeus Hesper,

V(ibius) Herranius Felix,

[-] Mamilius Boethus,

15 (vac.) *Eleuther,*

(vac.) *Hesper,*

C(aius) Afinius Soterichus,

C(aius) Pul[er]ennius Atimetus,

Sex(tus) Pedius Castrensis,

20 (vac.) *Trophimus,*

M(arcus) Herranius Dexter,

N(umerius) Naevius Secundus,

M(arcus) Asinius Secundus,

Q(uintus) Poppaedius Restitutus,

25 *Sex(tus) Pedius Euanthus,*

Q(uintus) Tiberius December,

Q(uintus) Lucretius Aequalis,

C(aius) Vibius Vitulus,

Q(uintus) Tiberius December,

30 *M(arcus) Naevius Fuscus,*

(vac.) *Successus,*

M(arcus) Septimius Eucarpus,

C(aius) Herius Severus.

V. ZECCA apud G. FIORELLI, *NS* 1887, 298–299; inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 28–29 n. 124 (cf. p. 204 ad n. 819); M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 66–70 n. 5; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 403–404 n. 41. – Cf. WALTZING, *Corporations* III 404 n. 1543; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4310; ZECCA, *Scavi* II 75; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 159 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247; EUND., in *Annaei* 68 n. 101; EUND., in *Temptanda viast* 2 adn. 8; EUND., in *L'ombelico d'Italia* 69; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 66; EUND., in *Asinio Pollione* 24–25. 37 cum im. del. fig. 2.

Supplevit TORELLI, quem maxima parte secutus sum. – 1 MONV[- -] ZECCA, inde IHM, *monu[menti]* iam recte TORELLI. – 3 Enn[- -] OMNES. – 4 IVS[- -] ZECCA, inde IHM,

Ius[tus] TORELLI, *Iustus* haud recte EGO, *Ius[tio]* vel *Ius[tinus]* melius re perpensa quoque restituerim. – 5 CADIV[- -] ZECCA, inde IHM, *Cadiu[s]* iam recte TORELLI; SEPTIM[- -] ZECCA, inde IHM, *Septim[us]* iam recte TORELLI. – 6 COST[- -] ZECCA, inde IHM, *Cost[ans]* iam recte TORELLI. – 7 *[S]ex[tus]* iam recte EDITORES PRIORES; POPI[- -]VS ZECCA, inde IHM [de nomine gentilicio Popii, de quo AUCTORES nonnulli coniecerunt (cf. ex. gr. SCHULZE, *Eigennamen* 213) fusius disseruit C. FERRANTE, *Cahiers du Centre G. Glotz* 19, 2008 (2009), 10, quae recte hanc lectionem respuit, ubi alia bibliographia inveniri potest]; *Popp[idi]us* iam fortasse recte TORELLI (cf. autem infra ad v. 24, ubi nomen gentilicium Poppaedii nominatur; de nomine etiam vide G. CICALA – L. SPERANZA, *Picus* 32, 2012, 154); HEL[- -] ZECCA inde IHM, *Hel[enus]* TORELLI, *Hel[ios]* vel *Hel[ops]* vel sim. quoque restituerim. – 8 GAVIV[- -] ZECCA inde IHM, *Gaviu[s]* iam recte TORELLI; SECV[- -] ZECCA inde IHM, *Secu[ndus]* TORELLI, *Secu[ndio]* esse quoque potest. – 9 FORTV[- -] ZECCA inde IHM, *Fortu[natus]* TORELLI, estne aliquid propter, cur non

restituere possis ex. gr. *Fortu[nio]* vel *Fortu[nius]* vel sim.? – 10 CAPRIV[- -] ZECCA inde IHM, *Capriu[s]* iam recte TORELLI; EVTYC[- -] ZECCA inde IHM, *Eutyc[hus]* TORELLI, *Eutyc[hius]* quoque suppleverim. – 11 MARSV[- -] ZECCA inde IHM, *Marsu[s]* iam recte TORELLI. – 12 *N(umerius)* ZECCA inde IHM et TORELLI, *M(arcus)* EGO sine idonea causa in ed. pr.; *[C]n(aeus)* nunc propono ex eo, quod idem libertus, qui postea de vita cessit, redit in tit. qui sequitur v. 26. – 18 PVII-ENNIVS ZECCA inde IHM, *Pu[lf]ennius* iam recte TORELLI.

Memorantur triginta duo socii monumenti nec non heredes, inter quos habes libertos et servos (nota ante cognomina v. 6. 11. 15. 16. 20. 31 exarata spatium scriptura vacuum non abrasum extare videri. Inde conici potest futurum esse ut hi servi manumittantur et praenomen nomenque insculpantur. De re universa vide FABRE, *Libertus* 84 et passim). Nomina gentilicia Afinii, Annaei, Asinii, Caprii, Mamilii, Pedii, Poppaedii, Pulfennii, Septimii iam redeunt in titulis Teatinis (de quibus fusius disseruit titulis collectis TORELLI, *l. l.*). De Annaeis vide BUONOCORE, in *Annaei*, *l. l.* 39–72.

6999 = EE VIII p. 29 n. 125 (cf. p. 204 ad n. 819)

Tabula ingens lapidis calcarii ex tribus partibus inter se coniunctis composita, in angulis praesertim superiore dextro imminuta, in fronte scalpro dentato passim dolata valde autem pessumdata, a tergo scabra 233 × 80 × 27. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 195,5 × 63. Litt. inter lineas ad delineandum ductas incisae 3,5–2,5. Rep. a. 1888. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 4423), ubi a. 1979 descripsi.



- [So]ci monimen[ti - - ?]:
- Sex(tus) Pedius Dexter pat(er),*
Cn(aeus) Annâeus Zosimus pat(er),
L(ucius) Aebutius Paelinus pat(er),
 5 *L(ucius) Aebutius Epaphrodit(us),*
L(ucius) Aebutius Evangelus,
N(umerius) Aufillius Primulus,
 (vac.) *Hellenus,*
M(arcus) Dusmius Hermêros,
 10 *L(ucius) Aebutius Onesimus,*
C(aius) Decrius Charito,
M(arcus) Marcus Crescens,
L(ucius) Aebutius Privatus,
M(arcus) Ninnius Epaphrodit(us),
 15 (vac.) *Aprilis,*
 (vac.) *Charito,*
F[il]avia Nice,
 [-] *Decrius Vitalis,*
 (vac.) *Ianuarus,*
 20 *Sex(tus) Pompusidius Ac[- -],*
C(aius) Afinius Blastus,
 (vac.) *Ampliatu[s],*
Q(uintus) Helvius Phoebus;
 (vac. circ. v. 12)
 (vac.) *obiti:*
 25 *Anteros,*
Cn(aeus) Annâeus Hesper,
Chrysogonus.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26869.

F. BARNABEI apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 746–748; inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE VIII* p. 129 n. 125 (cf. p. 204 ad n. 819); ZECCA, *Scavi* II 76; DE LAURENTIIS, *Inscrizioni* 164–166 n. 53; M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 62–66 n. 4 cum im. phot. tab. 27 fig. 65; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 404 n. 42. – Cf. WALTZING, *Corporations* III 404 n. 1544; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4310; E. GHISLANZONI, *Mon. Accad. Lincei* 19, 1908 (1910), 582–583 adn. 1; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 159 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247; *Sanguis e arena* 357 n. 72 cum

im. phot.; BUONOCORE, in *Annaei* 67 n. 102; EUND., in *Temp-tanda viast* 2 adn. 8; EUND., in *Asinio Pollione* 23.

Puncta triangularia. Litt. T saepius supra versum eminens.

5 *Alpius Eparipodii* male ZECCA; *Epapaphr[o]dit(us)* haud recte TORELLI. – 7 *Primipu* perperam ZECCA. – 8 *Helenus* male BARNABEI, inde IHM, *Hellenus* iam recte ZECCA, DE LAURENTIIS et TORELLI. – 9 *Hermes* male ZECCA. – 11 *Chario* male BARNABEI, inde IHM, *Charitis* perperam ZECCA, *Charito* iam recte DE LAURENTIIS et TORELLI. – 14 *Aphrodit(us)* male ZECCA. – 18 *C(aius) Decrius* nescio an recte. – 20 *Pom-pus+d(ius)* male ZECCA; *Ac[er]* TORELLI, estne aliquid propter, cur non restituere possis ex. gr. *Ac[tus]* vel potius *Ac[tius]*, quod cognomen Graecum tit. Teatino n. 3023 occurrit, vel sim.? – 21 *Blasius* male ZECCA.

Memorantur viginti quinque socii monumenti nec non for-tasse heredes, inter quos habes liberos et servos (nota ante cognomina v. 8. 15. 16. 19. 22 exarata spatium vacuum non abrasum extare videri; vide, quae supra adnotavi). Femina cui nomen Flavia Nice nominatam (v. 17) praetermittenda quoque non est. In ima tabula exarata ratio nominis trium defunctorum ipsi collegio pertinentium, ex quibus nominantur Cnaeus Annaeus Hesper, qui in titulo praecedente iam erat notatus adhuc vivens, et servi duo, scil. Anteros et Chrysogonus, quibus libertas est negata. De nominibus gentiliciis fusius disseruit TORELLI, *l. l.* De Annaeis vide supra ad tit. praecedentem. De cognomine Paelini in titulis Corfiniensibus passim memorato vide quae scripsi in *Epigraphica* 79, 1997, 246 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 330).


7000 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in margine inferiore sinistro et infra fracta, a tergo paululum scabra (138) × 94 × 45. In lateribus angustis recessus ad figendum exstant. Area titulo inscribendo destinata excavata scalpro dentato dolata cymatio inverso cincta, cuius pars supra a sinistra et a dextra superest, ? × 70,5. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre incisae 2,9/2,7 (nota v. 1 in fascia supra, aream marginatam incisum et litteram R vocabuli *Charitinus* v. 33 minoris mensurae 1,5 exsculptam). Rep. a. 1946 extra urbem Teate apud ecclesiam, q. d. *Santa Maria di Calvona*, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 4863), ubi a. 1979 contuli.

Socii monumenti:

- Cn(aeus) Asinius Celer,*
M(arcus) Manilius Proclus,
C(aius) Attius Secundus sev(ir) Aug(ustalis),
 5 *C(aius) Florius Secundus,*
C(aius) Oppius Moderatus sev(ir) Aug(ustalis),
Cn(aeus) Ennius Speratus sev(ir) Aug(ustalis),
M(arcus) Attius Expectatus,
M(arcus) Ullidius Felix,
 10 *C(aius) Mamilius Achates,*
L(ucius) Alfius Saturñinus sev(ir) Aug(ustalis),
T(itus) Sentius Synegdemus sev(ir) Aug(ustalis),
C(aius) Caudius Primigenius,
N(umerius) Fresidius Carpus sev(ir) Aug(ustalis),
 15 *C(aius) Oppius Aprilis,*
Cn(aeus) Florius Felix,
Cn(aeus) Florius Successus sev(ir) Aug(ustalis),
C(aius) Oppius Nymphodotus sev(ir) Aug(ustalis),
C(aius) Oppius Callistus,
 20 *M(arcus) Ullidius Celer,*
C(aius) Reccius Gemellus,
L(ucius) Mamilius Laetus,
C(aius) Florius Celer,
M(arcus) Attius Optatus,
 25 *C(aius) Septimius Optandus,*
Cn(aeus) Ennius Tyrannus,
C(aius) Lusius Abascantus,
C(aius) Lusius Thymelus,
T(itus) Sentius Clemens dec(urio),
 30 *L(ucius) Mamilius Celer «selectus»,*
 [.] *Oppius Aper,*
 [.] *Dionius Epius sev(ir) Aug(ustalis),*
 [- *Ca]prius Cha`r`itinus,*
 [- *C]au[d]ius *Ve]stalis sev(ir) Aug(ustalis),*
 35 [- -]+IÇÇE[- -],
 -----*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24551.



A. MARINUCCI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 28, 1973, 500–503 n. 5 cum im. phot. tab. 2 fig. 5 (*AE* 1980, 368); BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 7, 1980, 429–446 cum im. phot. tab. 1 (inde etiam *AE* 1980, 368); ID., *Suppl. It.* 2, 1983, 177–179 n. 17 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 408 n. 62. – Cf. F. VERLENGIA, *Il Momento. Cronache dell'Abruzzo – Molise*, 20 ottobre 1946, 2; M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 71; J. LINDERSKI, *JRA* 3, 1990, 318 (= EUND., *Roman Questions* I 412); BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 89; STERNINI, *Romanizzazione* 39; BUONOCORE, in *Asinio Pollione* 24–25 cum im. phot. fig. 3; L. VANDERVOORDE, *Mnemosyne* 70, 2017, 828.

Puncta triangularia. Litt. T saepius supra versum eminens.

Supplevi. – 1 *monimenti* pro *monumenti*; *monimenti* AE. – 11 *Aleius*, – 12 *Sinecdemus* MARINUCCI, *Synecdemus* EGO ed. pr. inde AE. – 25 in. *C(aius)* omisit, – 30 «*selectus*» omisit MARINUCCI, [*selectus*] EGO ed. pr., [*selectus*] AE. – 31 *Afer*, – 32 *Dionisius*, – 33 [- -] *prius*, – 34 [- -] *au[- -]stalis* MARINUCCI, [.*?* *C[au]dius Ve[?]stalis* EGO in ed. pr. – 35 [- -] *cc[- -]* MARINUCCI, [- -] *icce[- -]* AE; ex. gr. restituerim [- -] *Şicçe[nsis - -]*.

Inter socios, qui omnes liberti esse videntur, huius collegii funeraticii nominantur decem seviri Augustales (de quibus vide supra ad tit. n. 6990); praeterea habes (v. 29) Titum Sentium Clementem, qui decurio appellatur, et (v. 30) Lucium Mamilium Celerem, qui selectus dicitur: ut iam LINDERSKI recte interpretatus est, alter fuit decurio alter selectus collegii cuiusdam, nempe funeraticii vel potius Augustalium (etiam vide supra ad tit. n. 3023; de re universa vide M. L. CALDELLI – C.

SLAVICH, *ZPE* 195, 2015, 267–268). De ratione nominis omnium virorum fusius disserui in *Misc. Greca e Romana*, l. I. et in *Suppl. It.*, l. I. (Teate redeunt nomina Asinii, Caprii, Lusii, Mamili, Oppi et Septimii). De nomine Fresidii etiam vide CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 246–247. De nomine Ullidii etiam cf. tit. Corfiniensem infra n. 3277. Notandum est nomen Dionii (v. 32), quod nomen hic primum occurrit (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 68); inde nomen gentilicium consulis suffecti a. 289 p. C. n. (de quo inter al. vide E. GROAG, *PIR*² C 609; BARBIERI, *Albo* 326 et *PLRE* I Proculus 8) non [*Cel]ionius* sed potius [*D]ionius* restituendum esse videtur (de re universa vide quae scripsi in *Misc. Greca e Romana*, l. I. 439–440 et in *Suppl. It.* 179). De cognomine Moderati (v. 6) vide H. DI GIUSEPPE, *Stud. Ric. Matera* 8, 2007, 112. De cognomine Synecdemi (v. 12) vide S. EVANGELISTI, in *Voce concordi* 286.

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. saltem tribuerim.

7001 tit. sepulchralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte valde pessumdata, a tergo levigata (36) × (69) × 4. Litt. ad rusticas transgredientes 1,6/1,2. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8977 iam A. T. 186), ubi a. 1979 descripsi.



 [- -]+++[- -]
 [- -] *f(i)lius* Labeo,
 [- -] *us C(ai) f(i)lius*,
 [- -] *us M(arci) f(i)lius*,
 5 [- -] *ius M(arci) f(i)lius*,
 [- -] *us N(umeri) f(i)lius*,
 [- -] *us Cn(aei) f(i)lius Domn[io]*,
 [- Du] *smius C(ai) f(i)lius Figulu[s]*,
 [- -] *us C(ai) f(i)lius Strabo*,
 10 [- Pom] *ponius Sex(ti) f(i)lius*,
 [- -] *N(umeri) f(i)lius Laverna*,
 [- -] *T(iti) f(i)lius Cerrinus*,
 [- -] *T(iti) f(i)lius Albus*,

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24829.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 179–180 n. 18 cum im. phot. (AE 1984, 336); ID., in *Fonti latine e greche* I 408–409 n. 63. – Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* im. phot. tab. 20; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 89; EUND., in *Asinio Pollione* 23.

1 + vestigia litt. incertarum. – 13 [- -] + EGO in ed. pr.

Collegii fortasse funeraticii sunt viri in hoc titulo laudati. De nomine Duscii vide supra ad tit. n. 3018. De cognomine *Domnio(n)* vide H. SOLIN, *Arctos* 38, 2004, 171, EUND., *ibid.* 41, 2007, 93; cognomen Cerrini hic solum occurrit (cf. SOLIN

– SALOMIES, *Repertorium*² 313); rarissimum cognomen Lavernae (de quo vide KAJANTO, *Cognomina* 216 et H. SOLIN, *Arctos* 40, 2006, 135 et S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9^o, 27, 2011, 667).

In dubium maneo, utrum fragmentum infra n. 7022 ad hunc titulum pertineat, necne.

Ex eo, quod viri cognomine nonnumquam carent saec. I medio p. C. n. tribuerim, cui temporis litterarum forma sane congruit.

7002 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata a tergo paulum scabra (26) × (19) × 14. Litt. 4–3. Rep. nescio quando loco incerto. Servari videtur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum, ubi autem a. 1979 non repperi. Descripsi quatenus potui a. 2016 ex im. phot. et ex scheda, quam mihi SYLVIA DIEBNER comiter a. 2016 misit.

 [- -] Opta[tus],
 [- -] Faust[us],
 [- -] Davo[s],
 [- -] Ca+[- -]
 5 [- -]DE+[- -]

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 864.VW.83.

Puncta nulla.

Si recte intellexi, agitur del collegio funeraticio quodam (vide titulos praecedentes). De raro cognomine *Davos* vide H. SOLIN, in *Studia Georgi Mihailov* 439.

Forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. adducit.

7003 = *EE* VIII p. 30 n. 126 = *CLE* 170 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fastigii triangularii instar infra et a dextra fracta, in fronte passim scalpro dentato dolata a tergo expolita i. e. monumentum sepulcrale imagine adulescentuli togati defuncti exornatum (102) × (48) × 31 (sup.)–21 (inf.). Litt. circa aediculam, praeter in latere sinistro, insculptae 3/2,1 (nota versum 1 inter lineas ad delineandum ductas insculptum; litt. S vocabuli *filius* v. 8 minoris mensurae). Rep. a. 1880 extra urbem Teate prope ecclesiam, q. d. *Santa Maria di Calvona*, sub praedio domini *Giacomo de Ritis*, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 9101 iam *A. T.* 390), ubi a. 1979 contuli.

Alexander
 Maraidi Sex(ti) s(ervus);
 quot
 par
 5 pareñti
 dequş
 facer(et)
 filius
 mors
 10 imatu-
 ra
 adem-
 it
 ut
 15 face-
 ret
 mate[r]
 filio.
 Alexandro.

F. BARNABEI apud G. FIORELLI, *NS* 1880, 750; B. LANZELLOTTI, *RASLA* 6, 1891, 100 n. 5 (= *id.*, *Antichità teatine* 30 n. 5); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 154–156 n. 48; ex BARNABEI ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 30 n. 126; BÜCHELER, *CLE* 170; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 404 n. 43; *id.*, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 34 n. 18 (= *id.*, *Abruzzo e Molise*

I 176 n. 18); *id.*, in *Gentes et Principes* 110–111 n. 38 cum im. phot. tab. 40 (cf. *AE* 1993, 568); *id.*, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 29–30 n. 2 cum im. phot. tab. 6 fig. 1 (= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 124 n. 2 cum im. phot. fig. 6); *id.*, in *Metrische Inschriften* 211–212 n. 2; *id.*, in *Temptanda viast* 5 n. 15; *id.*, *Arch. Class.* 57, 2006, 381. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 2, 1983, 160 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247; EUND., *ibid.* 80, 1990 (1992), 76; E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 43; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 88 ad tit.; M. MASSARO, in *Metrische Inschriften* 151 adn. 131; G. MASARO – L. MONDIN, *Ostraka* 19, 2010, 196; N. KATARZYNSKI, *SEBarc* 13, 2015, 22; A. M. MORELLI, in *Valle di Comino* XIV 128–130.

Puncta triangularia.


3 quot pro quod. – 6 dequş pro decus. – 10–11 imatura pro immatura.

Nomen gentilicium Maraidii hic solum in cuncta regione quarta occurrit. V. 3–18 sunt duo iambi senarii, scil. *quot par parenti dequş facer(et) filius | mors imatura ademit ut faceret mater filio*, quos sic in sermonem Italicum vertendum opinor: “Una morte prematura impedì quel naturale tributo che il figlio avrebbe dovuto rendere al proprio genitore, cosicché fu la madre a renderlo al proprio figlio” (sermonem Hispanicum reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* I 148 ad n. *CLE*). “Variatur sententia tritissima impendio metri ac sermonis” BÜCHELER, *CLE*; de qua praeter quae BÜCHELER in *EE* et in *CLE* scripsit (etiam cf. *CLE* 165–166. 168–178. 1888–1890), vide LATTIMORE, *Themes* 189–190 et passim; MASSARO, *Inv. luc.* 12, 1990, 192–195; EUND., *Epigrafia metrica latina* 18–21. De locis similibus praeter AUCTORES supra memoratos vide B. LIER, *Philologus* n. s. 16, 1903, 446. 457; GALLETIER, *Étude* 281; M. T. SBLENDORIO CUGUSI, *Atti Mem. Arcadia* s. 3°, 7, 1978, 165 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 868); SANDERS, *Lapides memores* 92; R. HERNÁNDEZ PÉREZ, in *Asta ac pellege* 65; F. SOCAS GAVILÁN, *ibid.* 186; ANTOLINI, *Iscrizioni* 102. 103; P. CUGUSI, *Ostraka* 19, 2010, 34–35 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *l. l.* 1170–1172); MORELLI, *l. l.*

Ex litterarum monumentique forma alteri saec. I medio a. C. n. tribuo.

7004 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a dextra et infra fracta, in fronte perquam adesa a tergo levigata (26) × (39) × 12. Litt. affabre insculptae 6. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 9140 iam A. T. 405), ubi a. 1979 descripsi.



C(ai-) An[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24899.
BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 180–181 n. 19 cum im. phot.;
ID., in *Fonti latine e greche* I 409 n. 64.

Punctum triangulare.
Supplere potui nominativo vel dativo.
Litterae saec. I p. C. n. esse videntur.

7005 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a dextra et infra fracta in usum posteriore secta (50) × (37) × 15. Litt. 5. Rep. Teate in effossionibus monasterii S. Francisci a. 1897/98 peractis. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a ZECCA del. a. 1979.

Traditur:

C. CA

Fuisse videtur:

-----?
C(ai-) Ca[- -]

Im. a ZECCA del.
V. ZECCA, *L'Orifiamma* 1, 2, 1899, 39–40; ID., *Scavi* II 52, cum im. del. tab. 1 fig. litt. d (inde DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 100–101 n. 9; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 181 n. 20 cum im. del. a ZECCA sumpta; ID., in *Fonti latine e greche* I 409 n. 65).

C(aio) Ca[esari - -] sine idonea causa restituit ZECCA.
Supplere potui nominativo vel dativo.
Aetatis incertae.

7006 = EE VIII p. 27 n. 119 (cf. p. 204 ad n. 819) tit. sepulcralis

Tabula marmorea ex duabus partibus (a–b) inter se non coniunctis fracta, in fronte levigata perquam autem adesa, a tergo paululum scabra. Pars sinistra a nunc deperdita (57) × (63) × 11; pars dextra b (55) × (95) × 11. Area

titulo inscribendo destinata haud excavata cincta est fascia crass. 14 cum foliis ornata, cuius pars a dextra et a sinistra ut traditur superest. Litt. affabre insculptae 9,5/7. Rep. a. 1888 extra urbem Teate prope ecclesiam, q. d. *Santa Maria di Calvona*, sub praedio domini *Giacomo de Ritis*, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Pars dextra servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23928), ubi a. 1979 contuli; partem sinistram nunc deperditam descripsi ut potui ad im. a BARNABEI del. a. 1979.



C(aio) Ca[esid]io Q(uinti) f(ilio) Arn(ensi)
[.]guri,
Tellutia [Spe]rata viro suo et
Q(uinto) Caesi[di]o Q(uinti) f(ilio) Basso
5 [atr]i [et sib]i
[fecit].

Im. phot. partis dextri ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26457.
Partem sinistram edidit V. ZECCA apud G. FIORELLI, NS 1887, 299; utramque F. BARNABEI, *ibid.* 1888, 748 (inde M. IHM, *EE* VIII p. 27 n. 119; ex quo DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 168–169 n. 55); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 403 n. 36. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 267; M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 71; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 158 ad tit.; FORNI, *Tribù* C257; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; G. IACULLI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 457.


Puncta in formam virgulae acclivis redacta. Litt. T vocabuli *Tellutia* ut traditur supra versum egrediens.

Supplevi. – 2 [au]guri BARNABEI et TORELLI, [?] Li]guri IHM, inde FORNI vel etiam [Au]guri quoque restituerim; nam in dubio maneo, utrum cognomen an officium municipale auguris restituas; attamen ex eo, quod frater cognomen habet, opinor Caium Caesidium quoque cognomine non carere. – 3 [- -]ja ° ta ZECCA, [- -]ata BARNABEI inde IHM, DE LAURENTIIS et TORELLI. – 5 ex. Eī potius quam ET ectypo adhibito IHM; sibi pro sibi. – 6 omiserunt PRIORES.
Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuo.

7007 = EE VIII p. 31 n. 128 = CLE 1169 tit. sepulcralis

Tabula lapidis calcarii ex tribus partibus inter se coniunctis composita infra fracta, in fronte perquam adesa, 85 × 60 × 22. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio ut videtur inverso cincta. In latere externo dextro exaratae, ut traditur, duae litterae EI, inde colligi potest has litteras ad probationem quadratarii pertinere potius quam, ut prior editor suspicatus est, tabulam in usum posteriorem ad titulum recentiore qui superest insculpendum adhibitam esse. Rep. a. 1888 extra urbem Teate prope ecclesiam, q. d. *Santa Maria di Calvona*, sub praedio domini *Giacomo de Ritis*, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a BARNABEI del. a. 1979 et denuo a. 2002.

Traditur:



Fuisse videtur:

Dusmia Nothis
hic;

fata deum tria quae retinetis condita vitae
staminis et ductu tempora divi[di]t[is],

5 saepe dolenda n[im]is canitis crudelia F[ata],
et dulcis natos matribus eripitis;
octavom et decumum f[lo]ri s[i]m[ilis] tulit annum]
fratribus et matri dulcis amanda suis,
[cum lari]bus nostris rapuit [n]im[is] [i]n[iv]ida Clotho],

10 [privavitque usu] lu[c]is acerba dies,

[- - -] hoc mite[- - -]

[- - -]DDA[- - -]

[- - - - -]

[- - - - -]

15 et [- - -]FELI[- - -]

[- - -]V[- - -]

[- - -]O[- - -]

[- - - - -]

[- - -]O[- - -]

20 [- - -]M[- - -]

[- - -]PMN[- - -]

[- - -]TO SO[- - -];

mat(e)r, fra(tres)

p(osuerunt).

Im. del. ex BARNABEI repetita.

F. BARNABEI apud G. FIORELLI, NS 1880, 748–750 (inde B. LANZELLOTTI, *Di un altro cippo scavato nell'antico sepolcro teatino*, Chieti 1888 et DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 170 n. 56; ex BARNABEI ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 31 n. 128 (ubi v. 7–10 supplevit BÜCHELER) et DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4246; BÜCHELER, *CLE* 1169; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 405 n. 45; ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 34 n. 19 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 176–177 n. 19); ID., in *Temptanda viast* 5 n. 16; M. RODRÍGUEZ

PANTOJA, in *Ex officina* 302–303 cum interpretatione Hispanica). – Cf. M. TORELLI, *Studi Miscellanei* 10, 1966, 71; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 160 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247; EUND., *ibid.* 80, 1990 (1992), 76; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 88 ad tit.; G. IACULLI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 457; BUONOCORE, in *Asinio Pollione* 23.

Litt. T supra versum saepius eminens.

Supplevit BÜCHELER (*CLE*), quem secutus sum. – 3 praetermittendum non est Romae in Foro ad Rostra Augusti ante Curiam Tria Fata fuisse (de quibus vide F. ZEVİ, in *Lexicon Topographicum. Suburbium* V 85–86); de iunctura *fata deum tria* etiam cf. M. JOSÉ PENA, in *Ex officina* 353. – 6 locutio *dulcis natos* invenitur apud VERG. *georg.* 3, 178; *Aen.* 2, 138; 4, 33 (de qua vide HOOGMA, *Der Einfluss Vergils* 256. 354); etiam cf. LVCR. 3, 895. – 7 *octavom et decumum* pro *octavum et decimum*. – 9 [cum mani]bus proposuerat BÜCHELER in *EE*. – 10 locutionem *acerba dies* invenio, ex. gr., *CLE* 1304, 4. – 23 *mat(er)* EGO in ed. pr.

De nomine gentilicio Dusmii saepius tit. Teatinis memorato vide supra ad tit. n. 3018. V. 3–22 sunt decem dactyli elegiaci, quorum priores quattuor restitui tantum possunt, scil. *fata deum tria, quae retinetis condita vitae | staminis et ductu tempora divi[di]t[is]*, | *saepe dolenda n[im]is canitis crudelia F[ata]*, | *et dulcis natos matribus eripitis*; | *octavom et decumum f[lo]ri s[i]m[ilis] tulit annum* | *fratribus et matri dulcis amanda suis*, | *[cum lari]bus nostris rapuit [n]im[is] [i]n[iv]ida Clotho*, | *[privavitque usu] lu[c]is acerba dies*; quos dactylos sic in sermonem Italicum vertendos opinor: “O *Parche* (scil. *fata deum tria*), *che governate il tempo assegnato alla vita e lo tagliate a seconda dello svolgersi dello stame (sul fuso); spesso, o crudeli Parche, cantate momenti troppo dolorosi, e strappate alle madri i dolci figli. Simile a un fiore era nel diciottesimo anno (della vita), dolce (oggetto) dell'amore di sua madre e dei suoi fratelli, quando la troppo invidiosa Clotho la rapì ai nostri Lari e un prematuro e crudele giorno la privò dell'uso della luce*” (sermonem Hispanicum quoque reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* II 14 ad n. *CLE*). De locis similibus etiam cf. B. LIER, *Philologus* n. s. 16, 1903, 475; F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 192. De Fatis nempe Parcis in carminibus saepius memoratis etiam vide M. T. SBLENDORIO CUGUSI, *Epigraphica* 77, 2015, 321–324 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1579–1582).

Dubitanter saec. II p. C. n. tribuerim.

7008 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario marginibus imminutus anaglypho fastigii rotundati ornatus, in quo roseus flos incisus, corona et crepidine undique prospicientibus praeditus, in fronte levigatus a tergo scaber 75 × 40 × 35. Litt. 3–2. Rep. Teate a. 1911 in loco *Costa Ciampone* appellato, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 9125 iam A. T. 388), ubi a. 1979 contuli.

Sex(tus) Epillius Her-

mes,

Epill[ia] Hedone

vivi posuerunt

5 *sibi et*

Epilliae Aphrodisē

filiae piissimae

dulcissimae,

vixit annis XX.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24876.



V. ZECCA, *RASLA* 27, 1912, 487–492; A. MARINUCCI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 28, 1973, 500 n. 4 cum im. phot. tab. 1 fig. 4; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 181 n. 21 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 409 n. 66. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 7, 1980, 430 adn. 1 n. 4 (*AE* 1980, 372); BRANCATO, *Repertorium* II 92; G. IACULLI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 457.

Puncta triangularia.

Supplevi. – 3 E[- -]A ZECCA, *E[pilli]a* MARINUCCI. – 4 omisit ZECCA. – 6 *Aphrodis*[- -] ZECCA, *Aphrodisi(ae)* MARINUCCI; *Aphrodise* pro *Aphrodisiae* opinor.

Notandum nomen Epillii hic solum in tota regione quarta occurrere.

Ex litterarum forma inter saec. I et II p. C. n. tribuerim.

7009 tit. sepulcralis opistographus

Tabula lapidis calcarii undique levigata (11) × (15) × 5,9. Litt. partis anticae circ. 2,8; litt. partis posticae 3,5. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 22871), ubi a. 1979 et denuo a. 2002 descripsi.



Fig. α

pars antica:

[- -] mat[er fecit].



Fig. β

pars postica:

[- F]abio [- -]
[- -]+OC+[- -]

Fig. α–β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26696 (pars antica). 24972 (pars postica). BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 186 n. 32 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 410 n. 77.

Pars postica: 2 + prior est pars pedis hastae rectae litt. I vel N, altera est pars litt. O vel C.

Non est, cur excludatur quin uterque titulus saec. II p. C. n. sit.

7010 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata perquam autem adesa, a tergo paululum scabra (33) × (30) × (17). Litt. oblongae inter lineas ad delineandum ductas minus accurate incisae 6–5. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23927), ubi a. 1979 descripsi.



[- -]niae Fe[- -]
[- -]c]oniug[i - -]
[- -] cum [qua vixit - -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26454.

BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 184–185 n. 12 cum im. phot.; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 90 n. 47 cum im. phot. (*AE* 2004, 470).

1 punctum triangulare.

Ex litterarum forma saec. III p. C. n. tribuerim.

7011 tit. sepulcralis

Tabula marmorea undique fracta, in fronte et a tergo in usum posteriorem secta (24) × (22) × 8,5–4,5. Litt. affabre insculptae 9. Rep. Teate a. 1916 in effossionibus aedium olim gentis *Valignani* – *Vacri* peractis. Dono dedit gens *Mezzanotte* museo nationali antiquitatum urbis *Chieti* (inv. n. 8141 iam A. T. 177), ubi a. 1979 contuli.



[- -] f(il-) Fru[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24764.

DE LAURENTIIS, *Inscrizioni* 103–104 n. 14; BUONOCORE, *Suppl. It. 2*, 1983, 182 n. 22 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 409 n. 67.

Punctum in formam hederæ signatum.

De cognomine *Fructi* vel sim. (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 335) cogitaverim.

Litteræ saec. I p. C. n. esse possunt.

7012 tit. sepulcralis

Tabula marmorea ex duabus partibus inter se coniunctis composita undique fracta, in fronte et a tergo levigata (20) × (29) × 1,5. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 4,2–3,8. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8156 iam A. T. 184 + 8984 iam A. T. 179), ubi a. 1979 descripsi.



[- -]+IC+[- -]
[- -]æ Ha[r]ia[nae - -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24861 + 26686.

BUONOCORE, *Suppl. It. 2*, 1983, 182 n. 23 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 409 n. 68. – Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* im. phot. tab. 22 fig. 7.

Punctum triangulare.

De raro cognomine *Harianæ* vide KAJANTO, *Cognomina* 148.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7013 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario undique perquam adesus, in facie sursum directa in usum posteriorem ad manus lavandas terebratus (26) × (21) × 19. Litt. valde detritæ 1,5–1,4. Rep. extra Teate circ. a. 1930 in loco *S. Maria della Misericordia* appellato, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8934 iam A. T. 187), ubi a. 1979 descripsi.



sorori [et]
Helvidi[ae] Felici,
C(aius) Helvidius Polydeuce(s)
v(ivus) [f(ecit)] sibi et [suis]
s et Annavae Sa[...]
[po]si[t].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24805.

BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 172–173 n. 2 cum im. phot. (*AE* 1984, 334); ID., *Suppl. It. 2*, 1983, 182–183 n. 24 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 409 n. 69. – Cf. EUND., *Suppl. It. 22*, 2004, 89.

Puncta triangularia.

1 [et] omisi – 4 v(ivus) [f(ecit)] omisi, – 5 Annava EGO in. ed. pr.; Sa[ga]t[ae] vel Sa[lut]ae vel sim. – 6 posit pro posuit (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 150).

Nomen *Helvidii* redit tit. *Teatino* n. 3019; alii *Annarii* saepius occurrunt in titulis regionis *Paelignae* (de re universa vide VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 11–13; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 191).

Litteræ saec. I p. C. esse videntur.

7014 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra a sinistra et infra fracta undique levigata (35) × (39,5) × (23,5). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a dextra tantum servatur. Litt. 8/2,8. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 24492), ubi a. 1979 descripsi.




 [...]*q̄ri*, *Leda*
çonser(vo) b(ene) m(erenti)
p(osuit).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26856.
 BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 185–186 n. 13 cum im.
 phot.; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 91 n. 48 cum im. phot. (AE
 2004, 471).

Puncta in formam hederæ signata.
 2–3 *conser(v-) b(ene) m(erenti) | p(-) EGO* ed. pr.
 Rarum cognomen *Leda*.
 Litteræ saec. II p. C. n. esse videntur.

7015 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario infra fracta, in fronte levigata, a
 tergo paululum scabra (42) × (25) × 6. Litt. actuariæ
 3/1,2. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto.
 Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n.
 23932), ubi a. 1979 descripsi.



D(is) M(anibus) s(acrum).
Macrius
filio ca-
ro bene
 5 *merenti*
[vi]x(it) an(nis) XXVI.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26468.
 BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 186–187 n. 14 cum im.
 phot. (AE 1984, 342); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 91–92 n. 49
 cum im. phot. (cf. AE 2004, ad p. 170).

Puncta quorum forma minus regularis est.

2 *Magrius EGO* ed. pr.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)*
s(acrum) compendiis scripta saec. III p. C. n. tribuerim.

7016 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata
 perquam autem adesa, a tergo paululum scabra (18) ×
 (19) × (17). Litt. cornibus praedita 5,5/5. Rep. videtur
 Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo
 nationali antiquitatum (inv. n. 24494), ubi a. 1979 descripsi.



 [---]CA+[---]
 [---]O]ptato [---]
 [---]EV[---]


Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26858.
 BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 187 n. 15 cum im. phot.;
 ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 92 n. 50 cum im. phot. (AE 2004,
 472).

1 + est hasta recta.

Litteræ saec. III p. C. esse videntur.

7017 = I² 3262 tit. sepulcralis

Aedicula ex lapide calcario infra fracta undique expolita,
 i. e. pars monumenti sepulcralis imagine adulescentuli
 togati defuncti exornata (54) × 44,5 × 25. Litt. supra aedi-
 culam in fascia 9,5 insculptæ 2,5–1,8. Rep. Teate a. 1899
 prope ecclesiam S. Francisci in aedibus gentis *Viaggi*. Nunc
 servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n.
 5167), ubi a. 1979 contuli.



*Aufidia Minata mater
L(ucio) Poditio L(uci) filio suo
fecit; is obiit annor(um) XVII.*

Im. phot. ab A. LA REGINA a. 1968 sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26441).

ZECCA, *Scavi* II 53–57 cum im. phot. tab. 2; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 136–139 n. 29; CIANFARANI, *Schede* I n. 19; A. MARINUCCI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 28, 1973, 499–500 n. 3 cum im. phot. tab. 1 fig. 3 (*AE* 1980, 371); DEGRASSI, *I*² 3262 cum im. phot. tab. 94 fig. 1; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 183–184 n. 25 cum im. phot.; S. RINALDI TUFFI, *Abruzzo* 19, 1981, 92–93 cum im. phot. fig. 4; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 410 n. 70; ID., in *Gentes et Principes* 108–109 n. 37 cum im. phot. tab. 39 (cf. *AE* 1993, 568); ID., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 30 n. 3 cum im. phot. tab. 6 fig. 2 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 125 n. 3 cum im. phot. fig. 7). – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 7, 1980, 430 adn. 1 n. 3; EUND., *Klio* 70, 1988, 576; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 89; DUPRAZ, *Vestins* 398; F. CENERINI, in *Scritti Gino Bandelli* 67–68.

Puncta triangularia sursum directa.

3 obicit *AE* typhothetae errore ut videtur (cf. *AE* 2010, 396); obicit pro obiit.

Cognomen Minatae et nomen gentilicium Poditii hic solum occurrunt (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 363 et 145; de cognomine etiam vide H. SOLIN, *Arctos* 45, 2011, 151); in dubio autem maneo utrum illud *Minata* praenomen pro cognomine adhibitum (de praenomine Minati vide SALOMIES, *Vornamen* 79; EUND., in *Prénoms* 26–27). Nomen gentilicium Aufidii redit tit. Teatino n. 3029.

Ex litterarum forma, ex grammatica et ex eo, quod vir cognomine caret, saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7018 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra fracta undique levigata (25) × (42) × 8,5. Litt. 7–6 (litt. F v. 1 minoris mensurae 4,5). Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 24490), ubi a. 1979 descripsi.



*[- P]ontio Sex(ti) filio
[...]undo Gal(eria)
[fra]ter Prisc[us]
[- - -] + [- - -]
-----?*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26854.

BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 183–184 n. 11 cum im. phot. (*AE* 1984, 341); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 92–93 n. 51 cum im. phot. (cf. *AE* 2004, ad p. 471). – Cf. H. SOLIN, *Arctos* 18, 1984, 142–143 (= EUND., *Analecta Epigraphica* 215); FORNI, *Tribù* P635; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38.

Puncta triangularia.

2 [Ab]undo EGO; [Sec]undo vel sim. mavult SOLIN; de cognominibus finientibus in *-undus* vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 449. Notandum tribum post cognomen memoratam esse [de hac scribendi ratione cf. G. FORNI, in *L'onomatistique latine* 85 (= EUND., *Scripta minora* 203–204)]; de tribu Galeriae fusius disseruit M. SILVESTRINI, in *Modalità insediative* 273–283.

Ex eo, quod [- P]ontius Sexti filius [...]undus tribui Galeriae adscriptus, domus incerta manet.

Litterae saec. II p. C. n. esse videntur.

7019 = *EE* VIII p. 30 n. 127 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario a sinistra ut videtur fractus 61 × (24) × 12. Rep. a. 1884 extra urbem Teate prope ecclesiam, q. d. *Santa Maria di Calvona*, sub praedio domini *Giacomo de Ritis*, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a LANZELLOTTI del. a. 1979 et denuo a. 2002.

Traditur:

FRIMAE
SILVCEI
OSASITA

Fuisse videtur:

*Primae
[Se]x(ti) Luccei
osa sita.*

Im. a LANZELLOTTI del.

B. LANZELLOTTI apud G. FIORELLI, *NS* 1884, 87 (= *Mem. Accad. Lincei* s. 3°, 13, 1884, 235); ID., *Di altri oggetti antichi trovati nel sepolcreto teatino*, Chieti 1884, 9–11 n. 9; ID., *RASLA* 6, 1891, 99 n. 4 (= ID., *Antichità teatine* 29 n. 4); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 153 n. 47; ex LANZELLOTTI ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 30 n. 127; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 404 n. 44. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 2, 1983, 160 ad tit.; EUND., *BDASP* 73, 1983 (1985), 247.

Supplevi. – 2 de praenomine Sexti potius quam Kaesonis cogitaverim (de quo praenomine vide SALOMIES, *Vornamen* 26–27). – 3 *osa* pro *ossa*.

Saec. I in. p. C. n. fuisse videtur.

7020 tit. sepulcralis

Tabula marmorea undique fracta, in fronte et a tergo levigata (31) × (26,5) × 2. Litt. tenuiores et paululum inclinatae 3–0,8. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1979 descripsi.



 [- - - V]erecun[dae]
 [q(uae) v(ixit) an]nis XL me(n)s(ibus) II
 [car]issimae uxo[ri]
 cum qua vixit an-
 nis XXVI men(sibus) XI
 [die]b(us) XV bene merenti
 fecit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 93 n. 52 cum im. phot. (AE 2004, 473). – Cf. EUND., in *Fides amicorum* 102.

Tit. restitui non sine dubiis.

2 [q(uae) v(ixit) ann]is, 3 [car]issimae EGO ed. pr.
 Saec. III p. C. n. tribuerim.

7021 tit. sepulcralis

Tabula marmorea ex tribus partibus inter se coniunctis composita undique fracta, in fronte levigata, a tergo scabra (12,5) × (16) × 3,7. Litt. 3,6. Rep. Teate nescio quando in effossionibus in crypta mensae publicae (Italice *Banca d'Italia*) institutis. Inde ab a. 1939 servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8990 iam A. T. 646), ubi a. 1979 descripsi.



 [- - -]SAVO[- - -]
 [- - -]anus [- - -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26697.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 184 n. 26 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 410 n. 71.

1 [- - -] + AV + [- - -] EGO in ed. pr.

Litterae saec. I p. C. n. esse videntur.

7022 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte paululum scabra, a tergo levigata (7,4) × (9) × 3,5. Litt. ad actuarias transgredientes 1,8. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8126), ubi a. 1979 descripsi.



-----?
 [- - -]inius L(uci) [- - -],
 [- - -]inius [- - -],

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24667.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 184 n. 27 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 410 n. 72; ID., in *Asinio Pollione* 225 cum im. phot. fig. 4. – Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* im. phot. tab. 22 fig. 6.

1 punctum in formam virgulae acclivis redactum.

Ex forma litterarum in dubium maneo, utrum fragmentum ad tit. n. 7001 pertineat, necne. In titulis Teatinis fusius occurrit nomen Asinii.

Litterae saec. I p. C. n. esse videntur.

7023 tit. sepulcralis

Tabula marmorea undique fracta, in fronte levigata, a tergo in usum posteriorem secta (19) × (13,5) × (3,5). Litt. 4–3,5. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23933), ubi a. 1979 descripsi.



[D(is)] M(anibus) [s(acrum)].
 [- - -]rie fili[ae]
 [- - -] vix[it] ann(is) n̄(umero) [- - -]
 -----?

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26470. 26471.
BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 187–188 n. 16 cum im. phot.; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 93–94 n. 53 cum im. phot. (*AE* 2004, 474).

Puncta triangularia.

2 [- -]rie pro [- -]riae.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

7024 tit. incerti generis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte et a tergo levigata (17) × (40) × 14. Litt. aenea in alveolum fusa circ. 10. Rep. Teate a. 1939 in effossionibus in cisterna aetatis Romanae iuxta viam q. d. *Corso Marrucino* sita institutis. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23940 iam A. T. 652), ubi a. 1979 descripsi.



[- -]A [- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26702.
BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 185 n. 29 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 410 n. 74. – Cf. G. IACULLI, *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 83 adn. 14.

Punctum triangulare.

Utrum de titulo monumenti ut opinor an de titulo pavimenti agatur, incertum.

Forma litterae saec. I p. C. n. esse videtur.

7025 tit. sepulcralis

Tabula marmorea venis obscuris perfusa undique fracta, in fronte et a tergo levigata (10,5) × (3,5) × 1,3. Litt. circ. 5,5. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis *Lanciani*. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8985 iam A. T. 182), ubi a. 1979 descripsi.



[- -]A [- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24835.
BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 185–186 n. 30 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 410 n. 75.

Forma litterae saec. II p. C. n. esse videtur.

7026 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte paululum scabra, a tergo levigata (8) × (8) × 2,2. Litt. 4. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis *Lanciani*. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8125 iam A. T. 180), ubi a. 1979 descripsi.



[- -]A [- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24665.
BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 186 n. 31 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 410 n. 76. – Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* im. phot. tab. 22 fig. 8.

Forma litterae saec. III p. C. n. esse videtur.

7027 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in usum epistylii aetate recentiore resecta (22) × (41,5) × (22/22). A tergo fascia floribus cum animalibus ornata est aetate recentiore insculpta. Rep. a. 1938 Teate in effossionibus pone praefecturam peractis. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8939 iam A. T. 380), ubi a. 1979 descripsi.



Fig. α



Fig. β

[- -]A DA[- -]

Fig. α-β: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24807. 26451. BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 187 n. 33 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 411 n. 78.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

7028 tit. fortasse sepulcralis

Tabula marmorea ab utroque latere et infra fracta, venis caeruleis perfusa undique levigata (18) × (23,5) × 2,5. Litt. circ. 11. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis *Lanciani*. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8986 iam A. T. 183), ubi a. 1979 descripsi.



[- -]AE[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24836. BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 187 n. 34 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 411 n. 79.

Punctum in formam virgulae acclivis redactum.
Forma litterarum saec. I p. C. n. esse videtur.

7029 tit. fortasse sepulcralis

Tabula lapidis calcarei undique fracta (24) × (40) × 15. Rep. Teate in effossionibus monasterii S. Francisci a. 1897/98 peractis. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a ZECCA del. a. 1979.

[- -]DI[- -]

ZECCA, *Scavi* II 59; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 101 n. 10; e priore editore BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 187 n. 35; ID., in *Fonti latine e greche* I 411 n. 80.

[Clau]di[o - - -] ZECCA et DE LAURENTIIS restituerunt, de titulo imperatori Claudio dedicato sine idonea causa cogitantes.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

7030 tit. incerti generis

Tabula marmorea undique fracta, in fronte et a tergo levigata (26) × (24) × 7. Litt. circ. 30. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis *Lanciani*. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8989 iam A. T. 491), ubi a. 1979 et denuo a. 2002 descripsi.

[- -]EŠ[- -]



Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24839.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 187-188 n. 36 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 411 n. 81.

Ex forma altitudineque litterarum, quae saec. I p. C. n. esse videntur, non est, cur excludatur vocabulum *Caesar* casu autem incerto positum subesse.

7031 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra, a dextra et infra fracta, in fronte levigata, a tergo scabra (22) × (35) × 9. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars supra servatur. Litt. circ. 10,5. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23943), ubi a. 1979 descripsi.



[- -] f(ili-) +[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26703.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 188 n. 37 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 411 n. 82.

Puncta in formam aculei sagittae redacta.

+ est litt. C vel G.

Litterae saec. II p. C. n. esse videntur.

7032 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta lat. circ. 17. Rep. a. 1888 extra urbem Teate prope ecclesiam q. d. *Santa Maria di Calvona* sub praedio domini *Giacomo de Ritis*, ubi sepulcretum antiquum eiusdem urbis fuit. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a BARNABEI del. a. 1979.

Y FRA |

[- -] FRA [- -]

Im. a BARNABAEI del.

F. BARNABAEI apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 748 (ex quo DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 171 n. 57; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 188 n. 38; ID., in *Fonti latine e greche* I 411 n. 83).

[- -] fra[ter - -] vel [- -] fra[tri - -] vel [- - in]fra [- -]
suppleverim vel sim.

Cuius aetatis sit, nescio.

7033 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario tota rescripta in fronte scalpro dentato dolata, a tergo paululum scabra (29) × (30) × 11,5. Area titulo inscribendo destinata haud excavata simplici sulco continuo cincta, cuius pars a dextra et infra servatur. Litt. circ. 3. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 14062), ubi a. 1980 descripsi.



[[- -]] O
[[- -]] RE

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26701. BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 188-189 n. 39 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 411 n. 84.

Cuius aetatis sit, nescio.

7034 tit. sepulcralis

Tabula ex marmore albo supra et ab utroque latere fracta undique levigata (10) × (10) × 1,3. Litt. 2,5. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis Lan-

ciani. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8981 iam A. T. 173), ubi a. 1980 descripsi.



[- -] + T [- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26698.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 189 n. 40 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 411 n. 85.

+ est hasta recta, inde [- - fec]it vel [- - feceru]nt vel sim. restituerim.

Litterae saec. II p. C. n. esse videntur.

7035 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (15) × (21) × 16. Litt. 5,5. Rep. Teate in effossionibus in monasterio S. Francisci a. 1897/98 peractis. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a ZECCA del. a. 1979.

Traditur:

mal
TAE·ET

Fuisse videtur:

[- -] + A + [- -]
[- -] tae et [- -]

Im. a ZECCA del.

ZECCA, *Scavi* II 25-26 cum im. del.; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 103 n. 13; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 189 n. 41 cum im. del. a ZECCA sumpta; ID., in *Fonti latine e greche* I 412 n. 86.

Cuius aetatis sit, nescio.

7036 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (22) × (28) × 12. Litt. 7. Rep. Teate in effossionibus in monasterio S. Francisci a. 1897/98 peractis. Periisse videtur. Descripsi ut potui ad im. a ZECCA del. a. 1979.

Traditur:

RB

Im. a ZECCA del.

ZECCA, *Scavi* II 25 cum im. del.; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 103 n. 12; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 189-190 n. 42 cum im. a ZECCA del.; ID., in *Fonti latine e greche* I 412 n. 87.

Cuius aetatis sit, nescio.

7037 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, a tergo levigata (10,9) × (12) × 2,4. Litt. actuariae 6/5,6. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis *Lanciani*. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8987 iam A. T. 169), ubi a. 1979 descripsi.

[- -]VM[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24837. BUONOCORE, *Suppl. It. 2*, 1983, 190 n. 43 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 412 n. 88. – Cf. SCENNA, *Archeologia teatina* im. phot. tab. 22 fig. 8.

Ex litterarum forma in dubio adhuc maneo, utrum titulus aevi antiqui labentis an aetatis recentioris sit.



7038 tit. sepulcralis

Frons sarcophagi ex lapide calcario undique fracta, in fronte perquam adesa (65) × (38) × (15). Exstat pars areae titulo inscribendo destinatae in formam tabulae ansatae redactae. Litt. cornibus praeditae 3. Rep. videtur Teate nescio quando loco incerto. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 24505), ubi a. 1979 descripsi.



-----?
C[- -]
C[- -]
Iu[li- -]
M(arc-) [- -]
5 qu[i - -]
-----?

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26861.


BUONOCORE, *Suppl. It. 2*, 1983, 190 n. 44 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 412 n. 89.

-----? | [- -]+ | [- -]+ | [- -]+ | [- -]+ | -----? EGO
ed. pr. errore lapide inverso.

Forma litterarum ad saec. III p. C. n. adducit.

7039 tit. sepulcralis

Tabula marmorea undique fracta, in fronte et a tergo levigata (7) × (8,5) × 1,7. Litterae inter lineas ad delineandum ductas incisae. Rep. Teate a. 1933/34 prope ecclesiam S. Pauli pone aedes gentis *Lanciani*. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8983 iam A. T. 178), ubi a. 1979 descripsi.



[- -]+[- -]
[- -]++ +[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24834.

BUONOCORE, *Suppl. It. 2*, 1983, 190–191 n. 45 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 412 n. 90.

1 + vestigium litterae incertae. – 2 ++ EI vel EL vel FI vel FL, + est hasta recta.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

PARS QUARTA: PAELIGNI

LXVII. PAGVS INTERPROMIVM (prope S. Valentino p. 16* . 286).

326* Exemplum repetivit DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 282–283 n. 12, qui titulum falsum recte iudicat; ambiguum responsum praebet ZECCA, *Turri Valignani* 6–7; etiam cf. BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 153 ad tit.; EUND., in *Varia epigraphica* 98 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 247).

337* Titulum genuinum fuisse sine idonea causa suspicavit C. MANCINI, *Atti Accad. Pontan.* 31, 5, 1901, 2–3. – Cf. BINDI, *Monumenti* 407; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 98 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 247); BUCCI, *Studio* 91–92.

3043 Tabula ex lapide calcario ab utroque latere in usum posteriorem recte resecta, in fronte et a tergo levigata (29) × (44) × 9. Litt. 7–4,5. Puncta triangularia. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo ad abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsit.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 107. Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 252–253 n. 123; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 416 n. 1; ID., in *Dediche sacre* 263 n. 65. – Cf. BUCCI, *Studio* 87. 92.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3044 = ILS 2689. Cippus ex lapide calcario in duas partes inter se compositas fractus ab utroque latere nec non supra et infra in usum posteriorem resectus in fronte crebro pessumdatus (67) × (55) × (35). Litt. affabre insculptae 6,5/4. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSSEL recognovit, nempe in vico *San Valentino* muro exteriori insertus ecclesiae S. Donato, ubi a. 1983 et 1987 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 7300–7301. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003398–3402).

Exemplum repetiverunt WILMANN, *Exempla* 1612; C. MANCINI, *Atti Accad. Pontan.* 30, 9, 1900, 12–17; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 205–212 n. 71; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3853; ROCKWELL, *Private Baustiftungen* 11 n. 5; HOWALD – MEYER, *Römische Schweiz* 34; LAFFI, *Adtributio* 174, BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 10, 1986, 255–263 cum im. phot. tab. I–II (AE 1986, 221) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 577–586 cum im. phot. fig. 48); ID., *Epigrafia anfiteatrale* 108–109 n. 74 cum im. phot. tab. XXXII fig. 1; ID., in *Fonti latine e greche* I 416 n. 2; FORBIS, *Municipal Virtues* 172 n. 249; RICHIER, *Centuriones* 156–157 n. 8; SPADONI, *Prefetti* 86–87 n. 99; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 139–140; TRAVERSO, *Esercito* 107–108 n. 23; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 122 n. 32; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 599–600 n. E259 cum im. phot.; CIABARRA, *Anfiteatri* 216–218 n. 11.3.2 cum im. phot. 184 e BUONOCORE; ENGFER, *Private Munifizenz* 160–161 n. 241 (etiam cf. p. 137. 142. 156). – Cf. F. BARNABEI, *NS* 1887, 159; KUBITSCHEK, *Imperium* 267; ZECCA, *Topografia* 100; R. GARDNER, *PBSR* 9, 1920, 84–85; CORBIER, *Aerarium* 396–398; U. LAFFI, *Atti CESDIR* 7, 1975/76, 398–400. 407; DOBSON, *Primipilares* 175–176 n. 18; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 141–142; M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 186; EUND., in *Les «bourgeoisies» municipales* 248; M. G. ANGELI BERTINELLI, in *Germanico* 31; M. ARIATTA, *Riv. arch. Como* 175, 1993 (1994), 157;

L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 37. 42; BUONOCORE, *Abruzzo* 22/25, II, 1994/97, 310 cum im. phot. tab. I; G. WESCH-KLEIN, in *L'ordre équestre* 302. 314; G. ALFÖLDY, in *Biographie* 40; M. FORA, in *Terni – Interamna Nahars* 135; PATTERSON, *Landscapes and Cities* 135; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 85; TOSI, *Edifici di spettacoli* 284. 300; FORNI, *Tribù* P126; BUONOCORE, in *Ex adversis fortior resurgo* 40; BUCCI, *Studio* 51. 138. 153–154 cum im. phot. tab. 28–29; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; L. MROZEWICZ, in *Aspects of friendship* 111; GREGORI, *Ludi e munera* 78; L. BORHY, in *Studia Géza Alföldy* 53.



1 ex. *An(iensi)* DESSAU ex quo DE LAURENTIIS et DE RUGGIERO – VAGLIERI; *A(r)n(ensi)* MANCINI; *Ar[n(ensi)]* EGO. – 10 *Duilius* nescio qua causa H. SOLIN, *Arctos* 48, 2014, 383.

Sextus Pedius Sexti filius Arnensis Lusianus Hirrutus, origine sine dubio Teatinus Marrucinus ut ex tribu ipsius Arnensis et ex muneribus municipalibus, quibus functus est [DEMOUGIN, *Prosopographie* 198–199 n. 227 (etiam cf. p. 306–307); vide infra], sane elicitur, fuit primus pilus legionis XXI Rapacis, usque ad a. 9 p. C. n. in Raetia tendentis unde post cladem Varianam Sexto nostro comitante apud Rheni fluminis partem inferiorem fortasse Veteribus collocatae, deinde praefectus Raetis Vindolicis vallis Poeninae et levis armaturae circ. a. 16/17 (de quo officio etiam vide M. TRAVERSO, in *Misurare il tempo* 550 et C. MOLLE, in *Valle di Comino* XIII 138–139), postremo Teate Marrucinatorum quattuorvir iure dicundo nec non praefectus Germanici Caesaris quinquennalicii iuris dicundo ex senatus consulto (de qua praefectura etiam vide I. DIDU, *Ann. della Fac. di*

Lettere e Filosofia (Cagliari) n. s. 5, 1983/84, 53–92; G. MENNELLA, *Epigraphica* 50, 1988, 65–85; M. S. BASSIGNANO, in *Actes du Colloque Degrassi* 515–537; G. AMODIO, in *Élites municipales* 71–98; G. BANDELLI, *ibid.* 149–157) et quinquennalis iterum (de eius cursu praeter LAFFI, *l. l.*, vide K. WACHTEL, *PIR*² P 217; etiam cum alia bibliographia D. FAORO, *Bayer. Vorg.-Bl.* 73, 2008, 8–9. 17, 25; EUND., *Praefectus* 91 n. 2; EUND., *ZPE* 194, 2015, 272–273). Amphitheatrum in hoc titulo memoratum (de vocabulo in tit. laudato vide BORHY, *l. l.* 53–54) non Interpromii ut OMNES putant (etiam vide CRAWFORD, *l. l.* et M. VERZAR-BASS, in *Élites municipales* 200 adn. 14. 216 adn. 103) sed Teate Marrucinatorum mea sententia Pedius noster sua pecunia fecit (de quo monumento vide A. CAMPANELLI, *Quad. Ist. Arch. Chieti* 3, 1982/83, 163–169; EAND., in *EAA. Secondo Supplemento 1971–1994 V*, Roma 1997, 548; BORHY, *l. l.* 53). De eius munificentia vide E. MARCINIAC, *Eos* 64, 1976, 274 n. 12; JOUFFROY, *La construction publique* 102. 350; S. SEGENTI, in *Quotidien municipal* 223). E cognomine Lusiani colligi possunt, ut recte WACHTEL *l. l.* iam proposuerat, parentelae eius cum Lusii quibusdam, qui saec. primo in. militiis equestribus fungebantur, nempe cum Lusio Gallo (L. PETERSEN, *PIR*² L 434) et eius patre M. Vergilio Gallo Lusio (K. WACHTEL, *PIR*² V 406; etiam nota Marcum Dullium Marci filium illum, qui titulum dedicaverat, cognomine Galli appellatum); nihil autem impedit, quominus Pedius cognomen Lusiani trahere potuisset a Lusia quadam matre sua vel ipse fuisset Lusianus e gente (de qua vide V. MORIZIO, in *Epigrafia romana in area adriatica* 427–429) a Sexto Pedio quodam adoptatus; in urbe Teate fusius memorata nomina gentilicia et Pedii et Lusii (cf. tit. quos collegi in *Misc. Graeca e Romana*, *l. l.* 259–260) praetermittenda quoque non sunt (de origine viri et de familia eius etiam vide M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 186–187 et L. CHIOFFI, in *Suburbium* 473–474; alia bibliographia inveniri potest apud G. ALFÖLDY sub tit. huius Corporis vol. VI 1485–1486 p. 4704–4705; etiam cf. FORNI, *Tribù* P126–127; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38. De nomine Pedii vide G. CARACCILO, *ZPE* 206, 2018, 261).

Ex eo, quod Germanicus Caesar est nominatus, titulus ante obitum eius d. 10 m. Oct. a. 19 vel paulo post dedicatus videtur.

3045 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 107. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4124; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 416 n. 3. – Cf. BUCCI, *Studio* 87. 89; BRANCATO, *Repertorium* II 95.

Seviros Augustales saepius in titulis huius loci memoratos (vide infra tit. n. 7047–7049) recensui in *ZPE* 108, 1995, 133 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 90).

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis si recte tradita scripta saec. II medii p. C. n. esse videtur.

3046 = ILS 5609. Epistylum ex lapide calcario ex octo partibus inter se coniunctis compositum, in fronte levigatum, a dextra foramen in usum posteriorem excavatum praebens (60) × (220) × (30). Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et infra et a dextra servantur, 40 × circ. 145,5. Litt. 7/5. Puncta triangularia et in formam hederiae redacta. Titulus opere gypseo magna ex parte restitutus exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0003403–06).

Exemplum repetiverunt BINDI, *Monumenti* 407–408; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 237–240 n. 107; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4049; R. GARDNER, *PBSR* 9, 1920, 98 (etiam cf. p. 100); Y. BURNARD, in *Tremble-*

ments de terre histoire et archéologie. IV^{ème} Rencontres internationales d'archéologie et d'histoire d'Antibes (2–4 novembre 1983), Valbonne 1984, 175 n. 5; E. GUIDOBONI, in *Terremoti* 145 n. 10 cum im. phot. fig. 45; A. A. VARRASSO, *BDASP* 79, 1989, 405; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 416 n. 4; *Earthquakes* 228–229 n. 102 cum im. phot.; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 141–142; S. CONTI, *Hist. Soc. Res.* 12, 2007, 68 n. 16; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9^o, 27, 2011, 670; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 599 n. E258 cum im. phot.; G. BARATTA, in *Voce concordia* 17. – Cf. FILOMUSI-GUELFI, *Iscrizione latina* 18 adn. 44; A. SCHULTEN, *Philologus* 53, 1894, 647; ZECCA, *Topografia* 97; C. MANCINI, *Atti Accad. Pontan.* 30, 9, 1900, 7; EUND., *ibid.* 31, 5, 1901, 4–5; E. ALBERTINI, *MEFR* 27, 1902, 465; F. PARENTI, in *Abbatia S. Clementis* 125 cum im. phot.; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 142; C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 36 et adn. 10. 39 adn. 19; C. MICELI, *BDASP* 82, 1992, 230; S. CASTIGLIONE, *MEFRM* 105, 1993, 126; C. ZACCARIA, in *L'Italie d'Auguste à Dioclétien* 321; L. CAPPELLETTI, *Tyche* 14, 1999, 38; E. CECCARONI, in *Tra memoria e futuro* 39; GOFFIN, *Euergetismus* 78; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 51, 2005 (2009), 90–91; EUND., *RCCM* 17, 2005, 91; BUCCI, *Studio* 45–47. 41. 53. 55. 61. 88; ZENODOCCHIO, *Viabilità* 219; DE BENEDETTIS, *Provincia* 23 cum im. phot. (ubi autem errore script. *ponderarius*); G. BARATTA, *Picus* 32, 2012, 72; E. A. STANCO, *ZPE* 200, 2016, 535; F. LUCIANI, in *Esclaves* 63; S. ANTONELLI et AL., *Quad. Friul. Arch.* 27, 2017, 67; M. C. SOMMA, in *Pae-saggi rurali* 469.



1 [C. C. (i. e. Cai duo)] *Sulmonii*, – 2 [p]onderarium, – 3 [vi] terrae, – 4 [s]ua pecunia nunc lapis. – 1 [cives] Sulmonii, 2 [hoc] ponderarium BINDI.

De forma *Interpromii* vide ALBERTINI, *l. l.* De ponderariis vide ex. gr. G. MORETTI, *NS* 1921, 179–186 (= EAND., in P. PACI (Ed.), *Scritti su Falerone romana (Picus. Supplementi* 3), Tivoli 1995, 181–188); CHR. DELPLACE, in *Epigrafia romana in area adriatica* 189–192 (titulus noster laudatur ad p. 192); BARATTA, *Picus l. l.* 67–78; STANCO, *l. l.* 533–536; F. MARCATILLI, *Arch. Class.* 68, 2017, 569–576. De munificentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 350; S. SEGENTI, in *Quotidien municipal* 221. CRAWFORD, *l. l.* non excludit, quominus Primus et Fortunatus servi municipii Sulmonensis quondam fuerint et agrum Interpromii pertica Sulmonis comprehenderit. In dubio autem LUCIANI, *l. l.* manet, cum quo EGO consentio.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

3047 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 107. Exemplum repetiverunt TOPPI, *ms.* p. 207. 278; BINDI, *Monumenti* 409; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 254–255 n. 125; WALTZING, *Corporations* III 405 n. 1545; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 416 n. 5. – Cf. BUCCI, *Studio* 88.

3–4 HERMOROTI, 5 MEN TOPPI; – 8 SER ◦ MAVETVS MOMMSEN ex PRIORIBUS; quid autem significetur quoque nescio.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis si recte tradita scripta saec. II medio p. C. n. tribuerim.

3048 Desideratur.

Exemplum repetiverunt TOPPI, *ms.* p. 207. 278; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 417 n. 6. – Cf. G. DAVIS CHASE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 6, 1897, 177; BUCCI, *Studio* 89; DITURI, *Territorio* 7.

In titulo fortasse laudata Publia Aelia Visivilia Tarentina quaedam; de nomine gentilicio Visiviliae etiam vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 211. Tarentinam alteram reperies tit. Aesernino n. 2691.

Fuisse potest saec. II p. C. n.

3049 = I² 1802 (cf. p. 1042 im. phot. tab. 85 fig. 1). Stela ex lapide calcario in fronte a tergo levigata, infra vero scalpro dentato dolata 90,5 × 51 × 15. Litt. 5,5. Puncta triangularia sursum directa. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0000753. 3407).

Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 417 n. 7; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 598–599 n. E257 cum im. phot. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; R. GARDNER, *PBSR* 9, 1920, 100; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 141; FORNI, *Tribù* F65; BUCCI, *Studio* 51. 89; E. DUPRAZ, in *Onomastica* 331; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36; DUPRAZ, *Vestins* 400.

4 *posieit* pro *posuit* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 128. 150).

Forma litterarum ad saec. I medium a. C. n. saltem adducit.

3050 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 233–234 n. 104; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 417 n. 8. – Cf. BUCCI, *Studio* 69–70; DITURI, *Territorio* 7.

4 *Apule* pro *Apula*, – 5 *nepotula* i. e. parva neptis (etiam cf. tit. huius Corporis vol. XI 5667 (cf. p. 1392) = CLE 1314). De nomine Cadii vide H. SOLIN, *Oebalus* 6, 2011, 121.

Titulus cuius saec. sit, sub iudice relinquatur.

3051 Stela ex lapide calcario supra rotundata cum acroteriis pseudofloralibus ornata marginibus effracta in fronte levigata a tergo paululum scabra 68 × 39 × 20. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta 53 × 30. Litt. 4,5/2,5. Puncta in formam falculae redacta. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo ad abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003408).



Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 240–241 n. 108; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 417 n. 9. – Cf. BUCCI, *Studio* 88; A. BENCIVENGA, *Incontri culturali* 18, 2012, 18; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 214; H. GIMENO PASCUAL, *Veleia* 31, 2014, 217.

2 *Paedimeni* pro *Phaedimeni* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 148). – 3 ex. QVAR[-] DRESSEL apud CIL; *Quar(tae)* vel similia solvendum. – 8 in. quomodo cognomen *Apr(- -)* recte solvendum incertum; 8 ex. OCEANVS male DRESSEL apud CIL ex quo DE LAURENTIIS et EGO in editione priore; *Ocaeanus* pro *Oceanus* EGO. – 9 ERATRES lapis pro *f'ratres* (etiam cf. illud ERATER pro *f'rater* tit. Superaequano n. 7419); ERATRAES male DE LAURENTIIS.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

3052 Ara ex lapide calcario in fronte a tergo et ab utroque latere expolita, corona pulvini instar cum vitta ornata et crepidine undique prospicientibus praedita, patera et urceo in lateribus dextro et sinistro ornata, 144 × 68 × 57. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 52 × 41. Litt. affabre insculptae 4,5–2,8. Puncta triangularia. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi. Neg. D. A. I. Rom n. 72.2515–2516. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002698. 3352–53. 3409–10).

Exemplum repetiverunt BINDI, *Monumenti* 409; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 241–243 n. 111; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4185; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 417 n. 10. – Cf. F. PARENTI, in *Abbatia S. Clementis* 30 cum im. phot.; BUCCI, *Studio* 88; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102. 103.



5 COMPARAB perperam DE LAURENTIIS. – 8 in. S pro SER male PARENTI. – 9–10 litterae magna ex parte sunt evanidae.

Titus Statilius Barbarus vir clarissimus, cuius Strategicus servus actor fuit (vide L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 282; AUBERT, *Business Managers* 460 n. C77), legionem quartam duxit bello Parthico Septimii Severi priore a. 194/196, praeses Thraciae fuit circ. a. 196/198, cos. suff. a. 198/199, praeses Germaniae superioris circ. a. 203 (de quo, praeter BARBIERI, *Albo* 112 n. 483, vide G. ALFÖLDY in commentario tit. huius Corporis vol. VI 41197 cum alia bibliographia et K. WACHTEL, *PIR*² S 819). De cognomine *Democratia* vide H. SOLIN, *Arctos* 52, 2018, 195–196.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex eo quod de Statilio Barbaro supra scripsi, saec. II ex. p. C. n. esse videtur.

3053 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 256 n. 127; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 417 n. 11. – Cf. BUCCI, *Studio* 88.

Utrum Strategicus ille in hoc titulo laudatus idem ac Strategicus servus actor viri clarissimi Titi Statilii Barbari in titulo qui praecedit nominatus sit necne, incertum.

Res si ita est, titulus circ. ad annos saec. II p. C. n. postremos saltem spectat.

3054 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 226–227 n. 94; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 417 n. 12. – Cf. FILOMUSI-GUELFI, *Iscrizione latina* 17 adn. 40; BUCCI, *Studio* 70.

De nomine gentilicio Attiedii vide H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138. – De cognomine Faventini vide infra ad tit. Amiterninum n. 4292.

Quamvis tempus tituli sub iudice relinquatur, saec. II p. C. n. tribuerim.

3055 Stela ex lapide calcario, teste DE NINO, *l. infra l.*, a dextra imminuta 103 × (57) × 27. Litt. attritae. Unde prodierit, ignoramus; fortasse e sepulchro in fundo *Sant'Angelo* inter vicos *Bolognano* et *San Valentino* sito eruta. Servabatur muro exteriori cisternae cuiusdam infixae, quae cisterna in praedio domini *Emilio Tiri* in fundo *Sant'Angelo* supra nominato sita est, ubi a. 1894 A. DE NINO recognovit. Ubi autem nunc exstet, nescio.

Exemplum repetiverunt A. DE NINO, *NS* 1894, 387 (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 342); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 221–222 n. 87; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 418 n. 13.

2 M ° TITI ° ET ° GA ... N. SIMONI, *Filologia Abruzzese* 7, 1838, 65, inde MOMMSEN supra n. 3055, qui temptavit legere *M. Tettii Gallii* vel simile nomen; *M. Titi et Gall[ae ?]* DE NINO, ex quo DE LAURENTIIS et EGO.

Esse potest I saec. p. C. n.

3056 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 222–223 n. 88; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4231; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 418 n. 14; *id.*, *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 51; *id.*, in *Scritti Salvatore Alessandrì* 42 n. 3. – Cf. EUND., in *Hommages Carl Deroux* III 97; BUCCI, *Studio* 155.

Vilici alii Interpromii redeunt tit. n. 7053–7054 (de quibus cf. SIRAGO, *L'Italia agraria* 141; etiam vide quae disse-ruerunt L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 282; AUBERT, *Business Managers* 453); vilicos saepius in titulis regionis quartae memoratos recensui in *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 285 (= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 67); *id.*, *Epigraphica*, *l. l.* 244 adn. 49–61 (= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); *id.*, in *Scritti*, *l. l.* 42–43. Varius Ambibulus, cuius Firmus vilicus fuit, idem ac consul suffectus paullo post a. 132 p. C. n. Q. Planius Sardus L. Varius L. f. Ambibulus esse videtur, de quo praeter M. CEBELLAC-GERVASONI, in *Epi-*

grafia e ordine senatorio II 82–83, G. CAMODECA, in *Storia del Mezzogiorno* 66, L. CHIOFFI, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo II 607–608, O. SALOMIES, *ibid.* 522–523, vide K. WACHTEL, *PIR*² V 271, qui autem non excludit, quin Firmus fuerit vilicus patris eius, nempe Lucii Varii Ambibuli procuratoris Augusti (K. WACHTEL – M. HEIL, *PIR*² V 270).

Si res ita se habet, titulus saec. II prioris p. C. n. est.

3057 Stela ex lapide calcario infra fracta et in marginibus imminuta, anaglypho fastigii triangularis in quo roseus flos incisus cum acroteriis pseudofloralibus magna ex parte deperditis ornata, in fronte paululum levigata, a tergo scabra (75) × 57 × 26. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra a sinistra et a dextra servantur, crass. 47,5. Litt. affabre insculptae 9/4,5. Puncta triangularia. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0002699. 3411).

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 243 n. 112; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 418 n. 15. – Cf. S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUCCI, *Studio* 88; A. BENCIVENGA, *Incontri culturali* 18, 2012, 17; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 214.

3–4 *contubernali* pro *contubernali* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 127).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

3058 = CLE 1479 app. Stela ex lapide calcario in fronte et a tergo expolita supra aedicula 45 × 45 praedita, in qua protome mulieris defunctae exstat, 145 × 60 × 36. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 62 × 41. Litt. 9–2. Puncta triangularia et in formam virgulae acclivis redacta. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. D. A. I. Rom* n. 67.892, 67.1715, 80.3190. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0003350–51. 3412).

Exemplum repetiverunt BINDI, *Monumenti* 409; CHODODNIAK, *Carmina sepulchralia*² 538; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 244–245 n. 113; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4291; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 418 n. 16; *id.*, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 34 n. 20 (= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 177 n. 20); *id.*, in *Temptanda viast* 5 n. 17. – Cf. BINDI, *Monumenti* 409; F. PARENTI, in *Abbatia S. Clementis* 31 cum im. phot.; FRENZ, *Römische Grabreliefs* 67; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990 (1992), 76; *id.*, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 28 cum im. phot. tab. V fig. 2; E. FABBRICOTTI, *ibid.* 42 cum im. phot. fig. 2; BUCCI, *Studio* 88, quae titulum sine idonea causa Christianum esse putat; BRANCATO, *Repertorium* II 92.

6 *infelicissimi* pro *infelicissimi*; 9 *Gemnus uxs(ori)* pro *Geminus ux(ori)* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 132); 10 ex. D ° DV i. e. *d(iebus) du(obus)*; 11 *cot fata propostera fuerun* pro *quot fata praepostera fuerunt*; 12 *in bo titulo* pro *in hoc titulo*. Nota v. 10–14 postea additos; subest sententia tritissima (scil. Italice “*Se le leggi del destino non si fossero invertite, si sarebbe dovuto prima leggere su questa tomba il nome della madre*”), de qua praeter ea, quae BÜCHELER, *CLE* scripsit (etiam cf. *CLE* 165–166. 168–178. 1888–1890), vide LATTIMORE, *Themes* 189–190 et passim; MASSARO, *Inv. luc.* 12, 1990, 192–195; EUND., *Epigrafia metrica latina* 18–21; EUND., in *Gaetano Marini* II 1126–1127. De locis similibus etiam vide B. LIER, *Philologus* 16, 1903, 457; BÜCHELER, *Kleine Schriften* I 163; *Lege nunc, viator* 99 ad *CLE/Pad.* 11; F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 187; ANTOLINI, *Iscrizioni* 102. De nomine Laelii etiam vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 472.

Ex litterarum forma temporis spatio inter saec. I ex. p. C. n. et II in. comprehenso tribuerim.

3059 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 227 n. 95; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 418 n. 17. – Cf. FILOMUSI-GUELF, *Iscrizione latina* 17 adn. 40; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUCCI, *Studio* 70.

3 posit pro posuit (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 128. 150).

Fuisse potest saec. I medii p. C. n.

3060 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 224–225 n. 91; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 418 n. 18. – Cf. P. SERAFINI, *Album pittorico* 1, 11, 1857/58, 88.

Non excludo, quin tit. saec. I p. C. n. esse possit.

3061 Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem recte scissa in fronte perquam adesa (71) × (52) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et a dextera servantur. Litt. 6–5. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSSEL recognovit, nempe in vico *San Valentino* muro cuidam exteriori inserta ecclesiae S. Donato, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumps. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 7299. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003413–14).

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 214 n. 73; V. ZECCA, *Boll. Antinori* 17, 1905, 303; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 418 n. 19. – Cf. ZECCA, *Turri Valignani* 7; BUCCI, *Studio* 155 BUONOCORE, in *Fides amicorum* 103.

8 vivis pro vivi (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 150).

Cognomen Veneriae tractavit A. DEGRASSI, *Latomus* 22, 1963, 436–439 (= ID., *Scritti vari* III 261–263); etiam vide A. SARTORI, *Riv. arch. Como* 166, 1984, 132–133.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3062 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 227 n. 96; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 419 n. 20. – Cf. BUCCI, *Studio* 70.

4–5 *Caeludoni* pro *Chelidoni* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 118. 128. 146; de cognomine etiam vide G. PACI, *Picus* 34, 2014, 24–25 et H. SOLIN, in *Modelli epistemologici* 124–125).

Fuisse potest saec. I p. C. n.

3063 Urna ex lapide calcario operculo carens undique levigata 90 × 47 × 31. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta 51,5 × 33,5. Litt. 10/6. Puncta triangularia. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi dicatam sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumps. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003415–16).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 419 n. 21. – Cf. S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUCCI, *Studio* 88.

3 *Anteros* (cum littera T supra versum egrediente scripta) pro *Antheros* proposuit M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 145; de nomine gentilicio Raii inter al. vide E. PAIS, *Atti Reale Accad. Arch. Napoli* n. s. 6, 1918, 423 et A. BUONOPANE, *Epigraphica* 80, 2018, 564.

Ex litterarum forma et ex eo, quod vir praenomine caret saec. ex. II p. C. n. esse saltem videtur.

3064 Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem recte scissa undique levigata, in fronte perquam dolata (31) × (24) × 15. Litt. 5,8–5,2. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumps. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003417).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 107. Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 245–246 n. 114; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 419 n. 22. – Cf. BUCCI, *Studio* 88.



1 quomodo cognomen *Salv[- -]* vel *Salu[- -]* recte supplendum sit, incertum; attamen post litteram V spatium ad litteram T pertinens esse mihi videtur, inde conor restituere cognomen *Salutateae*, lacuna a dextera quoque considerata. – 2–5 *Obidia[e -]* | *Pol[lae]* (scil. *servae*) | *Hilar[itas]* | *lib<e>rt[ia pos(uit)]* ex. gr. suppleverim.

Ex litterarum forma alteri parti saec. I a. C. n. saltem tribuo.

3065 = ILS 7299a. Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4048; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 212–213 n. 72; WALTZING, *Corporations* III 405 n. 1546; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 419 n. 23; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 144. – Cf. ZECCA, *Topografia* 100; CALORE, *Interpromium* 180, qui titulum inspexit adhibitum pro posti portae muri aedium quarundam in agro vici *S. Valentino* sitarum; SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 274; AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 50; BUCCI, *Studio* 145; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 263; WOJCIECHOWSKI, *Cultores Deorum* 156.

De sodalibus Martialibus, Mercurialibus et Concordialibus comparandis, quibus L. Spedius Rhodinus titulum dedicavit, vide quae MOMMSEN adnotavit in commentario tit. n. 2553; adde quae scripsi in *Miscellanea Lidio Gasperini* 153 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 742–743); etiam vide M. GUSO, *Boll. Stor. Crem.* 10, 2003 (2005), 217–218. De nomine gentilicio Spedii etiam cf. M. KAJAVA, in *Valle di Comino* II 78–79; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 81; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 381–382.

Saec. I p. C. n. esse potest.

3066 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 107. Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 255–256 n. 126; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 419 n. 24. – Cf. BUCCI, *Studio* 88.

1 ex. quomodo nomen gentilicium *Vol[- -]* recte supplendum est, incertum; nota autem ipso loco saepius

memoratam gentem Volusiorum (vide tit. n. 7061. 7078. 7085), inde v. 1–2 legerim hoc modo: *Securae Vol(usio- rum) vel Vol(usiae) | ser(vae)*.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

3067 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 241 n. 109; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 419 n. 25. – Cf. H. SOLIN, *Stud. Class. Orient.* 43, 1993, 360; BUCCI, *Studio* 88.

De nomine gentilicio Silvii fusius disseruit SOLIN, *l. l.* 359–371.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta, si recte tradita, saec. II p. C. n. fere fuit.

3068 Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem undique resecta in fronte perquam adesa (22) × (27) × ?. Litt. affabre insculptae 7,5. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSSEL descripsit, nempe in vico *San Valentino* muro cuidam interiori inserta ecclesiae S. Donato, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003418).

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 214 n. 74; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 419 n. 26. – Cf. BUCCI, *Studio* 155.

Litterae videntur esse saec. I p. C. n.

3069 Stela ex lapide calcario undique levigata 130 × 55 × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio foliis ornato cincta 85 × 38. Litt. affabre insculptae 12/3,5. Puncta triangularia et in formam virgulae acclivis redacta. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi. Neg. D. A. I. Rom n. 67.1716. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003349).

Exemplum repetiverunt BINDI, *Monumenti* 409; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 241–242 n. 110; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 420 n. 27. – Cf. BUCCI, *Studio* 89, quae titulum sine idonea causa Christianum esse putat; BRANCATO, *Repertorium* II 93.

4 *Bennia* pro *Vennia* suspicata est M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 149 nescio an recte.

De praenomine Statii vide SALOMIES, *Vornamen* 90–91 cum amplissimo commentario titulis collectis (tit. noster memoratur ad p. 90); EUND., in *Prénoms* 34–35. De raro nomine gentilicio Bennii vide G. CAMODECA, *MEFRA* 119, 2007, 353. 355; EUND., in *Praxis municipale* 228 et O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 145. Nota cognomen Paelini in titulis Corfiniensibus passim memoratum (titulos recensui EGO in *Epigraphica* 79, 1997, 246 adn. 72).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3070 Tabula ex lapide calcario a dextra et infra imminuta in fronte valde pessumdata (35) × (38) × ?. Litt. 6/3. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSSEL descripsit, nempe in vico *Muséllaro* muro cuidam exteriori inserta domo baronis *Tabassi*, ubi a. 1983 una cum amico GIOVANNI GIACOMO PANI contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003420).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108. Exemplum repetiverunt TOPPI, *ms.* p. 207. 275, cuius lectionem sequitur PANSÀ; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 225–226 n. 93; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 420 n. 28. – Cf. BUCCI, *Studio* 167; BRANCATO, *Repertorium* II 93–94.

1 *Vet̄t̄edio* OMNES, *Vet̄t̄edio* EGO (de nomine vide H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138). – 5 exstant vestigia litterarum, quae distingui nequeunt.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. esse videtur.

3071 Vide infra tit. n. 7086.

3072 Massa sesquipedalis ex asphalto a sinistra fracta long. 35 lat. 26 crass. 10. Litt. prostantes circ. 3/2,5. Puncta triangularia. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv.

n. 9114), ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0003421).

Exemplum repetiverunt DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 264–265 sine n.; V. ZECCA, *Boll. Antinori* 17, 1905, 300; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 420 n. 30. – Cf. KUBITSCHKE, *Imperium* 51; ZECCA, *Topografia* 95; EUND., *Turri Valignani* 4; R. GARDNER, *PBSR* 9, 1920, 100; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 10, 1986, 262 cum im. phot. tab. III; EUND., *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 282; BUCCI, *Studio* 148 cum im. phot. tab. 26; FORNI, *Tribù* Y553; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; S. ANTONELLI ET AL., *Quad. Friul. Arch.* 27, 2017, 69; M. C. MANCINI, in *Paesaggi costieri* 269.



1 *Maloni* legerim (nomen Mal(l)onii in tota regione non reperies), *Teloni* MANCINI.

De massis ex asphalto nuper vide M. MILANESE, *Arch. Med.* 4, 1977, 326–327, ubi titulus passim memoratus est.

Ex litterarum forma et ex ratione nominis saec. II p. C. n. tribuerim non sine dubiis.

3073 Duae partes ex lapide calcario inter se non coniunctae ad eandem tabulam pertinentes in fronte passim deturpatae, a tergo leviter scabrae. Pars sinistra (75) × (49) × 16; pars dextra (77) × (45) × 16. Litt. actuarum 6,5/5,5. Puncta in formam circulorum haud semper signata. Exstant prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 una cum amico GIOVANNI GIACOMO PANI contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0002700. 3422–24).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 286. 815. Exemplum repetiverunt MARINI, *ms. Vat. Lat.* sign. n. 9073 p. 556 n. 3; ID., *ms. Vat. Lat.* sign. n. 9096 f. 7; DE ROSSI, *ms. Vat. Lat.* sign. n. 10528 f. 82r; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 246–247 n. 115; ILCV 3641a; G. G. PANI, *ICI* III 4–6 n. 2 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 420–421 n. 27; C. PALUMBO, *Planus* 2007, 22–23 n. 18; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 15 n. 13. – Cf. LANZONI, *Le diocesi d'Italia* 35; A. SILVAGNI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* I 50; V. MONACHINO, in *Basilica di Valva* 57; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 104. 136; DE LUCA, *Pagine di storia* 161; PANI, *Museo delle genti d'Abruzzo* 7, 1983, 28; BUCCI, *Studio* 89; G. CUSCITO, in O. BRANDT – V. FIOCCHI NICOLAI – G. CASTIGLIA (Ed.), *Acta XVI Congressus Internationalis Archaeologiae Christianae. Romae (22–28.9.2013). Costantino e i Costantinidi: l'innovazione costantiniana, le sue radici e i suoi sviluppi* 1–2 (*Stud. Ant. Crist.* 66), Città del Vaticano 2016, 1143.

1–5 nunc leguntur: *Lali[o H]erculentio q(ui) vixit | an[n(is)] XVIII m(ensibus) V; hic | in h[oc] lapide cum*

sorore | in pa[ce] quiescit dep(ositus) XIII kal(endas) Oct(obres); | Iulian[us] e]t Bassilla fil(io) dul(cissimo) b(ene) m(erenti) p(arentes) p(osuerunt); Placido et Romulo co(n)s(ulibus).

De locutione v. 2–3 cf. tit. huius Corporis vol. XIII 5262 = ILCV 202 et ILCV 3643.

Lalius Herculentius cum sorore sua depositus est d. 19 m. Sept. a. 343 (de consule M. Maecio Memmio Furio Baburio Caeciliano Placido vide *PLRE* I Placidus 2; de consule Flavio Romulo vide *PLRE* I Romulus 3; de re universa vide BAGNALL – CAMERON – SCHWARTZ – WORP, *Consuls* 220–221).

7040 tit. sacer

Arula ex lapide calcario supra fracta nec non corona carens in fronte et ab utroque latere levigata, a tergo autem paululum scabra, crepidine undique prospiciente praedita (55) × 44 × 44. Ab utroque latere exstant alveoli ad uncus excipiendos excavati, quorum uncorum vestigia a dextera tantum supersunt. Litt. 2,3/1,8. Rep. casu et fortuito m. Nov. a. 1987 prope vicum *Scafa* in alveo fluminis antiquitus Aterni hodie *Pescara* appellati. Servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 35378), ubi a. 1990 contuli.

A(ulus) Nonius
Secundus
Atterno
v(otum) s(olvit)
s l(ibens) m(erito).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 39365.

G. G. LA TORRE, *Epigraphica* 51, 1989, 129–139 (*AE* 1989, 261); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 422 n. 41; ID., in *Itinera archaeologica* 51 n. 1 cum im. phot. tab. I fig. 1; ID., in *Dediche sacre* 263 n. 64; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 600 n. E260 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 212–213 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 137–139); C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 111; BUONOCORE, *Abruzzo* 22/25, II, 1994/97, 313–314 cum im. phot. tab. III; BUCCI, *Studio* 140–141 cum im. phot. tab. 24–25.

Puncta triangularia.

Hic primum cultus dei At(t)erni memoratur; notanda forma *Atterni*, quae forma etiam nominatur apud PLIN., *nat. hist.* 3, 100 [scil.: ab Atterno amne], ad tit. n. 5959 a. 47 p. C. n. [scil.: Atternum] et fortasse ad signaculum X 8059, 57 [scil.: Attern(- -)]; de re universa praeter *ThLL* II 5, col. 1022 et ALESSIO – DE GIOVANNI, *Preistoria e protostoria* 37–38 vide LA TORRE, *l. l.* 134–137 et A. BUONOPANE, in *Studi Albino*

Garzetti 149–164 cum alia bibliographia. Praetermittendus non est titulus ille VETTER, *Handbuch* 227 = *Imagines Italicae* I 215–216, Vestini / AVEIA 1 cum im. phot. et alia bibliographia = MORANDI, *Epigrafia italica* II 274 n. 291.



Ex litterarum forma saec. I medii p. C. n. esse quoque potest.

7041–7042 tit. sacri ad fanum dei cuiusdam pertinentes

Effossionibus extra vicum *Pescosansonesco* loco q. d. *Caselle* prope ecclesiam S. Mariae Ambrosianae sub praedio domini *Giovanni Troiani* temporis spatio inter a. 1885/88 circ. comprehenso casu et fortuito factis, in lucem prodierunt crebra antiquitatum vestigia, inter quae quinque cippi ex lapide calcario corona et crepidine undique ut traditur prominentibus praediti instar pyramidis truncae alt. circ. 50, quorum duo tantum in abaco titulos, qui sequuntur, praebentes, nulla tamen notitia certa e quo sacello ipsa eruta fuerint. In facie horum cipporum sursum directa inspiciebantur recessus ad signum vel ad signa dei cuiusdam superimposita pertinentia; nota autem prope vicum *Pescosansonesco* in regione, ubi nunc est ecclesia S. Mariae Angelorum, fuisse fanum Martis quoddam, ut sane elicitur e tit. n. 7044 saec. I medio a. C. n. tribuendo ibidem reperto, in quo memorantur sex magistri, qui cultui dei Martis praefuerunt et fornicem et parietes caementicios ex pagi decreto faciendos curaverunt probaveruntque. Ob locum ipsum ubi in lucem venerunt tituli saec. I medii a. C. n. esse videntur. Ubi autem nunc exstant, nescio. Descripsi ut potui a. 2010 ex DE NINO.

7041 = *EE* VIII p. 33 n. 135.

Traditur:

////IIVS · T · F · ACIL ·

Fuisse videtur:

[- -]tius T(iti) f(ilius) Acil(- -).

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 643 (= ID., *Boll. Antinori* 2, 3, 1890, 98) (= ID., *Scoperte archeologiche* 278) inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 33 n. 135; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 422 n. 39; ID., in *Itinera archaeologica* 52–53 n. 2; ID., in *Dediche sacre* 263 n. 67. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8° 13, 1968, 413; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 888–889.

Quomodo nomen, quod terminatur in [- -]tius, recte restituendum sit, incertum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 269–274); cognomen autem fortasse solvendum *Acil(ianus)* vel *Acil(inus)* (cf. EOSD., *l. l.* 287); *Acilleus* pro *Achilleus* mihi parum probabile esse videtur.

7042 = *EE* VIII p. 34 n. 136.

Traditur:

NICIVS · P · F · AITVL ·

Fuisse videtur:

[- -]+icius P(ubli) f(ilius) A̅ntul(lus).

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 643 (= *id.*, *Boll. Antinori* 2, 3, 1890, 99) (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 278)

inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 34 n. 136; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 422 n. 40; *id.*, in *Itinera archaeologica* 53–54 n. 3; *id.*, in *Dediche sacre* 264 n. 68. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 413; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 888–889.

Si nomen terminatur in [- -]nicius, ut C. REGLING in indice *EE* p. 557 suspicatus erat, quomodo recte restituendum sit, incertum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 225); mea autem sententia nomen Vicii (SCHULZE, *Eigennamen* 261) legi quoque potest et in lacuna praenomen tantum supplendum; excludendum quoque non est [- Hir]nicius, quod nomen redit tit. AFINI repertis n. 3398–3399.

7043 tit. fortasse sepulcralis viri ordinis senatorii

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte et a tergo levigata (25) × (22) × 4,5. Litt. 3,8–3,6. Rep. fortasse operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam a praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1975 institutis. Servatur prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 recognovi et im. phot. sumpsit.

Fuit fortasse:

-----?

[- -]+SQC[- -]

[- -]IS ° TRIB ° [- -]

[- -]AEST ° CA[- -]

[- -]PRAET[- -]

[-c. 12–13 ?-]+SQC[-c. 3–4 ?-]

[? X viro stlitibus iudicand]is, trib(uno) [mil(itum)]

[? laticl(avio) legionis -6–7 ?-, qu]aest(ori) ca[ndid(ato)]

[? Augusti, trib(uno) pleb(is) candid(ato)], praet(ori) [candid(ato)],

DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 251 n. 119; BUONOCORE, *MEFRA* 96, 1984, 245–246 n. 1 cum im. phot. fig. 2 (*AE* 1984, 344) (= *id.*, *Abruzzo e Molise* II 568–569 n. 1); *id.*, in *Fonti latine e greche* I 422 n. 42. – Cf. BUCCI, *Studio* 89–90 cum im. phot. tab. 12.

1 + pars dextra inferior fortasse litt. E. – Puncta triangularia et in formam hederæ in fine v. 2 quoque redacta.

Supplevi ut potui non sine dubiis; versus concinne fere ordinati fuisse videntur. – [- -]SUU[- -] | [- -]IS ° TRIB[- -] |

[- -]AE ° STCA[- -] | [- -]PRAE+[- -] DE LAURENTIIS. – 2 [- - Victric]is vel [- - Aditric]is esse quoque potest; i. e., agitur, de tribuno militis quodam.

Quin in lapide supra fracto nomen viri ordinis senatorii exciderit, dubium non est. De quaestoribus Augusti vel quaestoribus candidatis Augusti, qui, ut constat, inde a prima aetate imperatoria a principe nominabantur et a senatu ut ita dicam obligatorio modo eligebantur, vide CÉBELLAC, *Quaestores* 5–8.

Ex litterarum forma saec. II in. p. C. n. tribuerim.

7044 = *EE* VIII p. 32 n. 129 = I² 1801 = *ILS* 5575 = *ILLRP* 635 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem recte scissa, in fronte levigata sed perquam adesa (35) × (60) × (20). Litt. affabre insculptae 4/2. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur prope vicum *Pescosansonesco* inserta loco edito muro cuidam exteriori erismatis monasterii quod annexum est ecclesiae S. Mariae Angelorum, ubi die ante festum in nativitate Iesu Christi a. 2000 una cum uxore mea ut potui contuli et im. phot. sumpsit.



-----?

[-] Sentius C(ai) f(ilius), P(ublius) Vettius T(iti) f(ilius), L(ucius) Avidius L(uci) f(ilius), C(aius) Arrius L(uci) f(ilius), T(itus) Vinucius Tit(uli) f(ilius), L(ucius) Ateius V(ibi) f(ilius),
5 mag(istri) Mart(is) fornice(m)

et parietes caementicios
ex pagi decr(eto) faciundum
coer(arunt) probaruntq(ue).

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 644 (= *id.*, *Boll. Antinori* 2, 3, 1890, 99) (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 279) inde ex ectypis chartaceis M. IHM, *EE* VIII p. 32 n. 129; DESAU, *ILS* 5575; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4047; MOMMSEN, I² 1801 (cf. p. 1042 cum im. phot. tab. 87 fig. 1); DEGRASSI, *ILLRP* 635; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*⁵ 157; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 420 n. 33; TARPIN, *Vici et pagi* 394 n. IV.11.22; BUONOCORE, in *Itinera archaeologica* 52; *id.*, in *Dediche sacre* 263 n. 66; STEK, *Cult places* 124 cum im. phot. fig. 7.1. e DEGRASSI; DUPRAZ, *Vestins* 431–437 n. 43 (etiam cf. p. 50. 77. 148–150. 171–172. 415. 419. 420); S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 665 (etiam cf. p. 666). – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 413 cum im. phot. tab. II fig. 5; E. MATTIOCCO – R. TUTERI, *Boll. Arch.* 9, 1991 (1993), 81–82 cum im. phot. fig. 6; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 114 adn. 31; EUND., in *Epigrafia del villaggio* 36 adn. 12. 38 adn. 18; BUONOCORE, *ibid.* 54; S. CASTIGLIONE, *MEFRM* 105, 1993, 126; BUONOCORE, *Panorami* 8, 1, 1996, 27 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 39); D. NONNIS, in *Sanctuaires* 48 n. 159; LETTA, in *Samnitice loqui* II 300; A. R. STAFFA, in *Pinna Vestinorum* II 44; TODISCO, *Vici* 111–112; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 888–889; C. LETTA, in *Fucino* VI 278; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 346.

Puncta triangularia sursum directa in fine v. 4–5 quoque signata.

3–4 *Vimicius* DE NINO (inde IHM). – 5 *Mart(i)* DUPRAZ. – 7–8 *faciundum* | *coer(arunt) probaruntq(ue)* pro *faciendos* | *cur(averunt) probaveruntq(ue)*.

Memorantur, ut mihi videtur, magistri sex vici an pagi incertum (quin autem in lapide supra fracto nomina aliorum virorum exciderint, in dubio adhuc maneo), scil. [-] Sentius C. f., P. Vettius T. f., L. Avidius L. f., C. Arrius L. f., T. Vinucius Tit. f., L. Ateius V. f. (de nomine Ateii vide H. SOLIN, *Pegasus* 9, 2007, 45 adn. 124), qui cultui dei Martis praefuerunt et fornicem et parietes caementicios ex pagi decreto faciendos curaverunt probaveruntque (de munificentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 43. 351). Titulos Marti dicatos in regione quarta repertos recensui EGO, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 225 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 154); nota sodales Martiales quosdam tit. n. 3065 eiusdem pagi quoque nominatos. De re universa etiam vide CORDELLA – CRINITI, *Nuove iscrizioni* 144–145; CORDELLA, *Norcia* 167; etiam cf. G. PACI, in *Mélanges Marcel Le Glay* 603–609 (= EUND., *Ricerche* 309–317) et J.-L. SCHENCK-DAVID, *Cahiers du Centre G. Glotz* 21, 2010, 209–233. De Caiis Sentiis aetatis rei publicae labentis vide G. CAMODECA, in *Valle di Comino* XI 86–86. De raro praenomine Titulus (v. 4) semper vide cum amplissimo commentario SALOMIES, *Vornamen* 93–94; EUND., in *Prénoms* 35–36.

Ex litterarum forma et ex eo, quod omnes viri cognomine carent, saec. I medio a. C. n. saltem tribuerim.

7045 tit. viae vicinalis

Cippus ex lapide calcario pyramidis truncae instar marginibus imminutus, in fronte passim scalpro dentato dolatus a tergo paululum scaber (43) × (30/27) × 15. Litt. 19–7. Rep. circ. a. 1850 extra vicum S. Valentino prope caput fluminis *Almone*; deinde cippus adhibitus est pro posti portae domus cuiusdam in praedio, q. d. *Solcano* sitae, ubi PIETRO LUIGI CALORE inspexit. Nunc exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi.



Pag(i)
Ceiani.

Im. phot. a M. B. sumpta.

CALORE, *Interpromium* 177–178 n. 2, inde DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 216–217 n. 78; C. MANCINI, *Atti Accad. Pontan.* 31, 8, 1901, 1–7; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 424 n. 51; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 136–138 cum im. a MANCINI et CALORE del. (cf. *AE* 2006, 364); DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 600–601 n. E261 cum im. del. e CALORE sumpta; F. LUCIANI, in *Da Camunni a romani* 339–343 cum im. phot. fig. 1 (*AE* 2016, 355). – Cf. R. GARDNER, *PBSR* 9, 1920, 105; G. F. LA TORRE, *Epigraphica* 51, 1989, 133; C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 36; BUCCI, *Studio* 143; C. LETTA, in *Sannitice loqui* II 302; STEK, *Cult places* 72 adn.

107; DE BENEDITTIS, *Provincia* 24 cum im. phot.; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 668.

Puncta nulla.


1–2 *Pag[i]* | *Ceiani* CALORE; *P(ublicum) ag[ri]* | *Ceiani* MANCINI; *[aqua] pag[i]* | *Ceiani* dubitanter CRAWFORD; attamen cf. titulum Carsulis repertum, scil. *AE* 1990, 320, in quo legitur *fundus (et) aqua pagi Cl(- - -) vel c(- - -) l(- - -) vel etiam cl(- - -)* [de quo titulo etiam vide M. GAGGIOTTI, in *Rupes loquentes* 253–272 et SISANI, *l. l.*].

Quamvis litterae stilo vel acu retractae esse viderentur (“Non si può escludere comunque che il cippo sia l’esito di un rifacimento di un manufatto precedente” LUCIANI, *l. l.* 343), nihilo minus animi incertus hunc titulum in Corpore recepi; nam nomen pagi *Ceios* vel *Ceiium* apud et TAB. PEUT. 6, 1 et RAVENN. 4, 35 (281, 14 PP = 73, 16 S) et GUID. 46 (485, 2 PP = 123, 52 S) reperies, qui pagus vel potius vicus quinque milibus passuum ab Interpromio abfuit (de *Ceiis* vel pago *Ceiano* quodam suspicatur GARDNER). Cippus terminabat agrum pagi *Ceiani*. De nomine vici *Ceios* memorato tit. huius Corporis vol. VI 975 (cf. 31218 et p. 3777. 4312 vicorum) = *ILS* 6073, qui titulus nomina urbanorum refert, vide C. LEGA, in *Lexicon Topographicum* V 200–201 (adde H. KRUMMREY, in U. PETER (Ed.), *Stephanos nomismatikos: Edith Schönert-Geiss zum 65. Geburtstag*, Berlin 1998, 397). De his titulis viarum vicinalium vide inter al. C. ZACCARIA, in *L’Italie d’Auguste à Dioclétien* 321–326 et praesertim LUCIANI, *l. l.* cum amplissimo commentario.

Ex litterarum forma non sine dubiis saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7046 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario marginibus praesertim superioribus effracta, in fronte levigata a tergo scabra (127) × 68 × 13. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta 78 × 49. Litt. 13/5. Rep. casu et fortuito a. 1987 prope vicum *Scafa* sub praedio, q. d. *De Contra*. Servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 36050), ubi a. 1990 descripti.



M(arco) Venelio
M(arci) f(ilio) Proculo
tribu Palatina
corpore [iu]nior(um)
 5 *Ataia Q(uinti) f(ilia) Proba*
coniugi optimo
et sibi,
M(arcus) Venelius Proculus
patri indulgentissimo
 10 *p(osuerunt).*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 31525.
 BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 337–341 cum im. phot. tab. V (AE 1992, 323) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 587–592); ID., in *Fonti latine e greche* I 423 n. 49; M. L. CALDELLI – G. L. GREGORI, in *Tribù romane* 142 n. 2. – Cf. BUCCI, *Studio* 148–149 cum im. phot. tab. 27; FORNI, *Tribù* V565a; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36; BRANCATO, *Repertorium* II 95.

Puncta in formam circulorum signata.

Si nomen gentilicium Venelii in regione quarta numquam memoratum in titulis Italiae aliquando reperies, illud Atatae hic primum occurrit; nescio autem utrum nomen ipsum pro *Atatae* corrigendum sit necne (de nomine Atatae vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 24). M. Venelius M. f. Proculus veri similiter ingenuus, cui uxor et filius eius titulum posuerunt, fuit fortasse curator centuriae cuiusdam corporis iuniorum in tribu Palatina; notandum omnes titulos, qui testantur fuisse aetate imperatoria corpora nonnulla seniorum et iuniorum, Romae praesertim esse repertos (de re universa vide imprimis TH. MOMMSEN, *Die römischen tribus in administrativer Beziehung*, Altona 1844, 74–88. 204; adde *Diz. epigr.* II, 1241; *ibid.* III 270–271; D. VAN BERCHER, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 18, 1941/42, 183–190; BUONOCORE, *l. l.* 339–340, ubi omnes tituli recensiti sunt; etiam vide C. VIRLOUVET, *Tessera frumentaria. Les procédures de la distribution du blé public à Rome à la fin de la République et au début de l'Empire* (Bibl. des École Fr. d'Athènes et de Rome 286), Paris – Roma 1995, 228–241 et passim; S. DE ANGELI, *Quad. Ticin.* 28, 1999, 237–239; CALDELLI – GREGORI, *l. l.* 133–147 cum amplissimo commentario et ampliore bibliographia aliis titulis collectis; inde non est cur excludam nostrum Venelium Proculum ipsa Roma oriundum fuisse et postea in regione quarta defunctum vel potius in regione ipsa natum postea Romam venisse et postremo ad locum, in quo natus est, reversum esse.

Ex litterarum forma saec. I medii p. C. n. saltem esse videtur vel paulo post.

7047 tit. operis fortasse publici a seviru Augustali facti
 Parva basis ex lapide calcario a sinistra et a dextra fracta, in fronte levigata (30) × (60) × 20. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cincta est fascia floribus ornata, quae solum superne exstat. Litt. affabre insculptae 5. Rep. ut traditur saec. XX in. operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam institutis. Ubi autem exstet, nescio; descripsi ut potui a. 1991 ad im. phot. mihi comiter missam ab amico EZIO MATTIOCCO.



[-] Accavos Abq[scantus]
[s]evir Aug(ustalis) sua [pecunia] fecit].

Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 13 adn. 27; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 174–175 n. 13 cum im. phot. tab. VI fig. 14 (AE 1992, 322) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 375 n. 13); ID., in *Fonti latine e greche* I 422 n. 43. – Cf. BUCCI, *Studio* 87 cum im. phot. tab. 11.

Puncta triangularia.

Supplevi versus concinne ordinatos. – [- - -] *Accavos aba[- - -] | [- - -] sevir Aug(ustalis) sua [- - -]* VAN WONTERGHEM. – 1 *Accavos* pro *Accavus*. – 2 ex. [*pecunia*] *fec(it)*] EGO in editionibus prioribus.

Fusius in titulis propinquaе regionis Paelignae nomen *Accavi* reperies (vide praesertim quae scripsit VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12–21). Quidnam sevir Augustalis sua pecunia fecerit, nescio; fortasse basis constructa est, ut parvum signum quoddam superimpositum sustineret (etiam cf. tit. n. 7049). Seviri Augustales saepius in titulis huius loci memoratos recensui in *ZPE* 108, 1995, 133 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 90; cf. tit. supra n. 3045 et infra n. 7048–7049).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7048 tit. sepulcralis seviru Augustalis

Tabula ex lapide calcario supra a dextra et infra fracta in fronte et a tergo levigata (45) × (54) × 11. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio foliis ornato cincta, cuius pars a sinistra tantum servatur. Litt. affabre insculptae 7–5,5. In lucem rediit saec. XX in., operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam institutis. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1989 contuli.



C(aius) Numo[nius] - - -
Pinar[us]
sevir Augu[stalis] sibi
et Nu[moniae] - - -
 5 *Fe[- - -]*
m[at]ri suae
carissimae
p(osuit).

Im. phot. a M. B. sumpta.

CALORE, *Interpromium* 187 n. 22, DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 250 n. 117; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 423 n. 44.

Puncta triangularia.

Supplevi. – *C. Numo[nio] | Pinar[io] | sevir Aug. | et NV[- - -] | FE[- - -] | carissimae | p.* CALORE versus 6 quoque omittens, quem versus in editione priorē EGO quoque praeter-

misi. – 1 etiam esse potest *Numo[leius - -]*, de quo vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 129. – 2 restituendum *Pinar[ius]* (*Pinar[ianus]* mihi videtur parum probabile; cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 378), nota hoc cognomen hic solum occurrere.

De seviris Augustalibus in titulis huius loci memoratis vide supra ad titulum praecedentem.

Ex litterarum forma alteri parti saec. I p. C. n. tribuo.

7049 tit. operis fortasse publici a sevirō Augustali facti
Parva basis ex lapide calcario a sinistra fracta in fronte nec non in facie sursum directa levigata a tergo paululum scabra 30 × (50) × 20. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta cuius partes supra a dextera et infra servantur, alt. 17. Litt. affabre insculptae 9. Rep. ut traditur saec. XX in. operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam institutis. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1991 descripsi.



[- - - sev(ir) A]ug(ustalis) s(ua) p(ecunia) f(ecit).

Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 174–175 n. 12 cum im. phot. tab. VI fig. 13 (AE 1992, 321) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 374 n. 12); ID., in *Fonti latine e greche* I 423 n. 45. – Cf. BUCCI, *Studio* 87 cum im. phot. tab. 11.

Cf. quae scripsi supra ad tit. n. 7047.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7050 tit. sepulcralis sacerdotis Veneris

Stela ex lapide calcario in fronte et a tergo levigata, anglypho fastigii triangularis cum acroteriis pseudofloralibus ornata 60 × 60 × 9,5. Litt. 6,8–4,4. Rep. saec. XIX ex. prope vicum *Tocco Casauria* in regione q. d. *Fra le isole* sub praedio domini *Camillo di Giulio*. Servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 4743), ubi a. 1983 contuli.



Peticiae = mulieris = l(ibertae)

Polumniae

sacerdos (!) *Veneris*,

C(aius) Decius C(aius) l(ibertus) Bitus

5 posit.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26462.

CALORE, *Interpromium* 185 n. 16; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 232–233 n. 102; A. MARINUCCI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 28, 1973, 503–504 n. 7 cum im. phot. tab. III fig. 2 (AE 1980, 374); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 423 n. 46. – Cf. BUCCI, *Studio* 84; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 263; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 361.

Puncta triangularia sursum directa.

2 *Polumniae* pro *Polymniae*, – 3 sacerdos scribendum *sacerdoti*, – 4 *Bitus* pro *Bithus*, – 5 posit pro *posuit*.

Nomina gentilicia *Peticiae* et *Decii* crebro in titulis regionis *Paelignae* invenies. Rarum cognomen *Polymniae*; cognomen autem *Thracium Bithi* redit eadem forma deaspirata ex. gr. tit. *Amiternino* n. 4247 (de cognomine fusius disseruit inter al. H. SOLIN, in *Studia Georgi Mihailov* 438–439). De sacerdotio *Veneris*, ut constat, una cum *Cereris* in titulis *Paelignis* saepius memorato etiam vide G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 216–217; I. CHIRASSI COLOMBO, in *ANRW* II 17, 1, 1981, 426; POCETTI, *L'area superequana* 22–26; praesertim G. ROCCA, in *Tavola di Agnone* 645–658, cum qua EGO adhuc consentio; contra vide C. LETTA, *Abruzzo* 31, 1993, 30–31 et EUND., *Epigraphica* 61, 1999, 9–26 (de re universa etiam vide ad tit. *Sulmonensem* n. 7147). Titulos *Cereri* et *Veneri* sacros in regione quarta repertos recensui in *ZPE* 56, 1984, 251–252, in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 219. 228–229 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 145–146. 159–160) et in *Xenia antiqua* 4, 1995, 188–189.

Ex litterarum forma et punctorum aetatis liberae rei publicae labentis vel potius primae aetatis imperatoriae esse videtur.

7051 tit. sepulcralis coqui

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte et a tergo levigata (25,8) × (17,5) × (3,5). Litt. 3,6. Rep. fortasse operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam a praefectura regionis *Aprutinae* monumentorum a. 1975 institutis. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 descripsi.



 [- -]+[- -]
 [- -]EN[- -]
 [- - Zo]simae
 [servo optimo] coco,
 5 [- - P]riam[us]

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 34, 1984, 247–248 n. 3 cum im. phot. tab. XII fig. 1 (AE 1984, 352); ID., in *Fonti latine e greche* I 423 n. 47. – Cf. BUCCI, *Studio* 90 cum im. phot. tab. 18.

Denuo supplervi non sine dubiis. – 1 + vestigium litterae incertae. – 2 [Dis Ma]n(ibus), 5 [- -]+IAM[- -] | ----- EGO restitueram dubitanter in editionibus prioribus.

Coquus alter optimus tit. Albensi n. 3938 inveniri potest (de forma vocabuli coci saepius in titulis laudata cf. *ThLL* IV 4, col. 929); de officio vide imprimis H. VON PETRIKOVITS, in *Handwerk* 93; EUND., *ZPE* 43, 1981, 299.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. mihi esse videtur.

7052 = ILS 7494a tit. sepulcralis lupinarii

Stela ex lapide calcario marginibus fracta, in fronte levigata a tergo scabra (64) × (58) × 18. Litt. 9–5,7. Rep. nescio quando extra vicum *San Valentino* a domino *Gaetano Silvestri* in praedio, q. d. *Solagna* prope ripam sinistram fluminis Aterni. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 reconvini.



P(ublius) Mettius P(ubli) l(ibertus)
Rufio
 [l]upinarius.

Im. phot. a M. B. sumpta.

CALORE, *Interpromium* 179 n. 4; inde DESSAU, *ILS* 7494a; BUONOCORE, *MEFRA* 96, 1984, 246–247 n. 2 cum im. phot. fig. 3 (AE 1984, 345) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 569–570 n. 2); ID., in *Fonti latine e greche* I 423 n. 48. – Cf. MATTIOCCO, *Il culto* 14 adn. 28; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 282; E. FABBRICOTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000 (2000), 51; BUCCI, *Studio* 140 cum im. phot. tab. 23; A. BENCIVENGA, *Incontri culturali* 18, 2012, 18.

Puncta in formam circulorum signata.

2 *Rufrio* male CALORE, ex quo DESSAU. – 3 *V(ibius) Pinaris* perperam MATTIOCCO.

Raro in titulis officium lupinarii nempe negotiatoris lupinorum vel pultis ex eis confectae reperies, quo de officio vide *ThLL* VII 2, col. 1849 et M. MALAVOLTA, *Diz. epigr.* IV 2218. Nomen gentilicium Mettii redit in titulis eiusdem pagi, scil. n. 3051. 3057.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae fere fuit.

7053 tit. sepulcralis a vilico positur

Plinthus ut videtur ex lapide calcario a dextra et a sinistra fracta (19) × (59) × ?. In facie sursum directa inspiciuntur vestigia nonnulla ad statuam pedestrem superpositam pertinentia. Rep. saec. XIX ex. extra vicum *Tocco Casauria* in regione q. d. *Vasto* sub praedio domini *Filomusi-Guelfi*. Asservabatur *Tocco Casauria* in aedibus *Scamolla*, ubi S. IOVENITTI a. 1950 descripsit et im. phot. sumpsit. Mihi inaccessam descripsi a. 1990 ut potui ad im. phot. a IOVENITTI sumpta.

V(ibio) Aburrio Rul[- -]-
 [a]q̄ vilicus posei[t].

CALORE, *Interpromium* 184 n. 13; S. IOVENITTI, *Tocco Casauria attraverso i secoli*, Sulmona 1960, p. 29 cum im. phot. tantum; e CALORE BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 423 n. 50; ID., in *Scritti Salvatore Alessandri* 42 n. 4. – Cf. L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; BUCCI, *Studio* 68.


Restitui ut potui. – 1–2 [- -]aburrio Rul[- -] | [..]+ villicus posei[t] CALORE. – 2 ex. poseit pro posit.

Nominatur mea sententia vilicus quidam qui titulum posuit suo domino Vibio Aburrio, qui cognomina duo, scil. Rul[- -] et [- -]ja, habet. Vilici alii Interpromii redeunt tit. n. 3056. 7054.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7054 tit. sepulcralis vilici

Tabula ex lapide calcario supra et infra in usum posteriorem resecta in fronte paululum levigata a tergo scabra (39) × (59) × (33). Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cymatium imitante cincta lat. 53,5. Litt. 5,5/3,5. Rep. casu et fortuito nescio quando prope vicum *Abbateggio* sub praedio, q. d. *Cusano*. Exstat in vico *Caramanico Terme* in museo municipali *Paolo Barrasso* nuncupato, ubi vere adulto anni 1998 descripsi una cum amico CANDIDO GRECO, qui im. phot. quoque sumpsit.



Favori vilico
Geminae Peregrinae
servo
Quintula cons-
 5 *servo*
 [p(osuit)].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, in *Hommages Carl Deroux* III 97–98 n. 2 (AE 2003, 565); ID., in *Scritti Salvatore Alessandri* 42 n. 5.

Puncta in formam circulorum et virgulae acclivis redacta.

4 fusius cognomen Quintulae in titulis laudatur; nota autem cognomen Quintulae scribi quoque posse Quinctulae.

Domina Gemina Peregrina aliunde ignota est; vilicos alios Interpromii habes (cf. supra tit. n. 3056. 7053).

Ex litterarum forma alteri parti saec. II p. C. n. vel saec. III in. tribuerim.

7055 = I² 3258 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario anaglypho fastigii triangularis instar in fronte et a tergo levigata 78 × 53 × 18. Litt. profunde insculptae 5,5–4. Rep. nescio quando scil. saec. XIX ex. inter vicos *Pescosansonesco* et *Corvara* sub praedio, q. d. *Pagliaio di Stilo*. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi.



C(aius) Accaus C(ai) f(ilius)
Cimber,
Acca uxor posit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO, NS 1895, 445 (= ID., *Scoperte archeologiche* 351); KRUMMREY, I² 3258 (cum im. phot. tab. 85 fig. 2); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 424 n. 53; DUPRAZ, *Vestins* 439–445 n. 44 (etiam cf. p. 148–150). – Cf. CALORE, *Interpromium* 191; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 889; DUPRAZ, in *Écriture* 212.

Puncta triangularia sursum directa.

3 *posit* pro *posuit*.

Nomen *Acca(v)i* saepissime in titulis et Marrucinis et Paelignis reperies (ex. gr. vide VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12–21 et E. DUPRAZ, in *Onomastica* 331. 334).

Litterae aetatis liberae rei publicae labentis vel etiam aetatis Augusti esse possunt.

7056 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario 30 × 29 × ?. Rep. saec. XIX exeunte extra vicum *Pescosansonesco* prope ecclesiam S. Mariae Ambrosianae sub praedio *Caselle* nuncupato, ubi PIETRO LUIGI CALORE inspexit. Ubi autem exstet, nescio. Descripsi ut potui a. 1990 ex CALORE.

Acca <mulieris>
l(iberta) Primi-
genia h(oc) m(onumentum)
Secundo
5 *f(ecit)*.

CALORE, *Interpromium* 191 n. 31; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 424 n. 52.

3 litteras singulares H M solvere sum conatus non sine dubiis.

De nomen *Acca(v)i* vide titulum qui praecedit.

Esse potest saec. I medii p. C. n.

7057 tit. sepulcralis

Tabula ex marmore albo undique levigata 37,5 × 59,6 × 8,5/7,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 31 × 49,5. Litt. affabre insculptae 4–2,1. Rep. saec. XIX ex. in vico *Torre dei Passeri* in effossionibus ad aedes quasdam reficiendas institutis. Ut me certiore fecit d. 6 m. Febr. a. 2016 GIUSEPPE CAMODECA tabula empta d. 2. m. Febr. a. 1901 nunc servatur *Napoli* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 125491), ubi m. Apr. a. 2019 GIUSEPPE CAMODECA et UMBERTO SOLDOVIERI titulum recognoverunt, im. phot. sumpserunt et me certiore fecerunt.



Albiae C(ai) l(ibertae) Faustae merenti,
T(itus) Cornelius T(iti) l(ibertus) Nicephor,
C(aius) Albius C(ai) l(ibertus) Anoptes,
T(itus) Cornelius T(iti) et C(ai) Albi, <mulieris>, l(ibertus)
5 *Faustus fecerunt;*
in fr(onte) p(edes) XXV in agr(o) p(edes) XXV.

Im. phot. a CAMODECA et SOLDOVIERI sumpta.

A. SOGLIANO, NS 1901, 285 n. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 424 n. 54. – Cf. BUCCI, *Studio* 107.

Puncta triangularia. Litt. T v. 1 supra versum egrediens.

4 CALBI haud recte SOGLIANO.


Nomina gentilicia Albii et Cornelii passim in titulis regionis Paelignae memorantur. T. Cornelius Faustus et Titi Cornelii et Caii Albi et Corneliae cuiusdam libertus esse videtur.

Ex litt. forma saec. I p. C. n. tribuo.

7058 = EE VIII p. 32 n. 130 tit. sepulcralis

Urna supra et infra parallelepipedo instar ex lapide calcario arcam ferratam bullatam nec non claustrum praeditam imitans integra 35 × 44 × 49 (cf. alia exemplaria Corfinii reperta in museo municipali Corfiniensi nunc servata, de quibus praesertim vide G. COLONNA, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 14, 1959, 299–300; MATTIOCCO, *Contributi* 118–

203; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 194. 281–282, 298; DIEBNER, *Aesernia* 161–163; A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 113–114). Rep. inter m. Iul. et Aug. a. 1884 prope vicum *San Valentino* ad stationem viae ferratae sub praedio, q. d. *Le Fosse*, cum fundamenta aedibus domini *Donato Paparella* foderentur, ubi vir doctus VINCENZO ZECCA a. 1885 descripsit. Exstat *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi m. Oct. a. 2018 recognovi.



*M(arco) Alfio Callisthen[is]
et P(ublio) Vibio Ianuario
P(ublius) Vibius Tertius.*

Im. phot. ab ALESSANDRO ANTONUCCI sumpta. V. ZECCA apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 205 (= *Mem. Accad. Lincei* s. 6° 1, 1885, 381), inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 32 n. 130; a ZECCA DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 215 n. 75; a *EE* BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 421 n. 34; G. MARTELLA, *Abruzzo* 26/28, 1998/2000, 62. – Cf. ZECCA, *Topografia* 103; COLONNA, *l. l.* 9; BUCCI, *Studio* 145–146; G. PACI – S. M. MARENGO – S. ANTOLINI, *SEBarc* 11, 2013, 114.

Puncta formam trianguli imitantia scalpta. 1 CALLISTHĒI traditur; *Callistei* MARTELLA.

Lucios Vibios quosdam invenies infra tit. n. 7084. Saec. I ex. p. C. n. esse potest.

7059 = *EE* VIII p. 32 n. 131 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario 137 × 60 × 38. Rep. circ. a. 1888 extra vicum *Pescosansonesco* prope ecclesiam S. Mariae Ambrosianae sub praedio marchionis *Carlo De Petris* in sepulcro quodam aetati Romanae tribuendo posterius adhibita, ubi a. 1888 A. DE NINO inspexit et ectypum sumpsit. Ubi autem exstet, nescio. Descripsi a. 1990 ut potui ex DE NINO.

D(is) M(anibus) s(acrum).
C(aio) Aninio
Philadelpo,
Aninia
5 *Acte mari-*
to b(ene) m(erenti)
p(osuit).

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 643–644 (= *id.*, *Boll. Antinori* 2, 3, 1890, 99) (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 278) inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 32 n. 131; ex quo

BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 421 n. 35. – Cf. CALORE, *Interpromium* 191; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8° 13, 1968, 413.

3 *Philadelpo* pro *Philadelpo*.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compediis, si recte tradita, scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

7060 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario a sinistra fracta in fronte levigata a tergo paululum scabra (84) × (48) × (14). Litt. 8/7,5. Rep. circ. a. 1930 prope vicum *Bussi*. Nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92579), ubi a. 1983, 1999 et m. Oct. a. 2018 contuli.



[L(ucius)] Annaus L(uci) l(ibertus) Secun-
duus vivos sibi fecit.

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7765).

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 40, 1958, 25 n. 18 cum im. phot. fig. 18; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 542 n. E87 cum im. phot., quae autem Sulmoni titulum errore tribuit. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 197.

Puncta triangularia magna ex parte sursum directa.

1–2 *Annaus L(uci) Secundus vivos sibi fecit* ANNIBALDI. – 2 *vivos pro vivus*.

De nomine gentilicio Anna(v)i in titulis municipiorum Sulmonis et Corfinii fusius laudato vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 191.

Litterae videntur esse aetatis liberae rei publicae labentis vel potius primae aetatis imperatoriae.

7061 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario corona nunc magna ex parte deperdita et crepidine scalpro dentato dolata in fronte tantum prospicientibus praeditus, a tergo paululum scaber (82) × 45 × 13,5. In parte superiore exstat aedicula in qua insculpta sunt capita hodie perperam deperdita duarum defunctorum puellarum palla indutarum, in parte inferiore area titulo inscribendo destinata excavata cincta fascia continua superne circulis exornata 26 × 40,3. Litt. 2,3/0,5. Nota versum primum in fascia supra aediculam incisum. In lucem rediit operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam a praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1975 institutis. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 descripsi et im. phot. sumpsit.



*D(is) M(anibus) [s(acrum)].
Antinoe et Phoebe
duae sunt conservae,
sorores, servae Vo-
5 lusiorum Marci et Aemiliañi;
hic sunt positae; Phoebe vixit
annis VI m(ensibus) X d(iebus) XV;
Antinoe
annum (scil. unum) d(ies) XX; Poebus et Rhodope
filiabus pientissimis et Tertius p(osuerunt).*

Im. phot. a M. B. sumpta.
BUONOCORE, *MEFRA* 96, 1984, 249–251 n. 4 cum im. phot.
fig. 5–6 (*AE* 1984, 347) (= *id.*, *Abruzzo e Molise* II 570–571
n. 4); *id.*, in *Fonti latine e greche* I 424 n. 56. – Cf. E. FABBRI-
COTTI, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000 (2000), 45 cum im. phot.
fig. 4; BUCCI, *Studio* 90 cum im. phot. tab. 13–14.

Puncta in formam aculei sagittae redacta. – 9 littera P voca-
buli *pientissimis* supra versum emittens.

8 *Poebus* pro *Phoebus*.

Sorores Antinoe et Phoebe fuerunt servae dominorum
Volusii Marci (de cognomine Marci vide, inter al., SALOMIES,
Vornamen 164–166) et Volusii Aemiliani; nota Marcum Volu-
sium Faustinum et Marcum Volusium Alexandrum quosdam
tit. n. 7085 nominatos (etiam adde Volusios alios tit. n. 3066.
7078; de gente Volusia etiam vide I. DI STEFANO MANZELLA,
in *Epigrafia* 2006 I 299–319; EUND., *Daidalos* 10, 2010, 187–
210. Volusiam Publī filiam quandam tit. Nursino n. 8537
quoque reperies). Quibus puellis titulum posuerunt parentes
Phoebus et Rhodope et ipsarum frater Tertius.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)*
[s(acrum)] compendiis scripta saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7062 = *EE* VIII p. 33 n. 132 tit. sepulcralis

Sarcophagus ex lapide calcario in fronte ut traditur leviga-
tus 55 × 140 × 78, in cuius media fronte area titulo inscri-
bendo destinata in formam tabulae ansatae redacta. Rep.
circ. a. 1880 prope vicum *Turri Valignani* in regione q. d. S.
Felice, ubi penes dominum *Achille Breda* vir doctus VIN-
CENZO ZECCA a. 1885 descripsit. Periiit aut latet. Descripsi
a. 1990 ut potui ex ZECCA.

*Aradius Satur-
ninus Septi-
miae Severe co-
niugi vivus*

5 *vive p(osuit).*

V. ZECCA apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 206 (= *Mem. Accad.*
Lincae s. 4° 1, 1885, 382) (inde ex ectypo chartaceo M. IHM,
EE VIII p. 33 n. 132; V. ZECCA, *Boll. Antinori* 17, 1905, 305;
DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 204–205 n. 70; BUONOCORE, in
Fonti latine e greche I 421 n. 36; N. CIACIO, *Quad. Ist. Arch.*
Chieti 5, 1995, 198–199 n. 8 (*AE* 1995, 412; 1996, 510); F.
CHAUSSON, *Latomus* 57, 1998, 405–406). – Cf. ZECCA, *Topo-
grafia* 94; EUND., *Turri Valignani* 9; BUCCI, *Studio* 151.

3 *Severe* pro *Severae*, – 5 *vive* pro *vivae*.

Nomen gentis *Aradii* fusius tractavit CHAUSSON, *l. l.*

Fuisse potest saec. III medii p. C. n.

7063 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario supra fortasse fracta.
Rep. nescio quando apud vicum *Tocco Casauria*. Ubi
autem exstet, ignoratur. Descripsi a. 1990 ut potui ex FILO-
MUSI-GUELFĪ.

Traditur:

BALNEVS
ET SVCCESORES
PRIMITIVAE
5 DVLCISSIMAE
PP

Fuisse videtur:

-----?
Barneus [- - - ?]
et successores [- - - ?]
Primitivae [- - - ?]
dulcissimae [- - - ?]
pp. (i. e. *posuerunt*).

FILOMUSI-GUELFĪ, *Strenna* 18 (inde DE LAURENTIIS, *Iscrizioni*
228 n. 97 et BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 425 n. 57).

Puncta a FILOMUSI-GUELFĪ nulla indicata sunt.

Restitui non sine dubiis. – 1 *Barneus* pro *Barnaesus* (de quo
cognomine vide H. SOLIN, in *ANRW* II 29, 2, 1983, 637–678.
677. 680. 729–730. 742. 758). Cf. tit. huius Corporis vol. II
2102 = II²/7, 34 = *CILAnd* 3.1., 234, ubi legitur: *Propter quam*
rogamus | parentes pientiss(i)mi collegas | suc[c]edentes dein-
cepsq(ue) suc(c)esores. Successores alios ex. gr. tit. n. 3640
Aveiae et n. 3686 Marruvii repertos quoque invenies.

Aetatis imperatoriae incertae.

7064 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in cylindri formam redactus infra
a dextra fractus, corona foliis ornata et crepidine paululum
prospicientibus praeditus, a tergo ramis floralibus ornatus
60 × diam. 35. In facie sursum directa insculptus cuniculus
quidam passim autem deturpatus (de quo vide V. MAC-
CHIORO, *Mem. Reale Accad. Napoli* 1, 2, 1911, 102–107;
etiam vide I. DI STEFANO MANZELLA, *Epigraphica* 38,
1976, 117). Area titulo inscribendo destinata expolita
excavata in formam tabulae ansatae redacta fascia conti-
nua cincta fissuris nonnullis laesa 43 × 18. Litt. affabre
insculptae 5–4. Rep. nescio quando prope vicum *Manop-*
pello sub praedio, q. d. S. *Maria Arabona*. Servatur in vico

Manoppello penes doctorem *Licio Pardi*, ubi a. 1998 una cum CANDIDO GRECO descripsi.



C(aius) Cadius C(ai) l(ibertus)
L[ib]eralis,
Al[lei]ae Basilisae,
Sex(tus) Alleius Verna,
5 *Flavidia Epicaris,*
Hyaliso fratri,
Hylo servo.

Im. phot. a C. GRECO sumpta.
BUONOCORE, in *Hommages Carl Deroux* III 98 n. 3 (AE 2003, 566).

Puncta triangularia.

3 *Basilisae* pro *Basilissae*, – 5 *Epicaris* pro *Epicharis*, – 6 *Hyaliso* pro *Hyalisso*, – 7 *Hylo* pro *Hyllo*.

Nota et nomina et cognomina in regione huius pagi numquam laudata esse; de cognomine Vernae vide, praeter KAJANTO, *Latin Cognomina* 82. 105. 134. 314, etiam F. SARTORI, in *Studi Albino Garzetti* 398.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

7065 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Rep. nescio quando extra vicum *San Valentino* prope praedium q. d. *Fonte Almona*. Ubi exstet, ignoratur. Descripsi ut potui a. 1990 ex CALORE.

-----?
[- - -]mo, P(ublio) Caesellio [- - -?]

CALORE, *Interpromium* 179 n. 5; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 219 n. 80; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 425 n. 58.

Cuius aetatis sit, ignoro.

7066 tit. sepulcralis

Urna ex lapide calcario parallelepipedo instar in fronte et ab utroque latere anaglypho florali decorata 21 × 25 × 22. Rep. circ. saec. XIX ex. inter vicos *Torre dei Passeri* et *Castiglione a Casauria* in fundo, q. d. *Olivala*, ubi penes virum doctum *Pietro Luigi Calore* a. 1895 A. DE NINO inspexit. Fuit prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi autem a. 1983 non repperi. Descripsi a. 1990 ut potui ex DE NINO.


C(aio) Calavio C(ai) f(ilio) P[- - -].

A. DE NINO, NS 1895, 445 (= ID., *Scoperte archeologiche* 351–352); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 425 n. 59.

C. Calavio(s) C. f. +[- - -] EGO dubitanter in editione priore. Titulus cuius saec. sit, sub iudice relinquatur.

7067 tit. sepulcralis

Stela ut videtur ex lapide calcario undique fracta anaglypho fastigii triangularis, in quo rosa est incisa, ornata in fronte levigata a tergo paululum scabra (23) × (23) × 13. Litt. 7,5. In lucem rediit saec. XX in., operibus ad cryptam abbatiae S. Clementis restituendam institutis. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1989 descripsi et im. phot. sumpsi.



[- ? D]ecian[- - -]
[- - -]++[- - -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO, NS 1895, 445 (= ID., *Scoperte archeologiche* 352); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 251 n. 120; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 427 n. 74. – Cf. BUCCI, *Studio* 85.

Supplevi. – [- - -]ECIA[- - -] DE NINO ex quo DE LAURENTIIS; [- - -]ecia | ----- EGO in editione priore. – 2 ++ vestigia litterarum incertarum.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7068 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario a dextera fortasse fracta. Rep. nescio quando apud vicum *Tocco Casauria*. Ubi autem exstet, ignoratur. Descripsi a. 1990 ut potui ex FILOMUSI-GUELFII.

Traditur:	Fuisse videtur:
C. DECIO C ...	<i>C(aio) Decio C(ai) l(iberto)</i>
DIONI ...	<i>Dioni[sio]</i> ,
LAMIRI ...	<i>Lamiru[s]</i>
CONL. P.	<i>conl(iberto) p(osuit)</i> .

FILOMUSI-GUELFII, *Strenna* 18; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 228–229 n. 98; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 425 n. 61.

Puncta a FILOMUSI-GUELFII nulla indicata sunt.

Supplevi non sine dubiis. – 2 *Dioni[sio]* pro *Diony[sio]*, – 3 *Lamiru[s]* pro *Lamyru[s]*. – 3–4 *L. Amiri[us]* | *conl(egae) p(osuit)* EGO in editione priore.

Cuius aetatis sit, nescio.

7069 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario undique fracta, quam in vico *Pescosansonesco* parieti exteriori in meridiem spectanti aedium ducalium insertam PIETRO LUIGI CALORE saec. XIX ex. inspexit. Ubi autem exstet, nescio. Descripsi ut potui a. 1990 ex CALORE.

-----?
T(itus) Florius [---?]
 [---]SAF[---]
 -----?

CALORE, *Interpromium* 191 n. 31; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 425 n. 62.

Restitui non sine dubiis.

Aetatis incertae.

7070 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a sinistra et infra fracta, in fronte et a tergo levigata (24) × (35) × 6. Litt. 7–6. Rep. circ. saec. XIX ex. inter vicos *Torre dei Passeri* et *Castiglione a Casauria* in fundo, q. d. *Montopoli*, sub ripa dextra fluminis Aterni nunc *Pescara* appellati. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi.



-----?
 [---] *Heliadi*
 [---] *filiae*,
 [---] *Helius*

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO, NS 1895, 443 (= ID., *Scoperte archeologiche* 350); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 230 n. 100; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 425 n. 63. – Cf. CALORE, *Interpromium* 186; BUCCI, *Studio* 85.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7071 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario marginibus imminutus, in fronte perquam adesus, a tergo paulum scaber 98 × 69 × 43. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta 70 × 46. Litt. 9/4,5 (vocales *i* et *u* vocabuli *Restituta* v. 6 minoris mensurae 3/2,8). Rep. circ. a. 1889 extra vicum *San Valentino* ad confluentes Lavinii et Aterni sub praedio, q. d. *Le Fosse*. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi.



Luceiae
M(arci) f(iliae) Lyde
vix(it) an(nis) XXV,
M(arco) Luceio M(arci) l(iberto)
 s *Himero,*
Nomia Rest'it'u't'a'
filiae et coniugi
p(osuit).

Im. phot. a M. B. sumpta.

CALORE, *Interpromium* 178 n. 3; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 215–216 n. 76; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 425 n. 64. – Cf. BUCCI, *Studio* 146.

Puncta triangularia. – Litterae T vocabuli *Restituta* (v. 6) et F vocabuli *filiae* (v. 7) supra versum egredientes.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. mihi esse videtur.

7072 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra rotundatus infra a sinistra fractus marginibus imminutus in fronte leviter levigatus, a tergo scaber 50 × 25 × 10. Litt. actuariae 2,3–1,7 (notanda

forma litterae L, scil. *l(iberta)*, in fine v. 1 signata). Rep. nescio quando prope vicum *Manoppello* sub praedio, q. d. *S. Maria Arabona*. Servatur in vico *Manoppello* penes doctorem *Licio Pardi*, ubi a. 1998 una cum CANDIDO GRECO descripsi.



*Mevia sum <mulieris> l(iberta)
Nicipolis, in Asia
nata hic occidi;
vixi, ut pauper sa-
tis esse(m), ân(nis) LIII; exis-
tumavi, quod ad
superos trea re-
liqui liberos;
vos valet!*

Im. phot. a C. GRECO sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 8767).

BUONOCORE, in *Hommages Carl Deroux* III 98–99 n. 4 (*AE* 2003, 567, cum versione Gallica ab O. SALOMIES facta, scil.: “*Je suis Mevia Nicipolis, affranchie d’une femme, née en Asie et morte ici. J’ai vécu 53 ans d’une façon dont je me suis estimée, bien que pauvre, satisfaite. J’ai laissé trois enfants en ce monde. Portez-vous bien*”). – Cf. J. M. ABASCAL PALAZÓN, in *Monumenta et memoria* 80.

Puncta triangularia.

2 *Nicipolis* pro *Nicopolis*. – 5 nota numeri LIII quattuor hastis directe ad perpendicularum signatis tantum exarata. – 5–6 *existumavi* pro *existimavi*, – 7 *trea* pro *tres*.

Ut mihi videtur in titulo laudatur *Mevia Nicopolis*, mulieris cuiusdam liberta, quae in Asia nata est fortasse in urbe *Nicopoli* ipsa et in regione huius pagi pauper i. e. parvo tantum peculio sustentata vita cessit annos tres et quinquaginta habens; quae femina dicit tres liberos in vita reliquisse, quibus bene precatur. De nomine *Mevii* vide R. ROVIRA GUARDIOLA, in *L’Africa Romana* 17, Roma 2008, 2117–2124. De locutione *existimavi* quod cf. *TbLL* V 2, col. 1519 lin. 11–15.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7073 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario undique fracta (24) × (16) × ?. In lucem rediit saec. XIX ex. operibus ad cryptam abbatiae *S. Clementis* restituendam institutis. Periiit aut latet. Descripsi a. 1990 ut potui ex DE NINO.

Tit. ita traditus est:

RO
A · OLY
E R E N
I S
I

A. DE NINO, *NS* 1895, 445 (= ID., *Scoperte archeologiche* 352); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 252 n. 122; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 427 n. 73. – Cf. BUCCI, *Studio* 86.

Supplementa incerta. – Exempli gratia restituerim hoc modo: -----|[- -]RO[- -]|[- -]a Oly[mpia vel -mpias vel sim. | bene m]eren[ti] | et libert[is] [suis] | p[osuit].

Cui aetati fragmentum sit tribuendum, nescio.

7074 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte et a tergo levigata (23) × (25,5) × 6,5. Litt. affabre insculptae 12,5. In lucem rediit operibus ad abbatiam *S. Clementi* restituendam a praefectura regionis *Aprutinae* monumentorum a. 1975 institutis. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 descripsi.



-----?
T(it-) P[- -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

Punctum triangulare.

Quomodo ratio nominis restituenda sit, nescio.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7075 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra et infra et a sinistra fracta, in fronte levigata, a tergo paululum scabra (38,3) × (40) × 3,5. Litt. inter lineas ad delineandum ductas incisae 3,4. In lucem rediit operibus ad abbatiam *S. Clementi* restituendam a praefectura regionis *Aprutinae* monumentorum a. 1975 institutis. Servatur prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 descripsi.



[P]bīlematio-
ni posit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *MEFRA* 96, 1984, 251 n. 6 cum im. phot. fig. 8 (*AE* 1984, 349) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 572 n. 6); ID., in *Fonti latine e greche* I 426 n. 65. – Cf. M. L. CALDELLI, in *Actes du Colloque Degrassi* 388; BUCCI, *Studio* 90 cum im. phot. tab. 17.

2 punctum triangulare sursum directum; *posit* pro *posuit*.

Litterae videntur esse aetatis liberae rei publicae labentis vel potius primae aetatis imperatoriae.

7076 = *EE VIII* p. 33 n. 133 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (20) × (42) × ?. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur in vico *San Valentino* muro cuidam exteriori inserta aedium quarundam prope ecclesiam *Madonna della Croce*, ubi a. 1890 A. DE NINO inspexit. Frustra autem quaesivi. Descripsi ut potui a. 1990 ex DE NINO.

[- -] C(ai) f(iliae) Pollae
uxori
-----?

A. DE NINO, *NS* 1890, 21 (= ID., *Scoperte archeologiche* 292; inde M. IHM, *EE VIII* p. 33 n. 133); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 223 n. 89; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 421 n. 37.

Titulus cuius saec. sit, sub iudice relinquitur.

7077 tit. sepulcralis

Fragmentum ex lapide calcario. Rep. circ. saec. XIX ex prope vicum *S. Valentino* sub praedio, q. d. *Villamina* in fundo domini *Chiacchia*. Ubi exstet, ignoro. Descripsi ut potui a. 1990 ex CALORE.

V(ibius) Pompo[nius - - -]

CALORE, *Interpromium* 177 n. 1; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 221 n. 86; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 426 n. 66.

Supplevit CALORE, quem sum secutus.

De praenomine Vibii vide SALOMIES, *Vornamen* 96–97, EUND., in *Prénoms* 37 cum amplissimo commentario et titulis collectis.

Esse potest primae aetatis imperatoriae.

7078 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus fracta in fronte levigata autem perquam pessumdata infra caelo dentato dolata 100 × 42 × 20,3. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cymatium imitante cincta 78,5 × 18,5. Litt. ad actuarias transgredientes 8–5,2. In lucem rediit

operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam a praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1975 institutis. Servatur prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 descripsi.



Rome Volu-
siorum (scil. servae) A-
gathopus
coiux et f'i-
5 li b'(ene) m(erenti) p(osuerunt);
annorūm
XVIII.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *MEFRA* 96, 1984, 251 n. 5 cum im. phot. fig. 7 (*AE* 1984, 348) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 571–572 n. 5); ID., in *Fonti latine e greche* I 426 n. 67. – Cf. BUCCI, *Studio* 90 cum im. phot. tab. 16.

Puncta nulla.

4 in. *coiux* pro *coniunx*. – 4–5 EI|LI RMP lapis, quas litteras in editione priore sic interpretatus eram, scil.: f'ili(o)rūm (pro filii) p(osuerunt).

De nomine Volusii fusius in titulis eiusdem loci nominato vide supra tit. n. 7061.

Ex litterarum forma saec. II ex. esse potest.

7079 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus fracta in fronte levigata fissuris autem laesa, a tergo paululum scabra (80) × 43 × 22. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 72 × 34. Litt. affabre insculptae 5/3,5 (nonnullae litterae minoris mensurae exaratae, scil. altera S 3,1 vocabuli v. 2 *Achoristus*, prima I 1,8 et in 1,2 vocabuli *Origini* v. 4). Rep. nescio quando in effossionibus ad vine-

tum faciendum institutis in regione q. d. *Fara Vecchia* in fundo domini *Antonio Montopoli*. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam S. Clementi sito, ubi a. 1983 contuli.



Q(uintus) *Rufrius*
Achoristu's
sibi et
Rufriae Or'i g'ini
5 patronae
p(osuit).

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO, NS 1895, 443 (= ID., *Scoperte archeologiche* 349); BUONOCORE, MEFRA 96, 1984, 248–249 n. 3 cum im. phot. fig. 4 (AE 1984, 346) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 570 n. 3); ID., in *Fonti latine e greche* I 426 n. 68. – Cf. CALORE, *Interpromium* 176; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUCCI, *Studio* 105. 151 cum im. phot. tab. 21.

1 punctum triangulare. – 2 T supra versum egrediens.

2 ACHORISTV, – 4 in. VERIAE pro RVFRIAE male DE NINO.

Nomen *Rufrii* hic solum in eodem loco redit; de nomine vide E. ROSCINI, *Arch. Class.* 63, 2012, 245.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

7080 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte levigata 42 × 31 × 3 circ. Litt. 3,5/2,8. Rep. nescio quando extra vicum *Tocco Casauria* sub praedio, q. d. *Volpacciaro*. Servatur in vico *Popoli* muro cuidam exteriori inserta aedium gentis *Filomusi-Guelfi* iuxta viam *Marconi* sitarum, ubi a. 1999 contuli.

C(aius) *Teidius C(ai) l(ibertus)*
Philomusus
vivos sibi
fecit.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6534.



FILOMUSI-GUELFI, *Strenna* 13–19; CALORE, *Interpromium* 183 n. 12 n. 1; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 230–232 n. 101; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 426 n. 69. – Cf. BUCCI, *Studio* 67.

Puncta triangularia sursum directa in fine v. 1 et 4 quoque signata.

3 vivos pro vivus.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse saltem videtur.

7081 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario anaglypho fastigii triangularis instar ex quattuor partibus inter se coniunctis fere composita supra et infra deperdita, in fronte valde deturpata, a tergo in usum posteriorem secta (105) × 77 × 15/6. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata levigata cymatio inverso cincta 68 × 61; infra titulum dextrarum iunctio illa est exsculpta [de qua vide L. REEKMANS, *Bull. Ist. Belge Rome* 31, 1958, 23–95; BRILLIANT, *Gesture and Rank* passim; SINN, *Marmorurnen* 27. 63–66; S. SEGENNI, *Epigraphica* 51, 1989, 142 adn. 1; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 240–241; BUONOCORE, *Abruzzo e Molise* I 129–130]. Litt. 9/4,2. Rep. a. 1972 dum effoderetur via quaedam prope abbatiam S. Clementi sita. Servatur *Chieti* inter reposita musei nationalis antiquitatum (inv. n. 23930), ubi a. 1983 contuli.



Titia Me[-7–8-]
L(ucio) Aedio Cycno [- - -]
p(osuit).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26462 (adde neg. *D. A. I. Rom* 887.VW.83).

A. MARINUCCI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 28, 1973, 503 n. 6 cum im. phot. tab. III fig. 1 (*AE* 1980, 373); C. DE POMPEIS, *Museo delle genti Abruzzo* 2, 1980, 35 cum im. phot. fig. 1; G. IACULLI, *Quad. Ist. Arch. Chieti* 2, 1981, 213; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 227–229 n. 1 cum im. phot. tab. I; ID., in *Fonti latine e greche* I 424 n. 55. – Cf. DIEBNER, *l. l.* 241 cum im. phot. fig. 16 (ex neg. *D. A. I.*); BUONOCORE, *Abruzzo, l. l.* 34 cum im. phot. tab. IX fig. 2; BUCCI, *Studio* 98 cum im. phot. tab. 20.


Supplevi. – 1 ex. *M. El DE POMPEIS* et IACULLI; *Med[ulla], Med[usa]* vel sim. – 2 *Laedio Cyci[- - -]* IACULLI; *Cyci.o MARI-NUCCI, Cyci[- - -]* DE POMPEIS.

Nomen Titii redit tit. eiusdem loci n. 3055. Rarum cognomen Cyni (vide tit. urbanos huius Corporis vol. VI 16707. 17516. 20119; *ICVR, N. S.* 2671 = *IG XIV* 2085; *IGUR* 160 *I c*, 44; cf. SOLIN, *Namenbuch*² 1131).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7082 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a dextra et infra fracta in fronte levigata, a tergo paululum scabra (22,5) × (35,3) × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cinta, cuius partes supra et a sinistra servantur. Litt. 3. In lucem rediit operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam a praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1975 institutis. Servatur prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 descripsi.



D(is) [M(anibus) s(acrum) ?].

Tuc[ciae - - -]

+++[- - -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *MEFRA* 96, 1984, 253 n. 7 cum im. phot. fig. 9 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 572 n. 7); ID., in *Fonti latine e greche* I 426 n. 70. – Cf. BUCCI, *Studio* 91; P. PORENA, *Epigraphica* 72, 2010, 114; EUND., *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 94.

1 omisi in editionibus prioribus. – 2 etiam vide nomina Tuceii vel Tucidii. – 3 +++ vestigia litt. incertarum.

Ex litterarum forma et formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compediis si recte supplevi scripta saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7083 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario 135 × 61 × 24. Rep. circ. saec. XIX ex. prope vicum *S. Valentino* sub praedio, q. d. *Villamina* in fundo domini *Simoni*. Ubi exstet, ignoro. Descripsi a. 1990 ut potui ex CALORE.

Ossa sita

L(uci) Vibidi L(uci) l(iberti)

Primogenis,

Secunda mater

5 *p(osuit).*

CALORE, *Interpromium* 176–177 n. 1; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 220–221 n. 85; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 426 n. 71. – Cf. BUCCI, *Studio* 152.

De forma ossa vide *TbLL IX* 2, col. 1093–1094.

Ex formula ossa sita, quae tit. infra n. 7091 quoque redit, saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

7084 tit. sepulcralis

Epistylum ex lapide calcario a dextra fractum, in fronte levigatum 21,5 × (45) × ?. Litt. 3,5. Rep., ut me certiore fecerunt domini ANTONIO ALFREDO VARRASSO et ERNESTO SALERNI vici *Castiglione a Casauria*, saec. XX ex. in regione appellata *Ambrosiana* a *Pescosansonesco Nuovo* sita haud longe a vico *Pescosansonesco (Pescara)*. Ibidem servatur muro cuidam interiori affixum aedium domini *Ernani Barretta*, olim *de Petris*, ubi a. 2009 descripsi.



L(ucius) Vibius L(uci) f(ilius) Se[r(gia) - - -]
ex testa[m]ento.

Im. phot. ab A. A. VARRASSO sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 72, 2010, 384–385 n. 2 cum im. phot. fig. 15 (*AE* 2010, 397). – Cf. EUND., in *Tribù romane* 36.

Puncta triangularia sursum directa.

1 *Se[cundus]* vel sim. vel etiam *Se[x(ti) n(epos) + cognomen]* supplere quoque potuissem.

Publios Vibios quosdam invenies supra tit. n. 7058.

Ex forma litterarum punctorumque aetati Augusti tribuerim.

7085 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario 136 × 61 × 21. Area titulo inscribendo destinata marginibus cincta. Rep. a. 1895 prope vicum *Tocco Casauria* sub praedio, q. d. *Madonna degli Angeli*. Ubi nunc exstet, nescio. Descripsi a. 1990 ut potui ex DE NINO.

D(is) M(anibus) s(acrum).

M(arco) Volusio Faustino,
qui vixit

ann(is) XXIII men(sibus)

5 *VII d(iebus) XVII,*

M(arcus) Volusius Alexander cogn(ato)

b(ene) m(erenti)

f(ecit).

A. DE NINO, NS 1895, 476 (= ID., *Scoperte archeologiche* 355–356); CALORE, *Interpromium* 184 n. 14 (AE 1984, 351); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 229–230 n. 99; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 426 n. 72. – Cf. BUCCI, *Studio* 72.

Volusii alii eodem loco memorantur (vide tit. n. 3066. 7061. 7078; cf. BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 282; EUND., *MEFRA* 96, 1984, 251). De vocabulo *cognati* etiam vide M. SILVESTRINI, in *Storia e archeologia* 391.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

7086 (= 3071) = CLE 1212 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra imminuta et infra fracta, a tergo scabra (34) × (48) × 24. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata fascia continua cincta, cuius partes supra et a dextra servantur, crass. circ. 40 (in fascia dextra inspiciuntur duae litterae medii aevi, scil. AV[- -]). Litt. ad actuaras transgredientes 1,3/1. Titulum pleniorum solus servavit IOSEPHUS ALLEGRANZA O. P. (1715–1785), qui eum publici iuris a. 1754 fecit (vide infra). Pars superior, quae superest, in lucem rediit operibus ad abbatiam S. Clementi restituendam a praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1975 institutis. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 recognovi et im. phot. sumpsit.

*Siste gradum, quaeso, sine te levet umbra tenacem,
hospes; iter durum est: quid teris usque viae?
Audi: pauca moram facient mea dicta labori,
sed memor haec imo pectore conde tuo.*

- 5 *Crudeles divi, Sthygias quicumque palud' e's
incolitis, nulli qua datur ire retro,
quid vos immatura iuvat, quae vestra futurast
post modo consumpto tempore turba s'uo ?
Fletibus adsiduis luget maestissima mater,*
- 10 *quae prius occidere, quam Naiamira dari eigni
debut, ut superi pia fata tulissent,
et pater hoc titulo debuit ante legi.
His ergo mea dicta refer: desistat humatam
ulterius lachrumis sollicitasse suis;*
- 15 *sum defleta satis; finem decet esse dolori:
qui semel occubuit nulla querella iuvat!*

V. ALLEGRANZA, *Novellae Florentinae* 1754, 155 (= ID., *Opuscoli eruditi latini ed italiani*, Cremona 1781, 228); inde MOMMSEN, *Inscriptiones regni Neapolitani* 5334; ID. supra 3071 (BINDI, *Monumenti* 408, qui pendet ex MOMMSEN); A. DE NINO, NS 1895, 445 (= ID., *Scoperte archeologiche* 352); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 247–250 n. 116, DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4270, BÜCHELER, CLE 1212 et CHOLODNIAK, *Carmina sepulcralia*² 539; e titulo, qui superest BUONOCORE, *MEFRA* 96, 1984, 253–257 n. 8 cum im. phot. fig. 10 (cf. AE 1984, 350) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 572–574 n. 8); ID., in *Fonti latine e greche* I 420 n. 29; ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 34–35 n. 21 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 176 n. 24; add. p. 572–576); ID., in *Hommages Carl Deroux* III 94–97 n. 1 cum Italica versione (AE 2003, 564); ID., in *Temptanda viast* 5 n. 18. – Cf. F. C. WICK, *Stud. It. Filol. Class.* 17, 1909, 195–196; G. ZOTTOLI, *Atti Reale Accad. Arch. Napoli* 1, 2, 1910, 33–35; LATTIMORE, *Themes* 79. 190. 233; HOOGMA, *Der Einfluss Vergils* 283. 288. 293. 324; L. GASPERINI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 509; BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990 (1992), 76; SANDERS, *Lapides memores* 31. 191. 351. 408. 432. 433. 450; O. A. BOLOGNA, *Misc. Greca e Romana* 19, 1995, 211; CUGUSI, *Aspetti letterari*² 383. 394; R. CORDELLA – N. CRINITI, *Epigraphica* 62, 2000, 154; BUCCI, *Studio* 85. 91 cum im. phot. tab. 19; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 215.

Puncta triangularia haud semper signata.

V. 11–16 [- -]VTESSSENT | [- -]C ◦ ANTE ◦ LEGI | [- -]SISTAT ◦ HVMATAM | [- -]ITASSE ◦ SVIS | [- -]N ◦ ESSE ◦ DOLORI | [- -]JELLA ◦ IVVAT DE NINO, neque tamen id titulo Corporis tribuit; CALORE, *Interpromium* 187 partem ultimi versus publici iuris tantum edens scil. verba [- -]OCCVBVIT ◦ NVL[- -], quam partem ad fragmentum editum a DE NINO recte referens, nulla autem Corporis agnitione.

Quamvis interpolatam esse multis locis inscriptionem MOMMSEN et BÜCHELER sint opinati, pars quae superest fere recte ab ALLEGRANZA tradita est. – 1–3 cf. CLE 1451, scil. *Tu qui carpis iter gressu properante viator, | siste gradum, quaeso, quod peto, parva mora est, | oro ut praeteriens dicas, sit tibi terra levis.* – 1 illud *tenacem*, quod BÜCHELER dubitavit, utrum ad *te* an ad *gradum* referendum esset, CHOLODNIAK ad *te* sine dubio rettulit, cf. autem cum Ov. *Pont.* 2, 6, 21 *passu stare tenaci*, tum HOR. *carm.* 3, 3, 1 *tenacem propositi virum.* – 2 VIAE lapis ex quo iam recte ALLEGRANZA et EGO; *vi[am]* emendavit LACHMANN ad tit. huius Corporis vol. n. 3071, cum quo etiam consentiunt BÜCHELER et CHOLODNIAK. – 3 FACIENT lapis ex quo iam recte ALLEGRANZA et EGO, FACIVNT autem habent nescio qua causa MOMMSEN, BÜCHELER et CHOLODNIAK; LABORES lapis ex quo ALLEGRANZA et EGO; LABORIS emendavit LACHMANN ad tit. huius Corporis vol. n. 3071, cum quo etiam consentiunt CETERI et melius re perpensa EGO. – 5 STHYGIAS lapis pro *Stygias*, STIGIAS male ALLEGRANZA, quod vocabulum correxerunt *Stygias* MOMMSEN, BÜCHELER et CHOLODNIAK (de locutione *Stygiae paludes* vide M. L. RICCI, in *Convegno Virgiliano* 205; etiam cf. P. CARLETTI COLAFRANCESCO, *ibid.* p. 212.); QVICVMQVE lapis ex quo iam recte ALLEGRANZA et EGO; QVICVNQVE autem habent nescio qua causa MOMMSEN, BÜCHELER et CHOLODNIAK; PALVDIS lapis (scil. pro *paludes*), ex quo EGO, PALVDES habet ALLEGRANZA ex quo CETERI. – 7 ex. FVTVRAST (scil. pro *futura est*) lapis ex quo EGO, FVTVRA EST ALLEGRANZA inde MOMMSEN, *Inscriptiones regni Neapolitani*, BÜCHELER et CHOLODNIAK, FVTVRÆST MOMMSEN supra ad tit. – 8 ex. TVO lapis ex quo ALLEGRANZA et PLERIQUE EDITORES; *suo* proposuit LACHMANN ad tit. huius Corporis vol. n. 3071, cum quo consentit CHOLODNIAK et etiam EGO, illud *tuo* corruptum iudicans ex eadem clausula *tuo*, quae invenitur supra in v. vel e verbis praecedentibus per eandem T litteram incipientibus; viro docto BÜCHELER visum est illud vocabulum *turba* pro vocativo accipiendum esse (cum quo CHOLODNIAK quoque consentit), ut *tempore, turba, tuo* sit fere “humano tempore” non negans, ut MOMMSEN ipse in adparatu scripserat, ex toto disticho recte sententiam ne sic quidem effici, requiri autem tale quiddam *quae vestra esse poterat perfecto temporis orbe, consumpto tempore vitae.* – 9–11 alio archetypo usum tenorem conturbavisse poetam CHOLODNIAK suspicatus est. – 9 ex. MAESTISSIMA lapis, ex quo solus EGO; MESTISSIMA haud recte ALLEGRANZA, inde M[A]ESTISSIMA MOMMSEN et CHOLODNIAK restituerunt; *mestissima* habet BÜCHELER in editione sua. – 10 OCCIDERE QVAM NAIAMIRA DARI EIGNI | DEBUIT traditum ab ALLEGRANZA; *occidere et quam* vel nomen filiae vel *sua nata* in *naiamira* latere suspicatus est LACHMANN ad tit. huius Corporis vol. n. 3071; *occidere et quam mea membra dari* BÜCHELER proposuerat ad tit. huius Corporis vol. n. 3071, qui immo in CLE non tam *mira nata* aut *nostra* scriptum fuisse putaverit quam *immatura*; *occidere quam natae membra* temptavit CHOLODNIAK; *eigni pro igni* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 122). – 11 *ut pro si* OMNES arbitrantur; at optativum potius intellegas velut interpositum in sententia; VTESSSENT pro TVLISSSENT male DE NINO. – 13 ex. *desistat* DE NINO quoque tradit, quod vocabulum BÜCHELER correxit haud recte *desistant*; LACHMANN ad tit. huius Corporis vol. n. 3071 coniecit *dic sit sat* vel *dic sat sit*, cum quo dubitanter quoque consentit BÜCHELER, addens in adparatu CLE, quae sequuntur, scil. “singularis pone *his* inlatus minus est offensui quam

infinitivus perfecti ad *desistat* adpositus sine causa". – 14 *lachrumis* pro *lachrimis* (cf. TIBILETTI BRUNO, *l. l.* 147); *solllicitasse* infin. perf. pro praes., ut passim in poetarum sermone.

Sunt dactyli elegiaci insculpti more carminum ut dicam paragraphato, de quo fusius disseruit M. MASSARO, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* s. 3°, 85, 2012/13, 365–413, quos in sermonem Italicum vertendos opinor, scil.: "Arresta, ti prego, o straniero, il tuo insistente andare e lascia che l'ombra ti ristori; la strada è dura: quanta strada vuoi ancora affrontare? Ascolta: poche mie parole ti convinceranno a interrompere questa fatica, ma ricordale per sempre nel profondo del tuo cuore! O dèi crudeli, chiunque siate voi che dimorate nelle paludi stigie, attraverso le quali a nessuno viene concesso di poter tornare indietro, a cosa vi giova (la morte di) una persona che non ha raggiunto ancora la maturità, dato che è destinata a essere comunque della vostra gente, quando avrà raggiunto la sua età? (La) piange con incessanti lacrime la madre profondamente addolorata, che (pensa che) avrebbe dovuto morire lei prima che *Naiamira fosse data al rogo – magari gli dèi avessero consentito (questo) giusto destino – e il nome del padre si sarebbe dovuto leggere prima (del suo) su questa epigrafe. Riferisci dunque a costoro queste mie parole: «Cessi di angustiarmi sepolta (come sono) con le sue lacrime; sono stata compianta abbastanza; è giunto il momento di dar fine al dolore; una volta che si è morti non c'è lamentela che valga»" (sermonem Hispanicum invenies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* II 35 ad n. CLE). De locis similibus, praeter AUCTORES supra laudatos vide inter al. B. LIER, *Philologus* 16, 1903, 460. 571. 574; EUND., *ibid.* 17, 1904, 55; GALLETIER, *Étude* 87. 90. 205. 219. 270; G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 54; M. BURONI, in *Musei Capitolini* 129; F. DEL BARRIO VEGA, in *Asta ac pellege* 84; F. SOCAS GAVILÁN, *ibid.* 193; ANTOLINI, *Iscrizioni* 102. De epitheto superlativo, scil. mestissima, prosae orationis proprio in pede quinto posito vide SÖDERSTRÖM, *Epigraphica Latina* 110.

Ex litterarum forma saec. II vel potius III p. C. n. tribuo.

7087 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide undique fracta in fronte paululum levigata a tergo rudis (24,5) × (18,5) × 4,5. Litt. 5,5/4,1. In lucem rediit operibus ad abbatiam S. Clementi restituentam a praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1975 institutis. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 descripsi et im. phot. sumpsi.



[- -]aria[e - -]
[coniugi] incom[parabili]
[- -]imius [- -]
[cum qua vi]xi[t - -]

Im. phot. a M. B. sumpta et ope machinae computatoria tractata.

Supplevi non sine dubiis.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7088 = EE VIII p. 33 n. 134 tit. sepulcralis

Duo fragmenta ad eundem lapidem calcarium pertinentia inter se autem non coniuncta crass. circ. 17. Frg. *a* (28) × (28); frg. *b* (88) × (28). Rep. nescio quando loco incerto. Servantur prope vicum *Pescosansonesco* inserta loco edito parieti cuidam exteriori fenestreae monasterii quod annexum est ecclesiae S. Mariae Angelorum, ubi die ante festum in nativitate Iesu Christi a. 2000 una cum uxore mea ut potui descripsi.



Tit. ita traditus est

a

⊂
A R
Δ I

b

S
E · C
I A E
⊂ · C ·
N A T
5
auG · L · F
A V G
B V S
M

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 644 (= ID., *Scoperte archeologiche* 278–279) inde ex ectypis chartaceis M. IHM, *EE* VIII p. 33 n. 134; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 422 n. 38.

Supplementa incerta. – In titulo fragmenti *b* fortasse restituenda verba, quae sequuntur, scil.: 1 [D(is) M(anibus)] s(acrum) vel s(acrum); 3 [- - -] fil[ia]e; 5 [- - -] cog[nat]o; 6 [- - -] Au]g(usti) l(ibertus); 8 [libertis liberta]bus[q(ue)]; 9–10 [b(ene)] m(erentibus) | [p(osuit)].

Ex formula D(is) M(anibus) s(acrum) vario modo compe-diis si recte supplevi scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

7089 tit. sepulcralis

Tabula undique fracta ex lapide ut videtur calcario. Rep. nescio quando; servabatur adhibita pro posti portae muri aedium quarundam in agro vici *S. Valentino* sitarum. Ubi exstet, ignoro. Descripsi a. 1990 ut potui ex CALORE.

[D(is)] M(anibus) s(acrum).

[- -]GEM[- -]

CALORE, *Interpromium* 180 n. 6; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 220 n. 82; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 427 n. 76.

Restituit CALORE, quem secutus sum.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compediis si recte suppleta scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

7090 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide calcario infra a dextra et a sinistra fracta, in fronte et a tergo levigata (23,5) × (18,5) × 5,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars supra tantum servatur. Litt. affabre insculptae 5,3. In lucem rediit operibus ad abbatiam *S. Clementi* restituendam a praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1975 institutis. Exstat prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 descripsi et im. phot. sumpsit.



[- -]BIN[- -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

Vestigia litterarum ad rationem nominis quandam pertinentia esse videntur.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7091 tit. sepulcralis

Urna ex lapide calcario undique fracta. Rep. nescio quando extra vicum *S. Valentino* in praedio gentis *Petini* prope ripam dextram fluminis Aterni sito. Ubi exstet, ignoratur. Descripsi a. 1990 potui ex CALORE.

Fuisse videtur:

Ossa sita

[- -]neniae L(uci) [-]

[- -]iae,

[- -]na

5 [- -] b(ene) m(erenti) p(osuit).

CALORE, *Interpromium* 179 n. 4 (inde DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 216 n. 77 et BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 427 n. 75).

1 fortasse [*Se*]neniae, quod nomen rediit tit. Trebulano n. 4933 (de nominibus, quae terminantur in *-nenius*, vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 248).

De forma *ossa* vide *ThLL* IX 2, col. 1093–1094.

Ex formula *ossa sita*, quae tit. supra n. 7083 quoque redit, saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

7092 tit. sepulcralis

Fragmentum ex lapide calcario. In lucem rediit saec. XX in operibus ad abbatiam *S. Clementi* restituendam institutis. Ubi exstet, ignoro. Descripsi ut potui a. 1990 ex CALORE.

[in fr(onte) p(edes)] X in agr(o) p(edes) XV.

CALORE, *Interpromium* 187 n. 22; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 251 n. 118; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 427 n. 77.

Supplevit CALORE quem secutus sum.

Titulus cuius saec. sit, sub iudice relinquatur.

7093 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Litt. affabre insculptae. Rep. nescio quando extra vicum *San Valentino* prope praedium q. d. *Fonte Almona*. Ubi exstet, ignoratur. Descripsi a. 1990 quatenus potui ex CALORE, qui etiam addidit: “È notevole che su questo frammento in epoca molto tarda e con lievissima incisione sia stato quasi grafito superiormente ad EIS la prima asta di una A, e sotto: CONS^{VI}R”.

[- -]EIS[- -]

CALORE, *Interpromium* 180 (inde DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 219 n. 81 et BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 427 n. 78).

[- -]LEIS[- -] DE LAURENTIIS fortasse haud recte.

Quid subsit, nescio.

Ex litterarum forma, quae CALORE *l. l.* cum litteris tit. lupinarii n. 7052 comparavit, primae aetatis imperatoriae fere fuit.

7094 tit. sepulcralis

Tabula undique fracta ex lapide ut videtur calcario. Rep. nescio quando loco incerto; servabatur adhibita pro posti portae muri aedium quarundam gentis *de Pompei* in agro vici *San Valentino* sitarum. Ubi exstet, ignoro. Descripsi a. 1990 ut potui ex CALORE.

[- -]EN[- -]

[- -] atra [- -]

CALORE, *Interpromium* 180 n. 7 (inde DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 220 n. 83 et BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 427 n. 79).

2 mihi venit in mentem versus ille VERG. *Aen.* 6, 429 = 11, 28, scil. *abstulit atra dies et funere mersit acerbo*, de cuius usu in carmina Latina epigraphica vide HOOGMA, *Der Einfluss Vergils* 285–287 et etiam CUGUSI, *Aspetti letterari*² 178–179 cum alia bibliographia et H. SOLIN, *Arctos* 48, 2014, 406–407.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

7095 tit. sepulcralis

Tabula undique fracta ex lapide ut videtur calcario. Rep. nescio quando loco incerto; servabatur adhibita pro posti

portae muri aedium quarundam gentis *de Pompei* in agro vici *San Valentino* sitarum. Ubi exstet, ignoro. Descripsi ut potui a. 1990 ex CALORE.

[- -]ESII[- -]

CALORE, *Interpromium* 180 n. 7; DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 220 n. 84; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 427 n. 80.
Aetatis incertae.

7096 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario undique fracta (15) × (12) × ?. In lucem rediit saec. XX in operibus ad cryptam abbatiae S. Clementis restituendam institutis. Periit aut latet. Descripsi ut potui a. 1990 ex DE NINO.

[- -]HE[- -]

A. DE NINO, NS 1895, 445 (= ID., *Scoperte archeologiche* 352); DE LAURENTIIS, *Iscrizioni* 251 n. 121; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 428 n. 81. – Cf. BUCCI, *Studio* 85.
Cui aetati fragmentum sit tribuendum, nescio.

7097 signaculum aeneum orbiculatum

Rep. saec. XIX ex. prope vicum *Tocco Casauria* in regione q. d. *Fra le isole* sub praedio domini *Macchione*. Ubi exstet, ignoro. Descripsi a. 1990 ut potui ex CALORE.

Q(uiti) Corneli Communis.

in manubrio, ut videtur:

Q(uiti) C(orneli) C(ommunis).

CALORE, *Interpromium* 184–185 n. 16 (inde BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 425 n. 60). – Cf. BUCCI, *Studio* 79.

Aetatis incertae.

7098 signaculum aeneum

Signaculum aeneum sine manubrio rep. a. 1888 prope vicum *Pescosansonesco* sub praedio, q. d. *L'Ambrosiana*. Ubi servetur, nescio.

*T(iti) T(- -) Pha-
n̄teri.*

A. DE NINO apud G. FIORELLI, NS 1888, 643 (= *Boll. Antinori* 2, 3, 1890, 98) (= ID., *Scoperte archeologiche* 277); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 428 n. 85.

Phan̄teri pro Pantheri.

Aetatis incertae.

7099 tit. sepulcralis

Duo fragmenta inter se non coniuncta ad eandem tabulam ansatam frontis ut videtur sarcophagi ex lapide calcario pertinentia in fronte passim deturpata, a tergo paululum scabra. – Frg. *a* (34) × (42) × 10; frg. *b* ex quattuor partibus compositum a dextra ornatum anaglyphis floralibus et columna oblique striata cui effigies galli superimposita est (de quo anaglypho passim in titulis Christianis insculpto vide inter al. RAC VIII, 1972, 1025–1031 et PANI, *l. infra* l. 20. 30–31). Litt. actuariae 4,5/3. In lucem redierunt in pavimento abbatiae S. Clementis inserta operibus ad abbatiam ipsam restituendam a praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1975 institutis. Exstant prope vicum *Torre dei Passeri* in museo apud abbatiam ipsam sito, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsi.



Fig. α



Fig. β




Fig. γ

[- -]joco prēt-
 [tium - -]m quem
 [- -]porticu[m ?]onstruxit
 [fecit]que se vivo sib[i et coni]ugi suae
 5 [- -]jae Hireneti [- -] que viven-
 [s - -] d[ie] X kal[endas] octob[r(es) Lupici]no et Io-
 [vi]no cons[s]. (i. e. consulibus duobus), SING[- -] et posuit
 [- -]de]positus in p[ace - -].

Fig. α: Im. phot. frg. a a M. B. sumpta.

Fig. β: Im. phot. frg. b a G. G. PANI sumpta.

Fig. γ: Im. a G. G. PANI del.

G. G. PANI, *Museo genti Abruzzo* 7, 1983, 18–32 cum im. phot. fig. 1–4 et im. del. fig. 1–3; ID., *ICI* III 6–7 n. 3 cum im. phot. et del. (*AE* 1986, 220); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 428 n. 82; BUCCI, *Studio* 91–96 cum im. a PANI del. sumpta; C. PALUMBO, *Planus* 2007, 23–24 n. 19; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 15 n. 14. – Cf. A. M. GIUNTELLA, in *Archeologia Cristiana* II 590.

Puncta nulla.

Supplementa magna ex parte a PANI recepti. – 3 [- -]jocu[- -], 4 [- -]que PANI. – 5 que pro quae. – 6–7 [- -]no et Io)[- -]io PANI.

Ut iam PANI, *l. l.* recte suspicatus est, in hoc titulo memoratur vir quidam, qui sibi et uxori suae [- -]jae Hireneti sepulcrum comparaverat, loco sepulturae empto nec non monumento constructo; postquam vir defunctus est, uxor, quae d. 22 m. Sept. a. 367 adhuc in vita manebat, sarcophagum et titulum ipsum fecit (de consule Flavio Lupicino vide *PLRE* I Lupicinus 6; de consule Flavio Iovino vide *PLRE* I Iovinus 6; de re universa vide BAGNALL – CAMERON – SCHWARTZ – WÖRZ, *Consuls* 268–269).

LXVIII. SVLMO (*Sulmona* p. 16*. 49*. 290. 678. 697). *Tribus Sergia*

329* De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 24. – Cf. EUND., in *Varia epigraphica* 98 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 247).

330* De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 23. – Cf. EUND., in *Varia epigraphica* 98 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 247).

331* Exemplum repetiverunt DESTEPHANIS, *ms. f. 31r* cum im. del., qui pendet ex AUCTORIBUS PRIORIBUS; P. PICCIRILLI, *Monumenti* 61 cum adn. 1, qui utrum sit titulus fictus an genuinus non iudicat, et TUTERI, *Solymon* 107, qui autem titulum genuinum esse perperam cogitat. – Cf. A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 24 ad tit.; EUND., in *Varia epigraphica* 98 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 247).

339* Tabula ex lapide calcario undique fracta. Exstat in vico *Scanno* parieti cuidam exteriori adfixa ecclesiae S. Rochi, quae etiam Matri Carminis dicata, ubi a. 1982 contuli quatenus potui et im. phot. sumpsit.

Exemplum repetiverunt COLAROSI MANCINI, *Storia di Scanno* 45, qui titulum genuinum Osca lingua scriptum male iudicat; ACCIVILE – GUALTIERI – NANNARONE, *Scanno* 23 n. III cum im. phot., qui non aliter ac MOMMSEN, supra ad tit., titulum Italica lingua scriptum aetatis recentioris (saec. XV vel potius ut opinor saec. XVI) esse putant et hoc modo recte interpretantur: ... *così la vita nostra al monno* (i. e. *mondo*) *passa*; F. SABBATINI, in C. CIOCIOLA (Ed.), *Visibile parlare. Le scritture esposte nei volgari italiani dal Medioevo al Rinascimento*, Firenze 1997, 213. – Cf. BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 24 ad tit.; EUND., in *Varia epigraphica* 98–99 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 247–248); EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 96 ad tit.; G. MORELLI – P. CARANFA, in CELIDONIO, *Memorie* 9.

766* De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 107. – Cf. BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 99 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 248).

3074 = ILS 4025 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3453; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 299 n. 1; ID., in *Dediche sacre* 264 n. 69. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 88. 90; CHR. HÜLSEN, *RM* 18, 1903, 338; F. LOLLI, *NS* 1910, 115; G. COLONNA, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 14, 1959, 217; A. ERNOUT, *Rev. Philol.* 29, 1965, 196; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 105; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 226. 294; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 24 ad tit.; EUND., *ibid.* 22, 2004, 96 ad tit.; EUND., in *Donna e vita cittadina* 528; D. NONNIS, in *Epigrafia* 2006 I 169; BRANCATO, *Repertorium* II 99; M. J. FALCONE, *Aevum* 85, 2011, 89; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 210; A. BENCIVENGA, in *Antropologia e archeologia* 738; EHMIG, *Donum dedit* 166. 196; A. DIONISIO, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 14.

De Angitia, quae dea hic primum occurrit, vide, ex gr., G. PANSA, *BCAR* 51, 1923, 152; LETTA, *I Marsi e il Fucino* 61–63 et passim; EUND., in *Epigrafia dei Marsi* 302–303 et passim; M. DURANTE, in *PCIA* VI, 1978, 795; RADKE, *Die Götter Altitaliens* 65–66; P. POCCHETTI, *Abruzzo* 22, 2, 1984 (1990), 207–229; L. LUSCHI, in *Parco Nazionale d'Abruzzo* 197–201; LETTA, *Abruzzo* 31, 1993, 30–31; G. ROCCA, in *Tavola di Agnone* 652 et passim; etiam vide FALCONE, *l. l.* 81–98, ubi alia bibliographia inveniri potest. Etiam vide infra ad tit. n. 7147. Titulos in regione quarta

reptos Angitiae dicatos recensui in ephemeride *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 218 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 144). De magistra etiam vide F. MAI-NARDIS, in *Donna e vita cittadina* 345. Fuficios alios in titulis Sulmone erutis non reperies; de nomine etiam vide T. SIRONEN, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 345.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

3075 Tabula ex lapide calcario in fronte expolita supra a dextra et a sinistra fracta (44,5) × (33,2) × ? Litt. concinne insculptae 5,5–3,2. Puncta triangularia. Nunc exstat Sulmone parieti domus cuiusdam iuxta semitam *Ospedale* sitae extrinsecus adfixa, ubi a. 1982 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0001549–50).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3513; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 300 n. 2; ID., in *Dediche sacre* 266 n. 86. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 88; LATTE, *Religionsgeschichte* 389; MATTIOCCO – PETTINELLI, *Sulmona nei secoli* 11; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 226. 293; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 24–25 ad tit.; EUND., in *Donna e vita cittadina* 529; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 53; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 439.



1 nunc periit. – 2–3 Iovi de su[a | pec(unia)] dedi[t] suppleverim.

Titulos in regione quarta repertos Iovi dicatos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 223–224 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 151–152); cf. etiam tit. Sulmonensem n. 7136 (adde VETTER, *Handbuch* 202 = RIX, *Sabellische Texte* Pg5 = *Imagines Italicae* I 301–302, Paeligni / SVLMO 2). Nomen Allii hic primum occurrit.

Ex litterarum forma saec. I vel potius II ante medium p. C. n. tribuo.

3076 = ILS 3555 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3580; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 300 n. 3; ID., in *Dediche sacre* 266 n. 89. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 88; A. VON DOMASZEWSKI, *Philologus* 61, 1902, 11; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 32. 49. 226; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 25 ad tit.; EUND., *ibid.* 22, 2004, 96 ad tit.; EHMIG, *Donum dedit* 137. 213.

Titulos sacros Silvano, qui deus fusius venerationem habuit, in regione quarta repertos recensui EGO in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 227–228 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 157–158). De re universa vide DORCEY, *Silvanus* passim et, inter al., M. CLAUSS, *Klio* 76, 1994, 381–387; S. PANCIERA, in *Studia Georgi Mihailov* 347–362 (= EUND., *Epigrafi* I 421–437); A. BUONOPANE, *Atti Accad. Rov. Agiati* s. 7°, 9A, 249, 1999, 314–320; C. ZACCARIA, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 1098–1116; F. CENERINI, in *Varia epigraphica* 139–153; P. KRAGELUND, *ZPE* 56, 2005, 211–224.

Saec. II p. C. n. fuisse potest.

3077 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 300 n. 4; ID., in *Dediche sacre* 266 n. 90. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 261; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 25 ad tit.; EUND., *ibid.* 24, 2002, 96; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 56.

Quomodo litterae M P L V solvendae nescio; mihi veniunt in mentem locutiones *M(arti) p(acifero) l(ibens) v(otum) [s(olvit) m(erito)]* (de Marte pacifero cf. tit. Interamnae Praetuttiorum repertum n. 5060. Etiam vide tit. n. 448* “in Sabinis” repertum, ubi memoratur Minerva pacifera: cf. tit. AE 1981, 134) et *m(emoriam) p(osuit) l(ibens) v(otum)*, quae autem coniecturae haud omnino certae videntur.

3078 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3622; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 300 n. 5; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 19; ID., in *Epigraphica* 60, 1998, 50–51 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 294–295); ID., in *Varia epigraphica* 104–105 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 256); S. LEFEBVRE, in *Élites municipales* 300 n. 65; BUONOCORE, in *Epigrafi d'età augustea* 79–81 n. 18; G. CENERINI, *Riv. Stor. Antichità* 40, 2010 (2011), 130. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 91; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 18; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 25 ad tit.; EUND., in *Varia epigraphica* 99 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 248); M. G. ARRIGONI BERTINI, *ibid.* 17; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 96–97 ad tit.; SEGENNI, *Decreta Pisana* 61; BUONOCORE, in *L'iscrizione e il suo doppio* 215.

Teste ANTINORI una cum amico suo, hic titulus ad Caium Caesarem pertinens Sulmone in claustrum ecclesiae S. Pamphili minorum observantium servabatur, cuius transcriptio fuit C ◦ CAESARI ◦ AVGVSTI ◦ [F] | PONT ◦ COS ◦ PRI[N]CI[P]I | IVENTVTIS. Mea autem sententia est idem ac titulus in vico hodie Spoltore nuncupato, antiquitus *Angulus* in regione Vestinorum, scil. n. 3343, a CIRELLI et DRESSEL ipso descriptus “in claustrum minorum observantium”, hoc modo: C. *Caesari Augusti f. | po[n]t. cos. principii iuventutis* (nota in utroque titulo, ut traditur, inscriptionem quandam medii aevi [ut ad n. 3078] vel litteris Gothicis [ut ad n. 3343] infra sequi). Si recte opinatus sum, hic titulus delendus est a corpore inscriptionum Sulmonensium, cum ex oppido Angulo oriundus esse videatur.

De forma *iuventutis* cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 128; de Caio et Lucio Caesaribus vide, inter al., D. SIDARI, *Atti Ist. Veneto, Scienze, Lett., Arti* 138, 1979/80, 275–302; A. VASSILEIOU, *ZPE* 47, 1982, 119–129; ARRIGONI BERTINI, *l. l.* 15–21; CENERINI, *l. l.*, 107–135; SEGENNI, *l. l.* passim; imprimis vide S. PANCIERA, in *Mausoleum* 98–108 cum bibliographia ampliore.

3079 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 242. – Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3731; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 300 n. 6; REALI, *Amicitia* 156 n. 99. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 92; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 25 ad tit.; GREGORI, *Brescia romana* II 110; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 97 ad tit.; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 55. 61.

De Caio Lucceio Camarte, praetore, tribuno plebis, quaestore, fortasse aetatis Severianae (cf. L. PETERSEN, *PIR*² L 356; etiam OKOŃ, *Album senatorum* I 163 n. 652), vide praesertim G. ALFÖLDY, *Epigr. Studien* 5, 1968, 124 et M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 188, ubi alia bibliographia inveniri potest. C. Pontius Paulinus fasces gessit veri simile sub Septimio Severo (LEUNISSEN, *Konsuln* 167; L. VIDMAN, *PIR*² P 814; OKOŃ, *l. l.* 205–206 n. 840). De nominibus Lucceii et Pontii in titulis Sulmone nec non in agro Sulmonensi repertis memoratis vide VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 32. 38. De amicitia praeter REALI, *l. l.* vide *Aspects of Friendship*; M. REALE, in *Corolla Epigraphica* 612–620; N. MATHIEU, in *Société romaine* 373–383; B. BEUJARD, *ibid.* 385–391.

3080 (cf. p. 678) = I² 796 (cf. p. 953) = ILS 885 = ILLRP 444. Fuit stela ex lapide calcario 117 × 71 (sic A. DE NINO apud FIORELLI, *NS* 1879, 22 et 400, cf. ad tit. n. 3080 huius voluminis p. 678; nota etiam legendum *d'Eramo* recte DE NINO). Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3716; SUSI, *Introdacqua* 441; TUTERI, *Solymon* 89 n. 63; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 300 n. 7. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 78; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 293; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 25 ad tit.; R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 56. 58; C. BERRENDONNER, *Cahiers du Centre G. Glotz* 16, 2005, 96; BUONOCORE, in *L'ombelico d'Italia* 73; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 68–69; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 53. 57. 61.

STATIO | SEX F | MVRCO male nec non interpolans TUTERI.

Recte ATTILIO DEGRASSI, *ILLRP* 444 et I² 796 p. 953 monet hunc Lucium Staium Murcum originis Sulmonensis eundem fortasse non esse ac legatum eiusdem nominis Caesaris dictatoris a. 46, postea praetorem et imperatorem, a Sex. Pompeio interfectum. De Statio Murco vide, praeter AUCTORES supra laudatos, TAYLOR, *Voting Districts* 255–256; T. P. WISEMAN, *Class. Quart.* n. s. 14, 1964, 127; EUND., *New Men* 263 n. 411; M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 188; B. AUGIER, in *Epigrafia e ordine senatorio, 30 anni dopo* I 49–50.

Alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim, attamen in dubio maneo.

3081 (cf. p. 678) Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 248. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3083; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 300 n. 8. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 93; C. H. MOORE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 20, 1909, 11; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 133; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 25 ad tit.; BRANCATO, *Repertorium* II 93. 97; R. TUTERI et AL.,

Quad. Arch. Abruzzo 2, 2010 (2012), 39; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 55.

De milite cohortis sextae praetoriae vide PASSERINI, *Coorti pretorie* 150; praetorianos in titulis regionis quartae nominatos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 214. 216 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 140–141); cf. EUND., *Epigraphica* 59, 1997, 246 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 330); etiam cf. O. BOHN, *EE* V p. 255 et MENENDEZ ARGUIN, *Praetorianos* 211. Nomina Flacceii et Titii hic primum occurrunt, cf. VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12.

Saec. II p. C. n. titulus tribuendus esse videtur.

3082 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3041; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 301 n. 9; WESCH-KLEIN, *Funus publicum* 161; TRAVERSO, *Esercito* 116–117 n. 39; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 122 n. 31. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; BESNIER, *De regione Paelignorum* 75. 87. 93; NISSEN, *Italische Landeskunde* 449; F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 42, 1973, 38; E. RICCI, *Superaequum* 100; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 28. 46; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 25–26 ad tit.; DI BENEDETTO, *Sulmona* 35. 39; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 459 (= EUND., *Roman Questions* I 371); R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 55. 58; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 97 ad tit.; FORNI, *Tribù* O224; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 61.

De locutione v. 9–11 scil. in *loc(um) pub(licum) intulit et sep(eliendum) curavit* etiam vide M. ANTICO GALLINA, *Epigraphica* 69, 1997, 206 et I. MILANO – V. PISTARINO, in *Quotidien municipal* 708–709 n. 103 et S. LEFEBVRE, in *De Roma a las provincias* 344.

L. Ovidius Ventrionis, fortasse eiusdem stirpis ac P. Ovidius Naso poeta, ex pago, ubi vicus nunc *Introdacqua* appellatus fuit, oriundus esse videtur; ad quem pagum locutiones apud poetam illum memoratae, scil. "... hortis nostris ..." (*trist.* 1,11,37), "... rura paterna ..." (*am.* 2,16,38), "... amissos ... agros ..." (*pont.* 1,8,41–42), referendae fortasse sunt (cf. etiam VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 49). De L. Ovidio Ventrione, quattuorviro iure dicundo et quinquennali nec non tribuno militum et praefecto fabrum, vide, praeter AUCTORES supra laudatos, NICOLET, *L'ordre équestre* II 968 n. 255; B. DOBSON, in *Britain and Rome* 69–70 n. 43; CASTRÉN, *Ordo populusque Pompeianus* 201 n. 295; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* laud. 47–50; *PME* II 621 n. 26; DEMOUGIN, *Prosopographie* 317–319 n. 381. De nomine Ovidii etiam vide T. SIRONEN, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 345.

Primae aetatis imperatoriae fuisse videtur.

3083 = ILS 2699 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108. Exemplum repetiverunt WILMANN, *Exempla* 1299; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3868; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 301 n. 10; TRAVERSO, *Esercito* 117 n. 40. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; BESNIER, *De regione Paelignorum* 75. 93. 122; E. RICCI, *Superaequum* 100; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 26 ad tit.; H. SOLIN, in L. DUBOIS – E. MASSON (Ed.), *Philokypros. Mélanges de philologie et d'antiquités grecques et proche-orientales dédiés à la mémoire d'Olivier Masson (Minos. Suplementos 16)*, Salamanca 2000, 279; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 97 ad tit.; FORNI, *Tribù* S463; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 62; ÁLVAREZ MELERO, *Matronae equestres* 292 n. 21; S. EVANGELISTI, *ZPE* 207, 2018, 258.

4 de forma *Beronices* vide P. CUGUSI, *Epigraphica* 73, 2011, 216 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1723).

De Severio Severo, qui, praeter aedilem quattuorvirum iure dicundo, praefectus praesidiorum et montis Berenicidis (de qua praefectura vide, inter al., LESQUIER, *L'armée romaine* 518–551 et passim, H. DEVIJVER, in *ANRW* II 1, 1974, 464, E. TODISCO, in *Misurare il tempo* 554, A. BÜLOW-JACOBSEN – H. CUVIGNY, *Chiron* 37, 2007, 33 n. 19, praesertim vide FAORO, *Praefectus* 151–153; de nomine etiam vide SOLIN, *l. l.* 277–283) nec non scriba quaestorius (vide N. PURCELL, *PBSR* 51, 1983, 155. 158) quoque fuit, vide P. MEYER, *Hermes* 32, 1897, 487; V. R. CAVENAILE, *Aegyptus* 50, 1970, 296 n. 1962; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 47; *PME* II 739–740 (add. V 2237); DOMASZEWSKI – DOBSON, *Rangordnung*² LIV. 165. 169. 252; D. B. SADDINGTON, in *Acta Centri Historiae. Terra Antiqua Balcanica* II, 1, Sofia 1987, 273 n. 44; FAORO, *l. l.* 101 n. 29 cum alia bibliographia. An Severus militia equestri sit functus, incertum; cf. etiam tit. huius Corporis vol. XIII 1571 (Gabales, Aquitania), in quo memoratur L. Sever(ius) Sev[e]rus L. S(everi) N[- -] f(ilius) o[m]nibus honorib[us] in civitate functus, et filius eius D. (Severius).

Dubitanter saec. I p. C. n. H. DEVIJVER in *PME*, *l. l.* tribuit (cf. etiam PURCELL, *l. l.*); titulum autem fuisse saec. III p. C. n. mihi non persuasit VAN WONTERGHEM, *l. l.*

3084 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4121; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 301 n. 11. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 122; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 47; E. RICCI, *Superaequum* 100; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 287. 301; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 26 ad tit.

De nomine Rufini vide O. SALOMIES, in *Voce concordii* 625.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

3085 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 301 n. 1. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 118. 240; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 121; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 26 ad tit.; EUND., *ibid.* 22, 2004, 97 ad tit.; FRATIANNI, *Terventum* 229.

Videtur C. Alfius T. f. Maximus in hoc titulo Sulmonensi laudatus idem esse ac C. Alfius Maximus Corfiniensis qui, legata pecunia L. Herennio C. f. Rufo, aedem podium cryptae partem faciendam curavit probavitque (vide tit. n. 3168; C. Alfius Maximus tit. n. 3152 Ser. Cornelium Dolabellam Metilianum consulem a. 113 memorante fortasse quoque redit). De nomine gentilicio Alfii vide infra ad tit. n. 7143. De cognomine Maximi vide O. SALOMIES, in *Onomastica* 528.

Saec. II in. p. C. n. fuit.

3086 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 42; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 114. Exemplum repetiverunt Codex Borgianus Lat. 336 f. 241v (de qua recensione Vaticana collectionem inscriptionum Latinarum ab Ioanne Veronensi qui et Frater Iucundus congestam et Laurentio Medico dedicatam complectentem vide quae scripsi BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 21. 43–44 et in P. GROSS – P. N. PAGLIARA (Ed.), *Giovanni Giocondo umanista, architetto e antiquario (25° seminario internazionale di storia dell'architettura dedicato a Giovanni Giocondo. Vicenza, 10–12 giugno 2010)*, Vicenza 2014, 235–255); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 301 n. 13. – Cf. P. SERAFINI, *GASLA* 4, 12, 1839, 47; KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; BESNIER, *De regione*

Paelignorum 75. 122; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 47; E. RICCI, *Superaequum* 100; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 29; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 26 ad tit.; FORNI, *Tribù* A1570–1571; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; BRANCATO, *Repertorium* II 93; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 55.

1 GRASSO male SERAFINI.

Lucii Avillii hic primum occurrunt.

Saec. I p. C. n.

3087 = I² 1774 (cf. p. 1037) = *ILLRP* 65. Stela ex lapide calcario supra et infra fracta, a sinistra et a dextra in usum posteriorem resecta. Litt. profunde nec non affabre insculptae. Puncta triangularia sursum directa. Etiam hodie eodem loco, quo MOMMSEN descripsit et DRESSEL recognovit, nempe Sulmone parieti exteriori adfixa in apside ecclesiae cathedralis S. Pamphilo dicatae prope aediculam Eucharistiae loco edito, ubi a. 1982 quatenus potui contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0001551).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108. Exemplum repetiverunt DESTEPHANIS, *ms.* f. 14v cum im. del.; P. PICCIRILLI, *Monumenti* 64; A. DE NINO, *RASLA* 9, 2, 1894, 98; CELIDONIO, *La diocesi di Valva* I 135; TUTERI, *Solymon* 155 n. 1–2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 301 n. 14; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 52 n. 17 (etiam cf. p. 31. 34); MORANDI, *Epigrafia italiana* II 280. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 78. 90; G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 216 n. 2; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 121; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 51; P. POCSETTI, *Stud. Saggi Ling.* 22, 1982, 178; G. FORNI, *ZPE* 51, 1983, 204; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 26–27 ad tit.; G. ROCCA, in *Tavola di Agnone* 653; E. MATTIOCCO – F. VAN WONTERGHEM, in *Sulmona* 21 cum im. phot. fig. 30; E. CECCARONI, in *Tra memoria e futuro* 39; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 97 ad tit.; EUND., in *Dediche sacre* 264; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; A. BENCIVENGA, in *Fides amicorum* 53. 55; EUND., in *Antropologia e archeologia* 738; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 51. 53; MATTIOCCO – ORSINI, *Iscrizioni* 26 cum im. phot. fig. 5; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 358.



DIAL | SACERDOS | CERERIS male PICCIRILLI (ex quo pendent CELIDONIO et TUTERI [155 n. 2]). – 1 CALLIDIAE haud recte DESTEPHANIS; CAEDIA II male DE NINO et TUTERI (155 n. 1); praenomen, ut videtur, Titus potius quam Publius legendum.

De sacerdotio Cereris saepius, ut constat, una cum Veneris in titulis Paelignis saepius memorato etiam vide G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 216–217; I. CHIRASSI COLOMBO, in *ANRW* II 17, 1, 1981, 426; POCSETTI, *L'area superequana* 22–26; praesertim ROCCA, *l. l.* 645–658, cum qua EGO adhuc consentio; contra vide C. LETTA, *Abruzzo* 31, 1993, 30–31 et EUND., *Epigraphica* 61, 1999,

9–26. Titulos Cereri et Veneri sacros in regione quarta repertos recensui in *ZPE* 56, 1984, 251–252, in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 219. 228–229 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 145–146. 159–160) et in *Xenia antiqua* 4, 1995, 188–189. Cf. tit. Sulmone in lucem prolatum Osca lingua scriptum, in quo Saluta Caedia C. f. | anceta Ceri(a) laudatur (P. POCSETTI, *Stud. Saggi Ling.* 22, 1982, 171–182 = RIX, *Sabellische Texte* Pg17 = *Imagines Italicae* I 307, Paeligni / SVLMO 5). Etiam vide infra ad tit. n. 7147.

Nomen Cae(i)dii redit tit. n. 3092.

Ex forma litterarum saec. I medii a. C. n. esse videtur.

3088 = *ILS* 6531. Stela ex lapide calcario in margine superiore sinistro fracta 140 × 88,2 × 32,5. Area titulo inscribendo destinata excavata caelo partim dolata cymatio cincta inverso 104,3 × 60,8. Litt. haud concinne insculptae 6,5/4,5. Puncta triangularia sursum directa. – Etiam hodie eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe in vico *Scanno* in fronte ecclesiae S. Ioanni Baptistae dicatae extrinsecus parieti adfixa, ubi a. 1982 contuli et im. phot. quatenus potui sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0001552. 15807).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 108; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 113. Exemplum repetiverunt DESTEPHANIS, *ms.* f. 176r cum im. del.; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4122; CELIDONIO, *Memorie* 9; ACCIVILE – GUALTIERI – NANNARONE, *Scanno* 22 n. I. 24–26 cum im. phot.; G. FORNI, *Epigraphica* 41, 1979, 147–148 cum im. phot. fig. 2 (*AE* 1982, 233); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 302 n. 15; PANE, *Carta archeologica* 146–147 cum im. phot.; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 514 n. E1. – Cf. A. SCHULTEN, *Philologus* 53, 1894, 645; KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; BESNIER, *De regione Paelignorum* 75; NISSEN, *Italische Landeskunde* 450; R. ALMAGIÀ, *RASLA* 24, 1, 1909, 286; COLAROSSO MANCINI, *Storia di Scanno* 26; G. PICCIRILLI, *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 460; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 435–436 (cf. *AE* 1968, p. 58); F. VAN WONTERGHEM, *L'Ant. Class.* 42, 1973, 38; EUND., *Antiche genti* 47; EUND., *Forma Italiae* 29. 47. 301–302; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 27 ad tit.; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 532 cum im. phot. fig. 1; DI BENEDETTO, *Sulmona* 42–43; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 352; FISHWICK, *Imperial Cult* II 227; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 36. 42; FORNI, *Tribù* C340; R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 55. 59; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 97 ad tit.; EUND., in *Epigrafia di confine* 286; C. LETTA, *RCCM* 47, 2005, 91; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 53. 61; A. BENCIVENGA, in *Los lugares de la Historia* 941.

1 CAIDIO recte restituit FORNI (cf. nomen Caeidii in tit., qui praecedit, quoque memoratum; de nomine etiam vide T. SIRONEN, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 345). – 3 ANNO male CELIDONIO et ACCIVILE – GUALTIERI – NANNARONE.

C. Caidius Praesens primus omnium ex pago Betifulo in Sulmonensium ordinem pervenit (cf. etiam ROSTOVZEV, *Storia economica*⁵ 242); de decurione etiam vide H. MOURITSEN, *Chiron* 28, 1998, 242; de locutione *primus* ALFÖLDY, *Rolle* 32 et passim. Unde titulus prodierit, adhuc incertum: “Colle d’Angelo” fuitne (i. e. *Collangelo*) an “Colle di S. Angelo” prope vicum *Acquaviva* (de re universa vide VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 301–302).

Forma litterarum ad saec. I ex. p. C. n. sane adducit.

3089 Stela ex lapide calcario in fronte adesa, infra praebens aream paulum excavatam duabus facibus accensis a sinistra dexteraque cinctam anaglyphis ornatam, ubi cernitur mulier dextrorsum capite velato sacrificantis modo, dextra

protensa ad aram encarpo et bucranio in fronte ornatam, una cum camillo sinistra animal quoddam tenente dextra saccum fortasse capiti impositum sustinente (de quibus anaglyphis etiam vide DRESSSEL ad tit. et S. A. MUSCETTOLA, *RINASA* s. 3°, 14/15, 1991/92, 205 cum im. phot. fig. 10; etiam vide V. HUET, in V. MEHL – P. BRULÉ [Ed.], *Le sacrifices antique. Vestiges, procédures et stratégies*, Rennes 2008, 82 n. 8. 90. 98 cum im. phot. fig. 3, H. I. FLOWER – M. J. DILUZIO, *AJA* 123, 2019, 228 cum im. phot. fig. 15 [etiam cf. p. 234]); 100,3 × 49,8 × ?. Litt. actuariae 6,5–5,3. Puncta in formam virgulae acclivis insculpta. Exstat in vico *Bugnara* in ecclesia S. Mariae ad Nives dicata (vulgo *Madonna della Neve*) intrinsecus parieti adfixa ubi a. 1982 contuli et im. phot. sumpsi. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 115. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0001553–54).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4128; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 302 n. 16; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 52 n. 18 cum im. phot. fig. 5 (etiam cf. p. 31–32. 34); PANE, *Carta archeologica* 131 cum im. phot. – Cf. E. SAPPÀ DE SIMONE, *RASL* 4, 5/6, 1899, 299. 329; BESNIER, *De regione Paelignorum* 90; G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 217 n. 8; G. PAOLILLI, *Bugnara Salcito*, *Sulmona* (AQ) 1968, 21–22 cum im. phot.; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 121; MATTIOCCO, *Contributi* 13 cum im. phot. fig. 16; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 22; P. POCCEI, *Stud. Saggi Ling.* 22, 1982, 178–179; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 288. 291 cum im. phot. fig. 491; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 27 ad tit.; E. MATTIOCCO – F. VAN WONTERGHEM, in *Sulmona* 20. 22 cum im. phot. fig. 31; G. ROCCA, in *Tavola di Agnone* 654; J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturmo* II 12; E. CECCARONI, in DE NINO, *Lettere* 95; R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 56. 59; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 97 ad tit.; EUND., in *Dediche sacre* 264; C. MOLLE, in *Valle di Comino* V 113–114; A. BENCIVENGA, in *Fides amicorum* 53. 54; EUND., in *Antropologia e archeologia* 737. 738; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 53; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 359.

De sacerdotio Cereris et Veneris vide supra ad tit. n. 3087. Nomen Helvii saepius memoratum in regione Paelignorum (cf. VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 21–23) redit tit. *Sulmonensi* n. 3109.

Ex forma litterarum et anaglyphorum saec. I ex p. C. n. tribuerim.

3090 = I² 1775 (cf. p. 1037) = ILS 3351 = ILLRP 66. Tabula ex lapide calcario supra in formam fastigii triangularis desinens marginibus imminuta, in fronte levigata 56,3 × 49,8 × ?. Litt. leviter insculptae 6,1–5,55. Puncta in formam circuli redacta. Servatur in vico *Pettorano sul Gizio* ante introitum a dextra euntibus aedium gentis *Vitto Massei* extrinsecus parieti adfixa, ubi a. 1982 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0001555).

Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 302 n. 17; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 52 n. 19 (etiam cf. p. 31. 34). – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 90; G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 216 n. 3; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 121; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 33; MONACO, *Pettorano sul Gizio* 268; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 27–28 ad tit.; MATTIOCCO – DE PANFILIS, *Pettorano* 12 n. 6; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 97 ad tit.; EUND., in *Dediche sacre* 264; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; A. BENCIVENGA, in *Fides amicorum* 53; EUND., in *Antropologia e archeologia* 737; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 53; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 360; P. POCCEI, *Sc. Ant.* 22, 3, 2016, 236–237.



3 Veneris male MONACO.

De sacerdotio Cereris et Veneris vide supra ad tit. n. 3087. De nomine gentilicio Mam(m)ii etiam vide S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 472–473.

Ex litterarum forma saec. I post medium a. C. n. tribuo.

3091 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 252. Exemplum repetiverunt SIRIS 224 n. 473; MALAISE, *Inventaire* 55–56 n. 1; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 302 n. 18; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 52–53 n. 20 (etiam cf. p. 38–39); BRICAULT, *Recueil* 622 n. 508/0301. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; BESNIER, *De regione Paelignorum* 75. 90; SALAČ, *Isis* 69; G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 217; VIDMAN, *Isis und Serapis* 49; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 45–46; E. RICCI, *Superaequum* 145; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 29. 226; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 28 ad tit.; BRICAULT, *Atlas* 141; FORNI, *Tribù* S122–123; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 264; EUND., in *Tribù romane* 38; BRANCATO, *Repertorium* II 93; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 55; A. DI MEO, *Veleia* 30, 2013, 42 n. 19; R. TUTERI, in *Dai confini del mondo* 33; A. BACKE-DAHMEN, in *Cults of Isis* I 530; L. BRICAULT, *ibid.* 162 n. 37. 195; M. MALAISE – R. VEYMERS, *ibid.* 487.

3 [- - T]ertulle pro *Tertullae* restituerim, attamen in dubio maneo.

Satrii redeunt in titulo, qui sequitur (cf. etiam n. 3120–3121).

E locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiatia saec. II medii p. C. n. titulus fuisse videtur.

3092 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4127; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 302 n. 19. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; BESNIER, *De regione Paelignorum* 75; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 45–46. 51; E. RICCI, *Superaequum* 100; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 29. 301; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 28 ad tit.; FORNI, *Tribù* S124–125; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; BRANCATO, *Repertorium* II 95; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 55.

[mis]s[i]c[io cohort]is PAI[- -]

[- -]A[rsino]e'n

5 [- -]A[- -] sor[or]

p(osuerunt).

A. DE NINO, *NS* 1899, 240 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 412); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 67–68 n. 43 cum apographo ab A. DE NINO deprompto (*AE* 1989, 243);

ID., in *Fonti latine e greche* I 317 n. 116; REDAELLI, *Veterani* 59; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 515 n. E5. – Cf. R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 56. 59; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 58.

Supplevi ut potui, non sine dubiis. – [- -] OVIO [- -] PRISCO | [- -] OVIO [- -]O MIL[- -] | [- -]SC[- -]S PAI[- -] | [- -]R[- -] SINOIN [- -] | [- -]A SOR[- -] | [- -]P[- -] DE NINO. – REDAELLI litteras MIL[- -] | [- -]SC[- -]S PAI[- -] a DE NINO traditas legere quamquam dubitanter est conatus *mil[iti] | mi[s]c[io cohort]is p[rae]toriae*; immo illud SC[- -] ad officium *scaripharii* pertinere potest. Tota res incerta autem manet.

Ovii hic primum laudantur (de nomine nunc vide H. HORMANN, *Giorn. Ital. Filol.* 69, 2017, 209–210). Miles missicius alter regionis quartae redit tit. Teate reperto n. 6984. Milites missicios Italicos recensuit TODISCO, *Veterani* 255–259, ubi autem titulus noster nescio qua causa non est memoratus.

Esse potest saec. II p. C. n.

7143 tit. sepulcralis quattuorviri

Tabula ex lapide calcario in margine superiore dextro imminuta, in fronte expolita, a tergo paulum scabra 80,6 × 54,5 × 18,3. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 5,5–3,5. Rep. prope vicum *Scanno* in praedio, q. d. *Giardino* per declive montis *La Plaia* vulgo appellati. Ibidem servatam muro aedium gentis *Lanciano* extrinsecus insertam una cum amico GIORGIO MORELLI a. 1982 contuli; nunc exstat in vico *Scanno* in museo municipali.



L(ucius) Caidius T(iti) f(ilius)

Ser(gia) Speratus

vius sibi et Alfia[e]

Q(uinti) filiae) Secundae

5 uxori,

L(ucio) Caidio L(uci) filio) Ser(gia) Afro

IIIIViro aedili, f(ilio).

Im. phot. a M. B. sumpta.

GIACOMO NANNARONE apud G. PICCIRILLI, *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 460–461 ex quo A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8^o, 13, 1968, 435–436 (*AE* 1968, 149); G. FORNI, *Epigraphica* 41, 1979, 145–146 cum im. phot. fig. 1 (*AE* 1982, 232); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 68–69 n. 44 cum im. phot.; G. FORNI, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 532 cum im. phot. fig. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 317 n. 117; PANE, *Carta archeologica* 147–148 cum im. phot.; DIONISIO, *La*

Valle del Sagittario 514 n. E2. – Cf. ACCIVILE – GUALTIERI – NANNARONE, *Scanno* 27; E. MATTIOCCO – F. VAN WONTERGHEM, in *Sulmona* 18 cum im. phot. fig. 25; FORNI, *Tribù* C341–342; R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 55. 59; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; BRANCATO, *Repertorium* II 93; R. TUTERI et AL., *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 38; C. LEGA, *ibid.* 293; G. MORELLI – P. CARANFA, in CELIDONIO, *Memorie* 13.

Puncta triangularia.

1 L. *Gaidius* T. f. NANNARONE apud PICCIRILLI, LA REGINA; 1 ex. L(uci) [(il)io] FORNI. – 3 in. *vius* pro *vivus*. – 6 in. *Gaidio*, – 7 in. *Illiviro* NANNARONE apud PICCIRILLI, LA REGINA.

Prope eundem vicum *Scanno*, unde haec inscriptio prodiit, titulum n. 3088 memorantem Caium Caidium Lucii filium Praesentem, qui fuit decurio primus a Betifulo, erutum esse praetermittendum quoque non est. Nomen gentilicium Alfii tit. Sulmonensibus n. 3085. 3104 quoque reperies.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7144 tit. fortasse honorarius

Cippus ex lapide calcario undique fractus, in fronte et a tergo paululum levigatus (23,3) × (14,5) × 12,8. Litt. profunde insculptae 8,8–6,7. Rep. a. 1926 prope Sulmonem extra portam Romanam in praedio, q. d. *Acqua Santa* (cf. VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 235). Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 descripsi.



-----?
 [---]E [---]
 [---]VR [---]
 [---]QQ[---]
 -----?

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 69 n. 45 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 317 n. 118. – Cf. G. PICCIRILLI, *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 435 im. phot. tantum; R. TUTERI et AL., *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 38.

2–3 ex. gr. [quattuorvir vel IIIvir i]ur(e) [dic(undo)], | [quattuorvir vel IIIvir] q(uin)q(uennalis), quae supplementa satis idonea mihi videntur; si ita est, titulus antiquissimus Sulmone repertus ad formam municipii referendus.

E ratione palaeographica saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7145 = *EE* VIII p. 35 n. 140 tit. sepulcralis a curatore annonae positus

Ara ex lapide calcario in fronte expolita, ab utroque latere et a tergo scabra, cuius corona pulvini instar cum acroteriis pseudofloralibus in fronte ornata et crepido integrae conservatae sunt 158,5 × 66,7 × 43,6. Area titulo inscribendo destinata excavata simplici fascia una cum cymatio inverso cincta 76,7 × 43,5. Litt. affabre insculptae 6,5/2,5. Rep. a. 1887 prope vicum *Bugnara* in praedio *Fosso della Taverna* vulgo appellato in fundo domini *Francesco di Pietro* in fundamentis villae rusticae fodiendis. Servatur Sulmone in viridario musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



D(is) M(anibus).
 Petroniae
 Q(uinti) lib(ertae) Irene,
 Q(uintus) Petronius
 5 Q(uinti) l(i)b(ertus) Rufinus
 sevir Aug(ustalis),
 curator annonae
 frumentariae
 rei p(ublicae) Sulmonensium,
 10 coniugi sanctis-
 sime, cum qua vixit
 annis XXII sine
 ulla querella,
 et sibi.

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6779).

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1887, 43 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 257–258); inde ex ectypo chartaceo, in quo autem deerat v. 1, M. IHM, *EE* VIII p. 35 n. 140; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4125; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 310 n. 70; BONKOFFSKY, *Curatores* II, 31 n. I.104; TUTERI, *Dal silenzio* 46 n. 2 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Curae cittadine* 103 n. 7 cum im. phot. (etiam cf. p. 97–98. 118); DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 592 n. E236 cum im. phot. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 90; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 10. 47; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 116. 118; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 47. 290. 301; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 34 ad tit.; R. TUTERI, in *Sulmona* 31 cum im. phot. fig. 43; EAND., in *Immagini del tempo* 55. 59; BUONOCORE, *Suppl.*

It. 22, 2004, 98 ad tit.; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 229; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 103. 104; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 58.

Puncta triangularia et in formam falculae.

7 *annone* pro *annonae*. – 9 litt. singularis P supra versum eminens. – 10–11 *sanctissime* pro *sanctissimae*.

Seviros Augustales saepius in titulis Sulmonensibus memoratos recensui EGO, *ZPE* 108, 1995, 136–137 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 95); etiam vide R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 159; EUND., in *ANRW* II 16, 2, 1978, 1254 et passim. Curator *annonae frumentariae rei publicae Sulmonensium* hic primum occurrit; cf. autem locutionem *annonam frumentariam* tit. n. 7153 fortasse laudatam. T. Petronius Alledianus quidam memoratur infra tit. n. 7189.

E locutione *D(is) M(anibus)* compendiata et ex litterarum forma saec. II medii p. C. n. esse videtur.

7146 tit. sepulcralis scribae municipalis

Epistylum, ut videtur, ad sepulcrum quoddam pertinens ex lapide calcario a dextra imminutum 105 × (161) × 32. Rep. a. 1900 Sulmone iuxta circuitum ad occasum vergentem prope portam q. d. Iohannis Bonorum Hominum, scil. *de li boni homini* vulgo Italice appellatam (de qua vide MATTIOCCO – PETTINELLI, *Sulmona nei secoli* 9. 22; cf. etiam VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 236). Frustra quaesivi. Perisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 1982 e DE NINO.

*L(ucius) Octavius Iustus scrib(a) r(ei) p(ublicae), Octavia Felic+[- -],
Octaviū Herculanus et Iustinus fili - -].*

A. DE NINO, *NS* 1900, 151–152 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 436) (*AE* 1900, 184); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 69–70 n. 46; ID., in *Fonti latine e greche* I 317 n. 119. – Cf. CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 158; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; EUND., *Sannium* 80, 2007, 106; BRANCATO, *Repertorium* II 94; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 58.

1 ex. + hasta recta fuit litt. I vel L, unde suppleverim, ex gr., *Felici[tas]* vel *Felic[a]*. – 2 ex. FI[- -] DE NINO.

Scriba rei publicae Sulmonensium alter, nempe P. Octavius Eu[n]ianus, tit. n. 3101 memoratur (de scribis municipalibus etiam vide M. MELLO, in *Pignora amicitiae* II 101–112). De nomine Octavii fusius disseruit VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 52–54. Cognomen Herculan(e)i tit. n. 3107 quoque reperies (de cognomine vide H. SOLIN, *Arctos* 46, 2012, 203).

Esse potest saec. I medii p. C. n.

7147 tit. sepulcralis sacerdotis Cereris

Stela lapidis calcarii supra cuspidata ex duabus partibus inter se coniunctis in fronte supra levigata, infra scabra, a tergo levigata 94 × 38 × 21. Litt. 4–3,6. Rep. a. 2007 muro interiori affixa domus cuiusdam sitae in regione appellata *Valle Larga* haud longe a vico *Pettorano sul Gizio*, ubi a. 2012 descripsi.

*Vibea Metia T(iti scil. filia)
anacetha ceria.*

Fig. α: Im. a POCSETTI del.

Fig. β: Im. phot. a PASQUALE ORSINI a. 2007 sumpta.

BUONOCORE, in *Officina epigraphica* 211–216 cum im. phot. fig. 4 (*AE* 2012, 416); A. BENCIVENGA, *Incontri culturali* 18, 2012, 15–19 cum im. phot.; BUONOCORE – P. POCSETTI, *Epigraphica* 75, 2013, 59–106 cum im. phot. fig. 1–2 et im. del. fig. 3–4 (cf. *AE* 2013, 392); DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 594 n. E244 cum im. phot. – Cf. A. BENCIVENGA, in *Fides amicorum* 54 adn. 13; O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 160–161; I.-X. ADIEGO, in *Forme e strutture* 17 cum im. phot. fig. 1.

Puncta triangularia.

1 *Vibea* pro *Vibia* (de prenomine praeter KAJAVA, *Praenomina* 84–85 vide POCSETTI, *l. l.* 68–73; etiam cf. infra ad tit. Corfiniensem n. 7236); *Metia* i. e. *Mettia* (etiam cf. tit. sequentem et n. 7200).




Fig. α



Fig. β

Locutio *anacetha ceria* vario modo insculpta in tit. regionis Paelignae semper in sepulcris inventis fusius laudatur. Vide:

Sulmo:

- 1) *Tettia* | *Sa. anac(- - -) Cerr(ia)* [I² 1773 = RIX, *Sabellische Texte* Pg16 = *Imagines Italicae* I 312–313, Paeligni / SVLMO 8 = DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 572 n. E175 cum im. phot. = MORANDI, *Epigrafia italica* II 286 n. 312. Stela supra cuspidata rep. Sulmone extra portam q. d. *Napoli*].
- 2) *anaceta Cerria* [I² 3212 = ILLRP 44a = RIX, *Sabellische Texte* Pg18 = *Imagines Italicae* I 315, Paeligni / SVLMO 10 = DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 593 n. E242 cum im. phot. = MORANDI, *Epigrafia italica* II 286 n. 313. Cippus rep. *Introdacqua*].

- 3) *anacta Ceria* [I² 3213 = RIX, *Sabellische Texte* Pg19 = *Imagines Italicae* I 314, Paeligni / SVLMO 9 = DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 578 n. E191 cum im. phot. = MORANDI, *Epigrafia italica* II 287 n. 314. Cippus rep. Sulmone ad ecclesiam nuncupatam *Crocifisso*].
- 4) *Brata Ania* | *ancta C(e)riei* [I² 3213a = RIX, *Sabellische Texte* Pg15 = *Imagines Italicae* I 305–306, Paeligni / SVLMO 4 = DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 592–593 n. E241 cum im. phot. = MORANDI, *Epigrafia italica* II 286 n. 311. Stela supra cuspidata rep. Sulmone “*presso gli incroci con la Statale Sannitica delle strade per Introdacqua e per la località Cantone*”].
- 5) *Brata Polf. Sa.* | *anacta Ceri(a)* [I² 3214 = RIX, *Sabellische Texte* Pg13 = *Imagines Italicae* I 310–311, Paeligni / SVLMO 7 = DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 569 n. E168 cum im. phot. = MORANDI, *Epigrafia italica* II 286 n. 310. Cippus rep. Sulmone in regione appellata *Bellotta*].
- 6) *Saluta Musesa Pa.* | *anaceta Ceria* | *et aisis sato* [I² 3215 = RIX, *Sabellische Texte* Pg12 = *Imagines Italicae* I 308–309, Paeligni / SVLMO 6 = DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 593–594 n. E243 cum im. phot. = MORANDI, *Epigrafia italica* II 279–280 n. 296 cum im. phot. tab. LXV fig. 1. Cippus rep. *Pettorano sul Gizio*, iuxta callem ultra regionem dictam *Prete Regie*].
- 7) *ance[ta] Ceri[a]* [POCETTI, *Nuovi documenti* 211 = RIX, *Sabellische Texte* Pg20 = *Imagines Italicae* I 316, Paeligni / SVLMO 11 = DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 571–572 n. E174 cum im. phot. Cippus rep. Sulmone in regione vocata *Casino Maione*].
- 8) *Saluta Caiedia C. f.* | *anceta Ceri(a)* [P. POCETTI, *Stud. Saggi Ling.* 22, 1982, 171–182 = RIX, *Sabellische Texte* Pg17 = *Imagines Italicae* I 307, Paeligni / SVLMO 5 = DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 579–580 n. E196 cum im. phot. = MORANDI, *Epigrafia italica* II 280 n. 297 cum im. phot. tab. LXV fig. 2. Plinthus rep. Sulmone in regione nuncupata *Fonte d'Amore*].

Corfinium:


- 9) *Saluta Scaifia V.* | *anceta Cerri(a)* [I² 3226 = RIX, *Sabellische Texte* Pg14 = *Imagines Italicae* I 269, Paeligni / CORFINIVM 7. Plinthus rep. Corfinii iuxta viam, qua itur ad vicum *Pratola Peligna* haud longe a campo aetatis Romanae].

Magni momenti est forma *anacetha* aliunde ignota (de nota aspirationis fusius disseruit POCETTI, *l. l.* 75–84; etiam vide ADIEGO, *l. l.* 17–26). Quamquam nonnulli viri docti arbitrantur *Anacetam* vel *Anactam Cerriam* vel *Ceriam* esse *Angitiam Cerealem*, dubium non est, quominus locutio sit explicanda tamquam sacerdos *Cereri*. De re universa vide POCETTI, *l. l.* 84–100 cum amplissimo commentario et tota bibliographia collecta (etiam cf. A. BENCIVENGA, in *Antropologia e archeologia* 737–744, A. DIONISIO, *Arch. Class.* 64, 2013, 223–232; EAND., *La Valle del Sagittario* 175–180).

Ex forma litterarum et grammatica saec. I medii a. C. n. esse videtur.

7148 = I² 3216 tit. sepulcralis sacerdotis *Cereri*

Cippus ex lapide calcario marginibus effractus undique levigatus infra scaber 119,2 × 56,9 × 23/22. Litt. 5,1/4,5. Rep. nescio quando in agro Sulmonensi haud longe a vico *Bugnara* prope ecclesiam Sanctae Mariae Gratiarum dicatam in praedio, q. d. *Ara Buona*. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



A(ula) Tetia Sex(ti) f(ilia)
sacerdos Cerer-
is.

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE SIMONE, *Ann. Ist. Orient. Napoli Ling.* 4, 1962, 68 adn. 4; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 35 adn. 162; ID., *Forma Italiae* 284 cum im. phot. fig. 409 (AE 1984, 326); A. LA REGINA, *I²* 3216 cum im. phot. tab. 77 fig. 4; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 70 n. 47 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 317 n. 120; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 460 (= ID., *Roman Questions* II 373); G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 53 n. 22 cum im. phot. fig. 3; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 568–569 n. E166 cum im. phot. – Cf. G. ROCCA, in *Tavola di Agnone* 654; TUTERI, *Dal silenzio* 29 n. 3 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; EUND., in *Dediche sacre* 264; R. TUTERI, in *Filo di Arianna* 47 cum im. phot.; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; A. BENCIVENGA, in *Fides amicorum* 53. 55; EUND., in *Antropologia e archeologia* 737. 738; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 214; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 358.

Puncta triangularia.


Notandum nomen gentilicium geminatione carens (etiam vide tit. praecedentem); de sacerdotio Cereris saepius una cum Veneris memorato supra ad tit. n. 3087. De praenomine Aulae vide SALOMIES, *Vornamen* 24–25 et KAJAVA, *Praenomina* 35, ubi titulus quoque memoratur.

Ex forma litterarum et grammatica priori parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7149 tit. sepulchralis sacerdotis Cereris

Cippus ex lapide calcario bene servatus in fronte levigatus, a tergo scaber lateribus scalpro dentato paululum dolatus 96,1 × 57 × 20,8. Litt. profunde et affabre insculptae 10,2–8. Rep. a. 1937 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (etiam vide tit. n. 7168. 7174. 7177. 7179. 7180. 7191. 7192. 7194; de re universa A. BENCIVENGA, in R. GIANNANTONIO (Ed.), *La*

chiesa del Santissimo Crocifisso a Sulmona, Raiano (AQ) 2005, 70–71). Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Vària C(ai) f(ilia)
sacerdos
Cereris.

Im. phot. a M. B. sumpta.

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 40, 1956, 26 n. 2 (cf. AE 1961, p. 27); G. PICCIRILLI, *Abruzzo* 12, 1959, 4 adn. 2; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 70–71 n. 48 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 317 n. 121; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 53 n. 23 (etiam cf. p. 24, 31–32) cum im. phot. fig. 2; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 576 n. E186 cum im. phot. – Cf. G. COLONNA, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 14, 1959, 219 adn. 5; P. POCETTI, *Stud. Saggi Ling.* 22, 1982, 178; E. MATTIOCCO – F. VAN WONTERGHEM, in *Sulmona* 14 cum im. phot. fig. 16; G. ROCCA, in *Tavola di Agnone* 654; TUTERI, *Dal silenzio* 28–29 n. 2 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; EUND., in *Dediche sacre* 264; R. TUTERI, in *Filo di Arianna* 47 cum im. phot.; A. BENCIVENGA, in *Fides amicorum* 53; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 225.

Puncta triangularia. Vocalis hic primum in titulis regionis Paelignae apice notata (de re universa vide R. P. OLIVER, *AJPh* 87, 1966, 129–170).

Nomen gentilicium Varii hic primum occurrit; cf. etiam titulum Osce POCETTI, *Nuovi documenti* 204 = RIX, *Sabellische Texte* MV6 = *Imagines Italicae* I 235, Marrucini / TEATE MARRVICINORM 4. De sacerdotio Cereris supra ad tit. n. 3087.

Temporis spatium inter aetatem rei publicae ex. et imperatoriam in. comprehenso titulus tribuendus mihi videtur.

7150 tit. sepulchralis a cultoribus Iovis Ocriticani positus

Cippus ex lapide calcario in fronte levigatus, a tergo paululum scaber 130 × 60 × 45. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 95 × 40. Litt. 3 (litt. I altera v. 3 minoris mensurae 0,5; litt. P v. 6 maioris

mensurae 6). Rep. m. Mai. a. 2000 in effossionibus institutis ad detegendum sepulcretum in meridiem spectans situm in praedio *Polmare* appellato haud longe a vico *Cansano* sub colle *Mitra* (de sito, praeter AUCTORES infra laudatos, vide R. TUTERI (Ed.), *Dov'era Venere. Mostra archeologica. Cansano, Palazzo Municipale, 9 agosto 1998 – 10 gennaio 1999*, Corfinio (L'Aquila) 1998; EAND., in *Luoghi e tradizioni d'Italia*, Roma 1999, 425–429). Servatur Sulmone in museo municipali, ubi a. 2013 contuli.



Sex(to) Paccio
Argynno
cultores Iovis
Ocriticani
5 p(osuerunt).

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

R. TUTERI, in M. MASSARO – R. TUTERI – N. DI PAOLO, *Ocriticum – Cansano*, Sulmona (AQ) 2003, 21–23 cum im. phot. fig. 1–2; BUONOCORE, in *Epigrafia di confine* 282–286 n. 1 cum im. phot. fig. 1–2; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 101–102 n. 101 cum im. phot. (AE 2004, 475); R. TUTERI, in *Ocriticum. Frammenti di terra e cielo*, Sulmona (AQ) 2005, 22–24; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 119–120. 595 n. E247 cum im. phot. et del. – Cf. TUTERI, *Dal silenzio* 6 n. 2 cum im. phot.; ZENODOCCHIO, *Viabilità* 114; E. MATTIOCCO, in *Segni sulla pietra* 87–88 adn. 35; G. L. GREGORI, in *Terminavit sepulcrum* 113; O. SALOMIES, *Arctos* 39, 2005, 254; E. MATTIOCCO, *BDASP* 95, 2005 (2006), 27; R. TUTERI, in *Samnitice loqui* II 184–185; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 264; S. LAPENNA et AL., *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 245; E. MATTIOCCO, *ibid.* 445; A. BENCIVENGA, in *Los lugares de la Historia* 939. 944; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 60–61; DI FAZIO, *Feronia* 77; M. J. STRAZZULLA, in *Vestini* 204.

Puncta in formam circuli leviter signata.

4 *Ocriticani* recte SALOMIES.

Sexti Paccii alii non redeunt in titulis Sulmone repertis (de nomine vide BUONOCORE, in *Epigrafia di confine*, l. I. 284–285). Nova est forma *Ocriticani*, i. e. positum nomen loci **Ocriticum* aliunde autem ignoti, quod derivatum est ab *ocre*

= *monte* voce Umbrica; cf. locum illum, scil. *Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum vocabant* (FEST. p. 181; inter al. vide DARLING BUCK, *Grammar* 61; G. B. PELLEGRINI, in *PCIA* VI, Roma 1978, 85. 111; ALESSIO – DI GIOVANNI, *Preistoria e protostoria* 58–59; F. RONCALLI, in *Italia omnium terrarum alumna* 398; S. PANCIERA, *Med. Antico* 16, 2013, 619), quam vocem etiam in linguam Latinam transtulerunt poetae aliquot vetustiores (de vocabulo **ocri-* etiam vide *ThLL* IX 2, col. 417, nec non UNTERMANN, *Wörterbuch* 791–793 et P. POCSETTI, in *Campi aperti* 374–375; etiam vide infra ad tit. Reatinum n. 8633); non excludo, quominus sub voce *Ocriticani* subsit appellatio dei Iovis, sub exempli Iovis Trebulani tit. n. 2823 potius quam coniungenda sit cum cultoribus (titulos Iovi dicatos in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 223–224 [= ID., *Abruzzo e Molise* I 151–152]). De re universa fusius cum ampliore bibliographia disserui, inde idem iterare nolo. De cognomine Argynni etiam vide A. SIMONELLI, in *Analecta Brixiana* I 197.

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. tribuerim.

7151 tit. sepulchralis fortasse mercatoris boarii

Cippus ex lapide calcario undique fractus in fronte levigatus a tergo scaber (75,2) × (26,8) × 18,4; infra vestigia ad cultrum quendam pertinere videntur (cf. LINDERSKI, l. infra l.). Litt. 8,5/3,5. Rep. Sulmone loco et anno incertis. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 descripsi.



-----?
[- -]erio
[? Ur]so
[- - b]qario;
[- -]avia
5 [- -]itilla
p(osuit).

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 71–72 n. 49 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 317 n. 122. – Cf. G. PICCIRILLI, *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 435 im. phot. tantum; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 460 (= EUND., *Roman Questions* II 373).

3 [glad]iario EGO in editionibus prioribus; de officio cultrarii est opinatus LINDERSKI.

Supplementa autem de nominum ratione incerta manent (vide quae scripsi in *Suppl. It.* 72). Mercatores boarii (cf. *ThLL* II 9, col. 2056) hic primum occurrunt (culter insculptus ad hoc officium pertinere videtur).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7152 = *EE* VIII p. 34 n. 139 tit. significationis

Cippus ex lapide calcario undique effractus in fronte ex parte expolitus, a tergo scaber (68,7) × (40,3) × 24. Litt. 6,5–4,5. Rep. a. 1887 extra Sulmonem ad ecclesiam Sancto Angelo in *Vetulis* vel Michaeli Archangelo dicatam in praedio, q. d. *Casa Pente*, in sepulcro quodam aetatis Romanae labentis posterius adhibitus. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.

Callitan[i]

callibus

iti, ni


iniuriam

5 acipiatis.

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1887, 159 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 259–260), inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 34 n. 139; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4321; A. LA REGINA, in *Culture adriatiche antiche* 568 cum im. phot. fig. 416; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 310 n. 69; CHIOFFI, *Caro* 70 n. 85; R. TUTERI, in *Filo di Arianna* 48 cum im. phot.; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 571 n. E173 cum im. phot.; M. CORBIER, *MEFRA* 128, 2016 (2017), 270 adn. 3 cum im. phot. fig. 3 et versione Gallica. – Cf. CONWAY, *Italic Dialects* 250; BESNIER, *De regione Paelignorum* 123; V. CIANFARANI, *Abruzzo* 1, 1963, 71; M. PASQUINUCCI, in *Strutture agrarie* 178; MATTIOCCO – PETTINELLI, *Sulmona nei secoli* 14; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 50; A. DI IORIO, *Molise economico* 11, 1984, 44 cum im. phot.; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 271; M. CORBIER, *JRS* 73, 1983, 149; A. RUSSI, *MEFRA* 98, 1986, 869; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 34 ad tit.; RUSSI, in *Transumanza* 69–70; M. CORBIER, in *Romanisation du Samnium* 164 cum im. phot. fig. 2; G. DE BENEDITTIS, in *Cultura della transumanza* 65; E. MATTIOCCO – F. VAN WONTERGHEM, in *Sulmona* 18 cum im. phot. fig. 26; E. MATTIOCCO, in *Museo Civico di Sulmona* 38 cum im. phot.; TUTERI, *Dal silenzio* 7 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 98 ad tit.; IASIELLO, *Samnium* 251. 283; P. CAMERIERI, in *Falacrinae* 42 (ubi errore *CIL*

IX 139); A. LA REGINA, in *Belgica et Italica* 103 cum im. phot. fig. 4.



Punctum triangulare v. 3.

3 iti ni pro ite ne recte iam FIORELLI. – 5 acipiatis[s] OMNES, sed vestigia litterae S adhuc inspiciuntur; accipiatis pro accipiat; accipiatis CORBIER, in *Romanisation du Samnium*.

Cippus ad controversias inter callitanos (de quibus cf. RUSSI, *l. l.*) et gentes eiusdem regionis ortas referendus, qui ex callibus publicis excedere non poterant, ne iniuriam acciperent; de re universa vide, inter al. U. LAFFI, *Stud. Class. Orient.* 14, 1965, 186–200 (= EUND., *Studi* 185–205); E. LO CASCIO, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 557–569 et M. CORBIER, in *La question agraire à Rome* 37–57, ubi alia bibliographia invenitur.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse videtur.


7153 tit. sepulchralis ad testamentum pertinens

Cippus ex lapide calcario supra sinistra infra fractus a sinistra in usum posteriorem resectus a dextra imminutus, in fronte et a tergo levigatus (36,8) × (25,6) × 18,4. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 2,5–1,6. Rep. a. 1899 prope Sulmonem extra portam Iohannis Passerum vulgo *Iapasseri* nuncupatam in praedio, q. d. *Cornacchiola*, ante ecclesiam Matri Potentiae dicatam (cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 122 et VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 261). Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 et 1984 contuli.

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO, *NS* 1899, 148 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 409–410); G. PANSÀ – G. PICCIRILLI, *RASA* 3, 7, 1899, 98; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 10, 1986, 353–359 cum im. phot. tab. I (*AE* 1986, 219); ID., *Suppl. It.* 4, 1988, 72–73 n. 50 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche*

I 318 n. 123; F. MITTHOF, in *Studia Géza Alföldy* 181 n. 11. – Cf. M. AMELOTTI, in *Epigrafia Juridica* 100; A. FUJISAWA, *Acme* 49, 3, 1996, 197; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 460 (= EUND., *Roman Questions* II 373); TUTERI, *Dal silenzio* 46 n. 1 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; S. SEGENTI, in *Quotidien municipal* 227.



- [Kaput (vel kapita ?) ex testamento - - -]++Q[-]I.
 [Civibus meis denarios ? - - - praest]ari volo
 [ex quorum reditu (vel usuris) die natali (vel quotannis ?) cir]censes mando
 [filiis filiabusque, heredibus mei]s, libertis liber-
 5 [tabusque quos antea manumisi et q]uos sive hoc te-
 [stamento sive codicillis manum]isi manumiser'o.
 [- c. 25 - in homines a]egros muliere[s(que)]
 [ab heredibus meis praestari volo, eande]m pecuniam in
 [- c. 10 -, eandem pecuniam in annonam f]rumentariam.
 10 [Hoc amplius ab heredibus meis prae]stari volo plebi
 [- c. 30 -, numer]us, et si in anno
 [- c. 15 - ? fu]erit, eo anno
 [- c. 40 -]INI aut [ian]t]
-

Puncta triangularia haud semper signata.

Supplementa v. 5-6 recepi ex DE NINO; cetera omnia EGO suspicatus. - 1 omiserunt, - 2 [- - -]ari volo, - 3 [- - -]enses DE NINO, PANSA - PICCIRILLI. - 4 [- - -]s libertis liber DE NINO; [- - -]s omiserunt PANSA - PICCIRILLI. - 6 [- - -]isima numi sero PANSA - PICCIRILLI. - 7 [- - -]egros mulier, - 8 [- - -]m pecuniam in, - 9 [- - -]rumentariam, - 10 [- - -]prae]stari volo plebi DE NINO, PANSA - PICCIRILLI. - 11 [- - -]us et si inanno DE

NINO; [- - -]sinanno PANSA - PICCIRILLI. - 12 [- - -]erit eo anno DE NINO; [- - -]eriteo PANSA - PICCIRILLI. - 13 [- - -]iniaut]ian[t] DE NINO; [- - -]nia ut pia PANSA - PICCIRILLI.

Agitur de testamento quodam per aes et libram nuncupato, cuius tria capita, ut videtur, adhuc servata pertinent ad ludos circenses (de circo Sulmonensi vide infra ad tit. n. 7181) edendos, quos filii et heredes instituere deberent (v. 2-6; cf. tit.

huius Corporis vol. VIII 9052; IX 5854 = *ILS* 5064 = BUONOCORE, *Epigrafia anfiteatrale* III 29–30 n. 6), ad institutiones alimentarias (cave, quod tit. Sulmone repertus n. 7145 memorat curatorem annonae frumentariae rei publicae Sulmonensium saec. II p. C. n.) pro hominibus mulieribusque aegris creandas (v. 7–9; cf. tit. huius Corporis vol. X 5056 = *ILS* 977 = *FIRA*² 55c) et ad distributiones nonnullas dandas (v. 10–13; cf. tit. huius Corporis vol. II 1174 = *FIRA*² 55a; VIII 1641 = *ILS* 6818

= *FIRA*² 55b), quae curanda legavit testator incognitus cuius nominis ratio, mea sententia, casu genetivo in verso primo continebatur (cf. tit. huius Corporis vol. III 6998 = 13652 = *ILS* 7196 = *FIRA*² 53). De testamentis Romanis vide praesertim AMELOTI, *Il testamento romano*; GIUFFRÈ, *Documenti testamentari*; CHAMPLIN, *Final Judgments*; MAGIONCALDA, *Documentazione epigrafica*.

Ex litterarum forma priori parti saec. II p. C. n. tribuerim.

7154 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata a tergo scabra (21,8) × (26,2) × 5,8. Litt. 5–3,8. Servabatur Sulmone “*nel moderno recinto a salire al Campanile*” (DESTEPHANIS). A. 1885 in lucem denuo rediit apud ecclesiam cathedralem S. Pamphili “*nel rimuovere alcuni materiali di fabbrica*” (DE NINO). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.

ACCA·L·
CORINTHIS

Fig. α



Fig. β

Acca L(uci) [-]
Corinthis.

Fig. α: Im. a DESTEPHANIS del.

Fig. β: Im. phot. a M. B. sumpta.

DESTEPHANIS, *ms.* f. 14v cum im. del.; A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 321 cum apographo (= *Mem. Accad. Lincei*, s. 4° 1, 1885, 497) (= ID., *Scoperte archeologiche* 147); VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 13 adn. 27; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 73–74 n. 51 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 318 n. 124. – Cf. MATTIOCCO – ORSINI, *Iscrizioni* 26 cum im. del. ex manuscripto DESTEPHANIS deprompta fig. 7.

Punctum triangulare (v. 1).

1 [- -]CA DE NINO. – 2 [- -]rinthi[- -] DE NINO et VAN WONTERGHEM. – [A]cca L(uci) [- | Corinthi[a] EGO in ed. priore.

Nomen Accai saepius in titulis Sulmonensibus redit.

Ex litterarum nec non ex puncti forma alterius partis saec. I a. C. n. esse potest.

7155 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario undique fractus in fronte fissuris deturpatus (125) × (40) × 40. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 3,5–3,2. Rep. prope vicum *Casale di Cocullo* (de quo cf. VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 294–298) circ. ad a. 1970 in praedio, q. d. *Fosso S. Maria*. Servatur in aedibus privatis. Accessui clausum descripsi quatenus potui a. 1983 ex MATTIOCCO.



-----?

[- -]A[- -]

[- A]cca[s - -]

[-] Acca[s - -]

[-] Octavi[us - -]

5 [de] sua p(ecunia).

Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

MATTIOCCO, *Contributi* 9–10 n. 1 cum im. phot. fig. 6; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 74 n. 52 cum im. phot. a MATTIOCCO sumpta; ID., in *Fonti latine e greche* I 318 n. 125; PANE, *Carta archeologica* 129 cum im. phot.; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 515 n. E4. – Cf. R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 57. 59.

2–4 supplementa, quae proposui, satis idonea mihi videntur. – 5 MA P MATTIOCCO.

Accavi alii tit. n. 7156. 7194.

Saec. I p. C. n.

7156 = I² 3217 tit. sepulcralis

Cippus fastigiatus ex lapide calcario in fronte expolitus, a tergo scaber, lateribus caelo dentato dolatus 73,8 × 41,1 × 14,9, in tympano rosa vix inchoata potius quam protome defuncti ornatus. Litt. 5,8–3 (v. 3 litt. O minoris mensurae 0,6). Rep. a. 1938 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Fonte d'Amore* prope praedium, q. d. *La Chiusetta* (de quo cf. VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 254 etiam vide infra tit. n. 7160. 7175. 7186. 7187. 7195. 7210). Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



L(ucio) Accavo L(uci) l(iberto)
Protogene,
Dynamis feili' q'
poseit.

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6778).

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 26 n. 1; A. LA REGINA, I² 3217 cum im. phot. tab. 78 fig. 1; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 74–75 n. 53 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 318 n. 126; CHR. BRUUN, in *Handbook* 607; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 581 n. E200 cum im. phot. – Cf. E. DUPRAZ, in *Onomastica* 331; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; R. TUTERI, in *Dai confini del mondo* 32 cum im. phot.

Puncta triangularia sursum directa etiam in fine versuum 1 et 4 signata.

3 feili(a) ANNIBALDI et A. DEGRASSI in I²; feilio pro filio. – 4 poseit pro posit/posuit.

Accavi saepius redeunt in titulis Sulmonensibus: vide tit., qui praecedit (de nomine etiam vide DUPRAZ, *Vestins* 442). Forma *Protogene* est dativus Graecus.

Alterius partis saec. I a. C. n. mihi esse videtur.

7157 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in usum posteriorem undique recte scissa (92) × (45) × 13. Litt. 8–2,5. Rep. anno et loco incertis. Servatur pro gradu scalarum aedium quarundam sitarum *Pratola Peligna* iuxta semitam *Salita della Corte* sub n. 64 vulgo quoque appellatam *Arco di Santoro*. Descripsi ut potui ex im. phot., quas EZIO MATTIOCCO m. Apr. a. 2016 e m. Apr. a. 2019 mihi comiter misit.



C(ai-) Accius
C(ai) l(ibertus) Cupitus
et
[Ph]aenusae,
s Draconi,
Dracontidi,
Fortunato
p(osuit).

Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

E. MATTIOCCO, *Incontri culturali* 4, 1995, 20 cum im. phot. fig. 8; inde BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 102 n. 102 (AE 2004, 476) et R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 56. 65 cum im. phot. fig. 13.

2 punctum in formam virgulae acclivis insculptum.

+ Acc[- -] | - - - - - OMNES, qui pars sinistram tantum inspexerunt, ex eo, quod pars dextra usque ad a. 2019 sub calce latebat.

Accios alios in tota regione Paeligna Corfinii tantum fusius invenies, scil. tit. n. 3167. 3187 (quinquies). 3198. 3284. 7328 (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 188).

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

7158 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario undique fractus, in fronte expolitus, in usum posteriorem resectus (16) × (55,3) × (26,5). Litt. 6,5. Rep. nescio quando prope Sulmonem loco incerto. Exstat muro insertus in arcu casulae dirutae sitae in agro Sulmonensi in praedio, q. d. *Le Casette*, ubi a. 1982 una cum EVANDRO RICCI contuli.



Anteros l(ibertus)
p(osuit vel -osuerunt).

Im. phot. a RICCI sumpta.

E. RICCI, *Ubicazione* 23 cum im. phot. fig. 1; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 75 n. 54 cum im. phot. (AE 1989, 244); ID., in *Fonti latine e greche* I 318 n. 127. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.

Puncta triangularia sursum directa etiam in fine versus insculpta.

Ex litterarum forma (vide praesertim litteram R) saec. I ex a. C. n. tribuerim.

7159 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta, in fronte levigata $42 \times (38) \times ?$. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra a dextra et infra servantur, $25 \times ?$. Litt. exiles 6–4. Rep. loco incerto nescio quando. Servatur Sulmone muro cuidam interiori affixa aedium, q. d. *Palazzo Sanità*, sitarum iuxta viam *Solimo* nuncupatam, ubi a. 2002 descripsi.



[C(aius) A]ullius C(ai) l(ibertus)
[F]austus,
[- - -]ucia
[S]alvi«a».

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 102–103 n. 103 cum im. phot. (AE 2004, 477).

Puncta in formam circuli insculpta.

2 [F]austus malo restituere potius quam ex. gr. [Apo-]l]austus. – 3 incertum quomodo recte sit restituendum nomen finiens in *-ucia* (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 226–227); Superaequi vide tit. n. 7384, ubi laudatur T. Lucius quidam. – 4 ultima litt. fuisse videtur V, inde non excludo, quominus lapicida, ut videtur, *Salvius* exarare inciperet.

Caios Aullios alios in tit. Sulmone repertis quoque invenies, scil. tit. n. 6320.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit.

7160 tit. sepulcralis

Frons sarcophagi levigata ex lapide calcario undique fracta $(52,2) \times (113,6) \times 14,8$. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia circumclusa, cuius pars supra et a sinistra tantum servatur; extra aream marginatam, a sinistra, vestigia speculi cuiusdam adhuc inspicere possunt. Litt. 8,1–6,8. Rep. a. 1938 in agro Sulmonensi prope vicum *Fonte d'Amore* (de quo cf. VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 254; etiam cf. supra tit. n. 7156) haud longe ab aedibus gentis *Pittoni*. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



-----?

Incomparabili pu[dicitiae, omni]
pietate repletae, consuet[ae vivere vel manere]
circa se solam, erga adfe[ctionem eius]
maritalem, rarissimi e[xempli femi]-
5 nae, fidei, astutae, om[n]is [- - -]
iucunditatis, karissima[e - - -], vixit
cum marito suo sine querell[a annis - - -].
Aurelius Crescentio con[iugi fecit].

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6777).

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 27 n. 8 cum im. phot. fig. 25; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 76 n. 55 cum im. phot. (AE 1989, 245); ID., in *Fonti latine e greche* I 318–319 n. 128. – Cf. J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 460–461 (= EUND., *Roman Questions* II 373–374); TUTERI, *Dal silenzio* 23 n. 3 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; EUND., in *Fides amicorum* 102. 103. 104. 106; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 58; R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 42–43.

Supplevi praeter v. 3 coniectura LINDERSKI. – *incomparabili pu[dicae ? feminae vel uxori]*, – 2 ex. *consue[- - -]*, – 3 ex. *erga ad[- - -]* ANNIBALDI; *adfe[ctum torum]* EGO, *adfe[ctionem eius]* vel *adfe[ctionem eximiam]* LINDERSKI. – 4 ex. *rarissimi[- - -]* ANNIBALDI. – 5 ex. *om[n]is* ANNIBALDI et EGO. – 6 ex. *rarissima[- - -]*, – 7 ex. *querell[is - - -]*, – 8 ex. *co[- - -]* ANNIBALDI. – 1 *incomparabili* pro *incomparabili*. – 6 *karissimae* pro *carissimae*.

Puncta triangularia in formam circulorum redacta haud semper signata.

Nomen uxoris supra frontem sarcophagi scriptum esse videtur. Redit locutio *rarissimi exempli feminae* tit. Marruvino n. 7697.

E locutionibus (etiam cf. BUONOCORE, *Riv. Arch. Crist.* 70, 1994, 196) nec non ex litterarum forma temporis spatio inter saec. III ex. et IV in. p. C. n. comprehenso sarcophagum tribuerim.

7161 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra rotundata (vestigia acroteriorum adhuc exstant), a tergo scabra, in tympano rosa vel corona vittata ornata (potius quam patera umbilicata) $121,5 \times 39,5 \times 18$. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata fasciis duabus cymatium inversum imitantibus cincta $79,5 \times 30$. Litt. actariae inter lineas ad delineandum ductas $8/3,5$. Rep. a. 1973 in sepulcro aevi medii posterius adhibita in praedio *Ponte Barone* appellato inter vicos *Torre dei Nolfi* et *Campo di Fano* sito. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 10169), ubi a. 1980 et 1982 contuli.



D(is) M(anibus) s(acrum).
Aur(elio) Victo-
rino qui vixit
annis XXVI
 5 *men(sibus) II dieb(us) XI;*
Âur(elius) Corintus
et Âurelia Aquili-
na filio dulcis-
simo bene
 10 *merenti*
p(arentes) p(osuerunt).

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 736.VW.83 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 13574).

MATTIOCCO, *Contributi* 10–11 n. 3 cum im. phot. fig. 8; A. MARINUCCI, *Epigraphica* 38, 1976, 152 n. 8 cum im. phot. fig. 8 (*AE* 1976, 192); VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 290 (*AE* 1984, 330); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 76–77 n. 56 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 319 n. 129; PANE, *Carta archeologica* 134–135 cum im. phot. – Cf. H. SOLIN, *Arctos* 11, 1977, 120 (= EUND., *Analecta Epigraphica* 86) (cf. *AE* 1978, 281); L. VIDMAN, *LF* 101, 1978, 71; R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 57. 59 cum im. phot.; BRANCATO, *Reperitorium* II 92.

Puncta in formam falculae et hederæ (v. 10–11) etiam in fine versus posita. – 3 ex. litt. T supra versum eminens.

6 *Corinius* MARINUCCI; *Corintus* pro *Corinthus* iam recte SOLIN et VIDMAN. – 11 *p(osuerunt)* tantum MARINUCCI; litterae singulares P P *p(arentes) p(ientissimi)* solvere quoque potuissem (cf. SOLIN, *l. l.*).

Nota gentilicia compendiatâ nec non viros praenomine carentes.

E nominis ratione una cum litterarum forma saec. II ex. vel potius III in. p. C. n. tribuerim.

7162 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte levigata perquam autem adesa. Servatur Sulmone muro cuidam interiori affixa aedium privatarum, ubi a. 2004 EZIO MATTIOCCO quatenus potuit descripsit et me certiore fecit.



Avilled[ia] - ?]
Fausta [- - -]
fe[cit].

Im. phot. ab E. MATTIOCCO sumpta.

Agitur, ut opinor, de Avilledia Fausta, quae titulum posuit.

Litterae aetatis rei publicae labentis esse videntur.

7163 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a dextra imminuta, a tergo scabra 157,8 × (42,8) × 27,9. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio recto cincta, cuius partes supra et a sinistra tantum servantur. Litt. 12,3/4,8. Rep. a. 1892 extra Sulmonem in praedio, q. d. *Zappanotte*, sepulcreto quodam in lucem detecto (cf. BESNIER, *De regione Paellignorum* 122 et praesertim VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 285–286; etiam cf. tit. n. 7166. 7176. 7196. 7203. 7214. 7217. 7218). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.

D(is) M(anibus) s(acrum).
K(- - -) Apriclae,
K(- - -) Maximil-
la filia
 5 *matri*
b(ene) m(erenti)
p(osuit).

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO, *NS* 1892, 100 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 307–308); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 77–78 n. 57 cum im. phot. (*AE* 1989, 246); ID., in *Fonti latine e greche* I 319 n. 130; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 570 n. E170 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.

Puncta nulla.

2–3 quomodo nomen compendiatum *K(- - -)* pro *C(- - -)* solvendum incertum; *K(aiae) Apriclae* | *K(aia) Maximilla* haud recte DIONISIO; forma *Apriclus/a* pro *Apriculus/a* communis est (etiam cf. H. SOLIN, *Arctos* 47, 2013, 265).



Inter saec. II et III p. C. n. tribuenda mihi videtur.

7164 tit. sepulchralis

Cippus ex lapide calcario utrimque deturpatus praesertim in marginibus superiore sinistro et inferiore dextro, a tergo scaber 124,5 × 67,8 × 38,9. Area titulo inscribendo destinata fissuris laesa cymatio cincta inverso 81,7 × 45,9. Litt. 8,5–1,5. Rep. m. Mai. a. 1926 prope vicum *Anversa degli Abruzzi* dum via ferrata Romana fit. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.




Fig. α



Fig. β



Fig. γ

Ç[- - M]urranus et Decri[a]
 Se[- - S]ecundae l[iberta] Melusa, sibi et [suis].
 Salu[to te, v]iator, qui istac iter facis
 salvo tuo corpore, consiste et lege;
 5 iniquitate Orchi, qui perperavit saecula,
 quod debuerant facere filii patri et
 matri, fecerunt miseri[s] pater et mater
 filis dulcissimis suis, quoniam non
 potuerunt exsorare deos ut [parcerent ?]
 10 suis, neque ipsi retinere potuerunt, neque
 etiam restituere. Hoc quod [p]o[t]u[erunt]:
 nomina suorum restituerunt ad superos
 Primigeni, Severi, Pudentis, Çaşti, Luçillae et
 Potestatis, et miseri[s] derelicti[s] [a fi]lis,
 15 quoniam sperabant se citius [anteire ?] suos,
 vivi[s] nomina eodem adiecerunt, dum
 malo fato nati et iniqua fortuna
 qui non potuerunt antecedere suos
 neque etiam persequi tam cito quam
 20 ipsi cupiunt. At nunc, miseri[s] deserti[s]
 a natis nostris, rogamus deos superos
 atque inferos, ut liceat nepotulum
 nostrum Thiasum, qui est nobis derelictus
 ex Pudente filio immaturus, qua[llis] scintilla
 25 quae de igne exierit, memoria nostrorum,
 exsuperet nos, vivat, valeat, sint illi quae
 ipse expetet. Et nunc te rogamus, nepotule
 noster per tuorum maiorum misericor-
 diam, ut tu pietati servias, et hoc sephul-
 30 crum tuorum tutaris. (vac.) Et (vac.)
 si qui[s] te rogarit, qui hoc comportarit
 dicito: "Avus meus Murranus; nam ipsa
 miseria docet etiam barbaros scribere
 misericordias". Et nunc rogo vos om-
 35 nes natos nascentesque, ut si quid la[*p*]sus
 me praeterit hominem barbarum natu
 Pannunium, multis ulceri[*bu*]s et malis
 perturbatum, ignoscatis rogo. At nu[*nc*]
 inprecamus deos ut si quis hoc sephulcrum
 40 aut hunc titulum laeserit, in[tulerit, (sit) illi vel illis]
 fortuna mala, et quod mer[itu]m sit, [hunc]
 titulum quicumque legerit, aut lege[ntem]
 auşcultarit, allevet illos for[tuna]
 superior, et valeant semper [in aeterno vel aeternum]
 45 quicumque in hoc titulo scrip[ta] legerit (scil. verba)
 quietis: "sit vobis terra levis"; et [- c. 10 -]
 desperatum qui superant [- c. 10 -]
 tempore obito, sit ++[- c. 10 -].

Fig. α-β: Im. phot. a MANCINI publici iuris factae (cf. neg. Sopr. Arch. Chieti n. 6778).

Fig. γ: Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

G. MANCINI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 449–452 cum im. phot. tab. I; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 78–84 n. 58 cum im. phot. a MANCINI et MATTIOCCO sumptis (AE 1989, 247); ID., *BDASP* 80, 1990, 57–76 cum im. phot. a MATTIOCCO sumpta; ID., in *Fonti latine e greche* I 319–320 n. 131; ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 36 n. 26 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 178–179 n. 26); ID., in *Temptanda viast* 16 n. 9*; G. GROSSI, in *Anversa degli Abruzzi* 81–84 cum im. phot. fig. 73; PANE, *Carta archeologica* 120–121 cum im. phot. tab. XVI fig. 2 (cf. p. 150). – Cf. E. MATTIOCCO, *Arch. Class.* 20, 1968, 136; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 300; CUGUSI, *Aspetti letterari*² 392–393; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 461 (= EUND., *Roman Questions* II 374–375); ANTOLINI, *Iscrizioni* 102; R.

TUTERI, in *Immagini del tempo* 57. 59 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100; CARROLL, *Spirits of the Dead* 105–106. 200; F. D'AMORE, in *Anversa degli Abruzzi* 495–497; O. SALOMIES, *Arctos* 48, 2014, 498; R. TUTERI, in *Dai confini del mondo* 34–35.

Puncta in formam circulorum redacta haud semper agnoscinequeunt.

Supplevi quatenus potui praesertim ex imagine photographica a MANCINI sumpta, qui titulum plenioris inspexerat; supplementa autem v. 9 et 15 a CUGUSI recepi. – 1 [- -] *Murranus et Decrius*, 2 [*Secundae Empusae* (?) MANCINI. – 3 in. *sal[ve] v[ia]tor* MANCINI et EGO in editionibus prioribus. – 5 *perdiravit mecum*, 11 *hoc quod* [- -], 14 *et miseris* [- -] *mus*, 15 *citius* [- -] *suos*, 20 *miseri deserti*, 24 *filio* [- -] *scintilla*, 29 *servas*, 35 *ut si* [- -] *quid casu*, 36 *nat[um]*, 37 *multis vicibus*, 39 *sepulchr[um]*, 40 *vel hunc titulum laeserit* [- -] *sit* illi, 41 *et quod* [- -] *deside[ramus hunc]* MANCINI. – 42 *titulumque* EGO. – 44 *semper* [- -], 45 *scrib*[- -], 47 *desperatum qui super aut* [- -], 48 *abito* MANCINI.

A titulo emendando, qui abundat erroribus grammaticis orthographicis phoneticis syntacticis, me abstinui, cum res ipsa in aperto esset; ceterum vide infra titulum Italice a me redditum. Nota autem imprimis: 2 *Melusa* pro *Mellusa*. – 5 de ratione scribendi verbi *Orchus* vel etiam *Horcus/Orchus* cf. A. MAZZARINO, *Grammaticae Romanae fragmenta aetatis Caesareae*, Augustae Taurinorum 1955, 197–198; de locutione etiam vide M. VAVASSORI, in *Opinione pubblica* 43; verbum *perperare* hic primum occurrit (quod viri docti in *ThLL* nondum rettulerunt; vide autem adverbium *perperam*; cf. A. ERNOUT – A. MILLIET, *Dictionnaire étymologique de la langue latine*, Paris 1939, 499 s. v. *perperus*); *permutavit* temptavit LINDERSKI. – 7 *miseris* pro *miseri*. – 8 *filis* pro *filiis*. – 9 *exsorare* pro *exorare*. – 14 *miseris derelictis* pro *miseri derelicti*. – 16 *vivis* pro *vivi*. – 20 *miseris desertis* pro *miseri deserti*. – 24 *immaturus* pro *immaturus*. – 29–30 *sephulcrum* pro *sepulchr[um]* (cf. etiam v. 39). – 31 *qui* pro *quis*; *rogarit* pro *rogaverit*; *comportarit* pro *comportaverit*. – 35 *lapus* pro *lapis*. – 39 *inprecamus* pro *imprecamus* (cf. etiam GLK II, 396. 18 [HERTZ]). – 43 *auscultarit* pro *auscultaverit*.

Versus 3 *saluto ... facis*, 4 *salvo ... lege*, 5 *iniquitate ... perperavit*, 6–7 *quod ... matri*, 7–8 *fecerunt ... filis*, 10 *suis ... potuerunt*, 10–11 *neque ... potuerunt*, 15 *quoniam ... suos*, 17 *malo ... fortuna*, 18 *qui ... suos*, 19–20 *neque ... cupiunt*, 20–21 *at ... nostris*, 26–27 *vivat ... expetet* ad iambos senarios redducendi videntur, attamen res incerta manet (de re universa vide, praeter quae EGO suspicatus sum, praesertim CUGUSI, *l. l.*). De locis similibus etiam vide N. CRINITI, in N. CRINITI (Ed.), *Insula Sirmie. Società e cultura della Cisalpina verso l'anno Mille*, Brescia 1997, 141; M. MASSARO, *Epigraphica* 59, 1997, 437; CUGUSI, *ibid.* 65, 2003, 209. De locutione v. 41–43, scil. [*hunc*] *titulumque quicumque legerit aut le[gen-tem] auscultarit*, cf. M. KAJAVA, in *Acta Barcelona* I 753 et A. E. COOLEY, *The Cambridge Manual of Latin Epigraphy*, Cambridge 2012, 309.

Titulum sic in sermonem Italicum vertendum opinor: "Saluto te, viandante, che passi per di qua, che il tuo corpo possa essere integro, fermati e leggi! A causa dell'ingiustizia dell'Orco, il quale ha sconvolto il corso delle generazioni, cioè che avrebbero dovuto compiere i figli per il padre e la madre fecero, invece, il padre e la madre sventurati per i loro figli dolcissimi, dal momento che non furono in grado di ottenere, pregando gli dèi, di risparmiarli, né poterono essi stessi conservarli, né restituirli (alla vita). Questo poterono: affidarono agli dèi i nomi dei loro figli, cioè Primigenius, Severus, Pudens, Castus, Lucilla e Potestas, e loro sventurati, prostrati dalla perdita dei figli, allorché erano nella speranza di precederli alquanto presto, ancora in vita dovettero aggiungere nella medesima (tomba) i nomi (dei propri figli), (ed) erano nati

sotto un avverso destino ed un'iniqua sorte loro che non solo non erano riusciti a precedere i propri nati ma nemmeno a seguirli tanto in fretta, come appunto desiderano. Ma ora noi, poveri sventurati, orbatì dei nostri figli, volgiamo preghiere agli dèi superi ed inferi, affinché sia permesso che il nostro nipotino Thiasus, che ci è stato lasciato da nostro figlio Pudens, ancora acerbo, come una scintilla viva che si sprigiona dal fuoco che si sta consumando, ricordo dei nostri cari, ci sopravviva, cresca, stia in salute, ed abbia tutto ciò che desideri. Ed ora ti preghiamo, o nostro nipotino, per la commiserazione verso i tuoi avi, di mantenerti rispettoso e di proteggere questo sepolcro dei tuoi (cari). E se qualcuno ti chiederà chi ha fatto questo, rispondigli: '(È stato) mio nonno Murranus; la stessa sventura, infatti, può insegnare anche ai barbari a scrivere frasi capaci di suscitare commozione'. E ora prego voi tutti nati e nascituri, se qualche errore è sfuggito a me povero uomo straniero Pannone di nascita, vessato da tanti mali e ferite, vogliate perdonarlo, vi prego. Ma ora invociamo gli dèi affinché chiunque tenti di ledere o violare questo sepolcro o l'iscrizione relativa, finisca male, e invece una sorte migliore favorisca per come ha meritato chiunque leggerà o ascolterà leggere, e stiano sempre bene, in eterno, coloro che leggeranno in tale iscrizione queste parole di quiete: 'sia la terra leggera su di voi'; e invece [- - -] disperato chi oltrepassi [- - -], trascorso il tempo [- - -]'".

De cognomine Murrani praeter HOLDER, *Sprachschatz* 1899, 658 vide X. DELAMARRE, *Nomina celtica antiqua selecta inscriptionum (noms des personnes celtiques dans l'épigraphie classique)*, Paris 2007, 137 et H. SOLIN, *Arctos* 50, 2016, 166. Nomen Decrii redit tit. n. 3227a (cf. etiam VETTER, *Handbuch* 210a = RIX, *Sabellische Texte* Pg34 = *Imagines Italicae* I 321-322, Paeligni / SVLMO 16).

Ex forma litterarum et locutionum adhibitarum saec. III p. C. n. tribuerim.

7165 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus effracta, a tergo exposita 107,5 × 48,5 × 13,9. Area titulo inscribendo destinata excavata parte superiore levigata, parte inferiore scalpro dentato dolata cymatio cincta inverso 89,7 × 29,8. Litt. 7,3/3,1 (v. 1 litt. O minoris mensurae 0,9). Rep. a. 1900 Sulmone iuxta circuitum ad occasum vergentem inter portas Romanam et S. Antonii. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.

Ti(berio) Claudīo

Ti(beri) filio) Iusto,

vix(it) ann(os)

tres, mens(es) III;

5 *Ti(berius) Claudīus Dīus*

pater et

Claudīa Capreia

mater


filio piissimo.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 34, 1984, 249 n. 4 cum im. phot. tab. XXI fig. 2 (AE 1984, 333); ID., *Suppl. It.* 4, 1988, 84-85 n. 59 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 320 n. 132. - Cf. BRANCATO, *Repertorium* II 92.

Puncta in formam circulorum redacta. - 1 in. et 5 in. litt. T supra versum eminens.

Cognomen Capreii hic solum occurrit (cf. SOLIN - SALOMIES, *Repertorium*² 498).



Ex forma litterarum saec. I medio p. C. n. tribuerim.

7166 = EE VIII p. 35 n. 142 tit. sepulcralis

Urna rotunda ansata ex lapide calcario cum operculo alt. 42 diam. max. 20. Litt. 1,8/1,5. Rep. a. 1886 in agro Sulmonensi dum via ferrata Romana fit extra portam S. Matthei sepulcreto effosso in praedio, q. d. *Zappanotte* (cf. supra tit. n. 7163), inter fundos baronis *Corvi* et canonici *de Mattheis*. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Ossa sita
Erotis.

Im. phot. a MATTIOCCO sumpta (cf. neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6840).

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1886, 429 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 248–249), inde, ex ectypo chartaceo, M. IHM, *EE* VIII p. 35 n. 142; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 286 cum im. phot. 412 (*AE* 1984, 327); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 310 n. 71; G. MARTELLA, *Abruzzo* 26/28, 1998/2000, 69–70; R. TUTERI, *Dal silenzio* 24 n. 8 cum im. phot.; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 570–571 n. E171 cum im. phot. – Cf. MATTIOCCO, *Contributi* 12; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 34–35 ad tit.; R. TUTERI, in *Sulmona* 32 cum im. phot. fig. 45; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 98 ad tit.; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 58.

Erotis altera tit. n. 7201 quoque laudatur.

Punctum triangulare (v. 1).

Saec. II p. C. n. dubitanter tribuo.

7167 tit. sepulcralis

Urna rotunda ansata ex lapide calcario supra canalibus ornata alt. 23,5 diam. max. 41, integra omnino nisi quod operculum deest. Litt. 3,5. Rep. ad a. 1970 extra Sulmonem prope vicum *Campo di Fano*. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Fausta Syn(- -) (scil. *serva*) *vi[v]a p(osuit)*.

Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

MATTIOCCO, *Contributi* 16 cum im. phot. fig. 26; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 85–86 n. 60 cum im. phot. a MATTIOCCO deprompta (*AE* 1989, 248); ID., in *Fonti latine e greche* I 320 n. 132. – Cf. TUTERI, *Dal silenzio* 24 n. 7 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293.

Puncta triangularia.

Syn(eroni) MATTIOCCO haud recte; cognomen domini servae Faustae variis rationibus solvi potest.

Fortasse saec. II p. C. n. fuit, res autem incerta manet.

7168 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a dextra infra imminuta in fronte scalpro dentato dolata, a tergo paululum scabra (25,6) × (17,8) × 3,5. Litt. 5,9/1,8. Rep. a. 1925 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (cf. supra tit. n. 7149). Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



-----?

V[- -]

mater, [filia]

mea adul[escens]

Fau[sta]

5 bella pud[ca - -]

hic [sita].

Im. phot. a M. B. sumpta.

G. PICCIRILLI, *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 458 n. 6 cum im. phot. tantum; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 86–87 n. 61 cum im. phot. (*AE* 1989, 249); ID., in *Fonti latine e greche* I 320 n. 134; ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 36 n. 27 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 179 n. 27); ID., in *Temptanda viast* 16 n. 10*. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 100.

Puncta triangularia.

1 V[- -] nomen gentilicium matris quomodo supplendum incertum.

5 exordium esse potest versus vel commatis dactylici. – De adiectivo *bella* mulieri vel puellae tributo (fere nusquam alibi in titulis) cf. exempla collecta in *ThLL* II 8, col. 1856 lin. 50–68.

Haud multo post saec. I medium a. C. n.

7169 = *EE* VIII p. 35–36 n. 143 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario undique fractus rep. a. 1886 prope Sulmonem extra portam *Napoli* appellatam in fundamentis domunculae domini *Domenico De Martinis* in sepulcreto effodiendo. Frustra quaesivi. Perit aut latet. Descripi ut potui a. 1982 ex DE NINO.

[- -] Fl[av- - -]

[- -] idus [- -]

[- -] LI+LAV[- -]

[- -] pat[- -]

5 [- -] Flavia[e - -]

[- -] filiae [- -]

[- -] ++ p(os-) [- -]

[- -] ++ NV++ [- -]

-----?

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1886, 134 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 232–233) inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 35–36 n. 143; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 310 n. 72. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 4, 1988, 310 ad tit.; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 58.

IHM ex ectypo chartaceo ita: [- -] FL[- -] | [- -] IDVS[- -] | [- -] LI+LAV[- -] | [- -] PA+[- -] | [- -] FLAVIA[- -] | [- -] FILIAE[- -] | [- -] ++ ◦ P ◦ [- -] | [- -] ++NV+[- -], addens: “ex ipso lapide fortasse plura extricari possunt”.

Saec. I ex. p. C. n. tribuerim vel paulo postea.

7170 tit. sepulchralis

Cippus, ut videtur, ex lapide calcario a dextra et infra imminutus, a tergo in usum posteriorem resectus (72) × (24) × (16). Litt. 9. Rep. a. 1886 prope vicum *Cansano* per declive collis *Pietre Murrine* vulgo appellati (de quo loco vide VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 275), in ecclesia S. Nicolao dicata pro gradu arae Matris Auxilii adhibitus. Frustra quaesivi. Periisse videtur. Descripsi quatenus potui a. 1990 ex DE NINO.

T(it-) Ga[- -]
[- - - -],
Sa[- -].

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1886, 429 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 249); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 320 n. 135; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 103 n. 104 (AE 2004, 478).


1 punctum triangulare sursum directum.

Supplementa haud certa. In tit., qui sequitur, memoratur Gavia quaedam (etiam vide supra tit. n. 7103, ubi laudatur Helena Gavia P. l., quae Herculi donum dat libens merito); tit. n. 3119. 7173 Salavia.

Saec. I in. p. C. n. esse potest.

7171 tit. sepulchralis

Cippus, ut videtur, ex lapide calcario supra et a dextra fractus in fronte levigatus (44) × (38) × ? Litt. 8. Rep. ad a. 1990 prope vicum *Anversa degli Abruzzi* inter ruinas ecclesiae S. Mariae ad Nives dicatae (vulgo *Madonna della Neve*). Nunc exstat muro eiusdem ecclesiae supra ianuum extrinsecus adfixus, ubi a. 1991 descripsi.



Gavia[- -].

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 170 n. 9 cum im. phot. tab. 5 fig. 10 (AE 1992, 324) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 371 n. 9); ID., in *Fonti latine e greche* I 320 n. 136; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 103–104 n. 105 cum im. phot.; G. GROSSI, in *Anversa degli Abruzzi* 84–85 cum im. phot. fig. 74–75; PANE, *Carta archeologica* 122–123 cum im. phot. – Cf. R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 57. 59.

Gavia vel Gavia[e].

De nomine Gavii vide supra ad titulum praecedentem.

Ex litterarum forma priori parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7172 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario in tres partes inter sese coniunctas effracta supra imminuta, infra nec non a tergo scabra (205,6) × 87,9 × 27,8. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata a sinistra dextraque cymatio inverso cincta 133,5 × 65,8; in area ipsa, infra titulum, effinguntur theca calamaria, signaculum inscriptionem referens (de qua vide infra), et codex clausus (quibus de anaglyphis vide praesertim, quae scripsi in ephemeride *Scrittura e civiltà* 17, 1993, 309–315; etiam vide G. BARATTA, in *Officina epigrafica* 124–134). Litt. affabre insculptae 8,3–22,5. Rep. a. 1966, cum via, qua itur ad oppidum *Campo di Fano*, sterneretur, ad vicum *Torre dei Nolfi* in sepulcro aetatis Romanae, quod detectum est illo tempore in quo ad alium usum adhibita erat. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Fig. α

Statori Apri (scil. servus)

Insequens;

Quartio

fr(ater) p(osuit).

in signaculo:

Statori Apri Insequens.



Fig. β

Fig. α: Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *D. A. I. Rom* n. 79.2697).

Fig. β: Im. phot. a GIUSEPPE PAPPONETTI sumpta.

MATTIOCCO, *Contributi* 10 n. 2 cum im. phot. fig. 7; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 289 (AE 1984, 328); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 87 n. 62 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 321 n. 62; PANE, *Carta archeologica* 136–137 cum im. phot. – Cf. E. MATTIOCCO, *Abruzzo* 7, 1969, 180 adn. 40; BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 437; S. DIEBNER, *Dial. Arch. s.* 3°, 5, 1987, 41 cum im. phot. fig. 22; BUONOCORE, *Scrittura e civiltà, l. l.* 313 cum im. phot. tab. II fig. 3; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 461–462 (= EUND., *Roman Questions* II 375–376); R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 57. 59 cum im. phot.

Puncta in formam virgulae acclivis etiam in fine versus posita.

3 Quarto MATTIOCCO. – 4 *f(ili) r(everendissimi) p(osuerunt)* VAN WONTERGHEM; *fr(atri) p(osuit)* EGO in *PP*. – In signaculo: omiserunt MATTIOCCO et AE; *Insequ[ens]* tantum VAN WONTERGHEM et EGO in editionibus prioribus.

Quartio titulum posuit fratri suo Insequenti, cuius dominus fuit Statorius Aper (nomen gentilicium Statorii hic primum occurrit); contra VAN WONTERGHEM sic interpretatus est: Insequens et Quartio titulum dedicavere patri suo Apro, qui fuit vel stator vel servus Statorii cuiusdam.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. titulus mihi videtur tribuendus.

7173 tit. sepulcralis

Tabula, ut videtur, ex lapide calcario supra fortasse et ab utroque latere fracta. Rep. a. 1902 extra Sulmonem in praedio, q. d. *Le Casette*. Frustra quaesivi. Periiise videtur. Descripi ut potui a. 1982 ex DE NINO.

-----?

Laeli[- -],

Salavia Tert[- -].

A. DE NINO, *NS* 1902, 386 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 447–448); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 87–88 n. 63 cum apographo a DE NINO deprompto (AE 1989, 250); ID., in *Fonti latine e greche* I 321 n. 138. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; BRANCATO, *Repertorium* II 93.

2 cognomen *Tert[- -]* solvendum, ex. gr., *Tert[ia]*, *Tert[ulla]*.

Nomen Laelii hic primum occurrit; Salavius autem redit tit. n. 3119 (de quo nomine vide O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 171).

Esse potest saec. I p. C. n.

7174 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra a dextra infra fractus in fronte adesus a tergo paululum scaber (50,8) × (53,5) × 21,5. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta, cuius pars supra et a sinistra tantum servatur. Litt. 5,5–5,3. Rep. ad a. 1970 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (cf. supra tit. n. 7149). Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



D(is) M(anibus) s(acrum)

Lavio Alexan-
dy[ro]; Titia Per-
lis coniugi ca-

5 rissimo [et] be-
nae merer[ti],

et fil(io) piis(simo) ++++

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 237–238 cum im. phot. fig. 322 (AE 1984, 321); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 88 n. 64 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 321 n. 139. – Cf. TUTERI, *Dal silenzio* 14 n. 2 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.

Puncta triangularia. 7 + litt. incertae.

Supplevi non sine dubiis. – *D(is) M(anibus) S(acrum) | L. Avio Alexan[d]ro - - -]lia Per[li]s co[n]iugi ca[r]issimo [- - -]niae me[- - -] | et fil[- - -]* VAN WONTERGHEM, AE. – 4 *coniugi* pro *coniugi*. – 5–6 *benae* pro *bene* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 118; etiam cf. p. 145. 149. Vide H. SOLIN – G. MANDATORI, in *Valle di Comino* XIII 183–184).

Nomen Titii redit tit. n. 3081; Lavii autem hic primum occurrit. Cognomen *Perlis* in tit. Graeco urbano quoque reperiri (IGUR 883).

Ex litterarum forma nec non e locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiata saec. II p. C. n. vel potius III tribuendus mihi videtur.

7175 tit. sepulcralis

Stela supra in fastigium desinens ex lapide calcario in fronte exposita, a tergo scabra 83,4 × 43,5 × 14,5. Litt. 3,9/3,5. Rep. a. 1954 extra Sulmonem in vico *Fonte d'Amore* (cf. supra tit. n. 7156) in fundo gentis *Dorrucci*. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Lollia C(ai) filia, f(ilia), po(suit).

Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

G. PICCIRILLI, *Riv. abruzzese* 12, 1959, 3; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 89 n. 65 cum im. phot. (AE 1989, 251); ID., in *Fonti latine e greche* I 321 n. 140; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 580–581 n. E199 cum im. phot. – Cf. M. G. MOSCI SASSI, *Stud. Etr.* 42, 1974, 363; BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 437; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 462 (= EUND., *Roman Questions* II 376); BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; EUND., in *Officina epigrafica* 216; E. DUPRAZ, in *Écriture* 207.

Puncta in formam circulorum etiam in fine versus. Litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta.

Nomen gentilicium Lollii redit tit. n. 3227a. – De explanatione locutionis in exemplum *L. f. f.* vide imprimis O. SALOMIES, *Arctos* 27, 1993, 95–101 (titulus noster ad p. 101 adn. 17 memoratur) cum quo EGO quoque nunc consentio; contra, ex. gr., vide W. SESTON, *Scripta varia*, Roma 1980, 321–331 et S. PRIULI, *NS* 33, 1979, 340–341.

Ex forma litterarum et monumenti (cf. ex. gr. DUPRAZ, *Vestins* 440) priori parti saec. I a. C. n. saltem tribuerim.

7176 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte et a tergo levigata (15,4) × (25,6) × 17,5. Litt. 4. Rep. a. 1886 in agro Sulmonensi dum via ferrata Romana fit extra portam S. Matthaei in praedio, q. d. *Zappanotte* (cf. supra tit. n. 7163), inter fundos baronis *Corvi* et canonici *de Mattheis*. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Lucceia +[- - -]
[a]mīco +[- - -].

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI *NS* 1886, 426 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 244); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 89–90 n. 66 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 321 n. 141; REALI, *Amicitia* 156 n. 100. – Cf. BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.

Supplevi. – LVCCEI | ICO DE NINO.

De nomine gentilicio Lucceii fusius in titulis regionis Paelignae laudato vide VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 32. De amicitia praeter REALI *l. l.* vide *Aspects of Friendship*; REALI, in *Corolla Epigraphica* 612–620; N. MATHIEU, in *Société romaine* 373–383; B. BEUAJARD, *ibid.* 385–391.

Saec. I p. C. n. dubitanter tribuo.

7177 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a dextra infra fracta in fronte et a tergo levigata (24,2) × (25) × 3,5. Litt. 8,7–5,1. Rep. a. 1925 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (cf. supra tit. n. 7149), effossionibus in fundo gentis *Alesi* institutis. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



-----?
Ma[- - -]
Gym[- - -]
+[- - -]
-----?

Im. phot. a M. B. sumpta et ope machinae computatoria tractata (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6782).

G. PICCIRILLI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 455 n. 2 im. phot. tantum; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 90 n. 67 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 321 n. 142.

1 agitur fortasse de nomine gentilicio quodam, ex. gr., Mammio (cf. tit. n. 3090) vel Massidio (cf. tit. n. 3112). – 2 *Gym[nasio]* dubitanter. – De supplementis vide quae scripsi in *Suppl. It., l. l.*

Saec. I p. C. n. ante medium tribuerim, sed res incerta manet.

7178 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique levigata passim autem rimis laesa circ. 50 × 35 × 35. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Pratola Peligna* in aedibus privatis. Me certiore fecit m. Dec. a. 2015 dominus MAURO CIANFAGLIONE, qui im. phot. quoque sumpsit.




Moschis
Iucundi so(ror)
mater pos(uit).

Im. phot. a M. CIANFAGLIONE sumpta.

Ex forma litterarum saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

7179 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra imminuta marginibus effracta, in fronte levigata, a tergo paululum scabra (64,5) × (32,5) × 12,8. Litt. 3,1–2,3. Rep. a. 1925 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (cf. supra tit. n. 7149), effossionibus in fundo gentis *Alesi* institutis. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Mussidia[e]
Salviae,
C(aius) Mussidius Diogenes
posieit.

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6782).

G. PICCIRILLI, *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 456 n. 3 cum im. phot. tantum; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 90–91 n. 68 cum im. phot. (AE 1989, 252); ID., in *Fonti latine e greche* I 321 n. 143; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 575 n. E183 cum im. phot. – Cf. PISANI, *Lingue dell'Italia* 108; VAN WONTERGHEM, *Ritratti* 18; ID., *Antiche genti* 40 cum im. phot. tab. X fig. 23; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; E. DUPRAZ, in *Écriture* 207; R. TUTERI, in *Dai confini del mondo* 30 cum im. phot.

Puncta triangularia.

4 *posieit* pro *posuit/posuit*.

De nomine Mussidii, quod fusius in titulis Sulmone repertis memoratur (cf. tit. huius Corporis vol. I² 3211. 3214; IX 3114. NS 1887, 293; titulos duos, qui sequuntur), ample disseruit VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 38–44; etiam vide M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 188 et A. TORTORIELLO, *Ann. Ist. Orient. Napoli* n. s. 8, 2001, 193. 203. De Lucio Mussidio Titi filio Longo fortasse ex Sulmone oriundo vide T. P. WISEMAN, *Class. Quart.* n. s. 14, 1964, 127.

Ex forma litterarum et monumenti (cf. ex. gr. DUPRAZ, *Vestins* 440) saec. I a. C. n. medio tribuenda.

7180 = I² 2544 (cf. p. 1038) tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in fronte et a tergo expolita 59,1 × 28,8 × 14,5. Litt. 4,1–2,2. Rep. a. 1911 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (cf. supra tit. n. 7149), effossionibus in fundo *Domenico Lagatta* institutis. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



L(ucio) Mussidio
Romanei l(iberto)
Syro;
Vettidia <mulieris> l(iberta)
5 *Leycadium*
posieit.

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6782).

P. PICCIRILLI, *NS* 1911, 380 cum apographo (inde E. LOMMATZSCH, *I²* 2544); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 91–92 n. 69 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 322 n. 144; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 575–576 n. E184 cum im. phot. – Cf. A. LA REGINA, *Quad. Ist. Top. Roma* 2, Roma 1966, 116 adn. 34; VAN WONTERGHEM, *Ritratti* 18 et adn. 41; ID., *Antiche genti* 40 et adn. 189; A. DEGRASSI – H. KRUMMREY, *I²* p. 1038; TUTERI, *Dal silenzio* 34 n. 4 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; R. TUTERI, in *Filo di Arianna* 68 cum im. phot.; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; MATTIOCCO, *Pietro Piccirilli* 142–143.

Nota, quod titulum duae exaraverunt manus, quarum prior v. 1–3, altera v. 4–6 incidit, ut e litterarum forma sane elicitur. Puncta triangularia in fine versuum quoque signata.


2 *Romanei pro Romani*. – 5 *Leycadium pro Leucadium* (vide infra tit. *Superaequanum* n. 3326). – 6 *posieit pro posit/posuit*.

De nomine Mussidii vide supra; de cognomine Romani, praeter SOLIN – SALOMIES, *Repertorium²* 392, vide KAJANTO, *Latin Cognomina* 182, ubi titulus laudatur. Nomen Vettidii hic primum occurrit; cognomen muliebre Leucadium in titulo *Superaequi* invento n. 3326 quoque reperies.

Ex forma litterarum saec. I p. C. medio tribuenda.

7181 tit. sepulcralis

Cippus, ut videtur, ex lapide calcario undique in usum posteriorem resectus, in fronte dolatus, a tergo scaber (29,8) × (32,3) × 17,6. Litt. 7,1. Rep. Sulmone circ. ad a. 1960 operibus institutis ad aquae ductum medii aevi restituendum ad plateam *Garibaldi* nuncupatam situm. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



L(ucius) Mussi[dius - - -]
CIRCV[- - -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. LA REGINA, *Quad. Ist. Top. Roma* 2, Roma 1966, 116 adn. 62; VAN WONTERGHEM, *Ritratti* 18 et adn. 41; ID., *Antiche genti* 41 cum im. phot. tab. 11 fig. 25; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Acta Arch. Lov.* 21, 1982, 97–98 n. 18; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 233 cum im. phot. fig. 315. 321; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 92–93 n. 70 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 322 n. 145; BORLENGHI, *Campus* 245 n. 19 cum im. phot. fig. 109 (etiam cf. p. 149). – Cf. H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 54, 1984, 199. 201. 202. 206; TUTERI, *Dal silenzio* 35 n. 5 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; R. TUTERI, in *Filo di Arianna* 68 cum im. phot.

Punctum triangulare (v. 1).

1 supplevi (de nomine Mussidii vide supra ad tit. n. 7179); *Mussi[- - -]* CETERI. – 2 supplementa incerta; *circu[m]* LA REGINA, cogitans de aedificio, cuius situs in regione ad praec-

dium communale posita exstitisse videtur (cf. etiam tit. n. 7153 in quo ludi circenses fortasse memorantur); *circu[m]clusum* DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, qui arbitrantur hunc titulum ad campum Sulmone positum in regione ubi nunc est macellum publicum unde titulus ipse in lucem prodiit pertinere (contra vide BORLENGHI, *l. l.*); mihi in mentem venit quoque locutio [*in*] *circu[itu]* (scil. *efficiunt passus*) (cf. ex. gr. locutionem *in circuitu quae abet* tit. AE 1947, 159; etiam vide tit. huius Corporis vol. VI 29777 = *ILS* 6031; VI 29778. 31768 = 37743; XIV 3857 = *ILS* 8350 = *Inscr. It.* IV, 1, 466), vel potius verbum *circu[- - -]* ad officium quoddam pertinens, scil., ex. gr., *circulator* (*ThLL* III 5, col. 1106–07), *circumgestator* (*ThLL* III 5, col. 1150), vel similia (etiam vide M. CHIABÀ, in *Donna e lavoro* 271–272). In dubio autem adhuc maneo. De cognomine Circi (de quo cognomine ex. gr. vide H. SOLIN, *Arctos* 32, 1998, 237) cogitare quoque nolui.

Ex litterarum forma saec. I ante medium p. C. n. si tardius tribuerim.

7182 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus laesa in fronte expolita a tergo scabra 85,5 × 49,8 × 15,5. Litt. 7,5–5,5. Rep. a. 1981 apud vicum *Campo di Fano* in praedio, q. d. *Corvo* (etiam cf. infra tit. n. 7197). Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



C(aius) Oppeius C(ai) l(ibertus)
Libo.

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.


VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 327 (AE 1984, 331); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 93 n. 71 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 322 n. 146. – Cf. R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 57. 59.

Nomen Opp(e)ii et cognomen Libonis non redeunt in titulis aliis Sulmone repertis (de cognomine fusius C. LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 162 quoque disseruit).

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. m. tribuenda mihi videtur.

7183 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a dextra in usum posteriorem resecta a tergo paulum scabra $193 \times (34) \times 35$. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio recto cincta, cuius pars a sinistra supra et infra tantum servatur $135 \times ?$. Litt. 6,5–5,5. Rep. loco incerto nescio quando, nunc exstat muro cuidam inserta ecclesiae Sancti Angeli in *Vetulis* vel Michaelis Archangeli in declivitate collis *Scipione* appellati sitae, ubi a. 1982 quatenus potui contuli.



Dis M[- - -].
L(ucius) Pac[- - -]
-----?

Im. del. a VAN WONTERGHEM sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 271 cum im. del. fig. 388 litt. f et im. phot. fig. 389 litt. f signatis; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 94 n. 72 cum im. del. a F. VAN WONTERGHEM deprompta; ID., in *Fonti latine e greche* I 322 n. 147.

Puncta in formam virgulae acclivis redacta.


1 M[anibus] VAN WONTERGHEM; quomodo autem formula *Dis Manibus sacrum* certe solvenda incertum. – 2 suppleverim, ex. gr., Pac(c)ius vel Pacilius vel Pacinius vel similia (cf. BUONOCORE, in *Epigrafia di confine* 284–285).

Saec. I ex. vel potius II medii p. C. n. esse potest.

7184 = I² 3233 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario contracta, in margine sinistro immunita, in fronte levigata a tergo scabra $57,3 \times 28,9-24,7 \times 10,1$. Litt. inter lineas ad delineandum ductas $3,5/3,3$. Rep. a. 1925 extra Sulmonem ad ecclesiam Christo cruci affixo dicatam, ubi sepulcra aetatis Romanae in

lucem prodierunt (cf. VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 237–328). Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Saluta
Papia T(iti scil. filia).

Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

G. PICCIRILLI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 457 n. 5 cum im. phot. ex quo VETTER, *Handbuch* 210e et TUTERI, *Solymon* 87 n. 39; A. LA REGINA, I² 3233 cum im. phot. tab. 79 fig. 7; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 94–95 n. 73 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 322 n. 148; RIX, *Sabellische Texte* Pg28; *Imagines Italicae* I 320, Paeligni / SVLMO 14 cum im. phot.; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 573 n. E179 cum im. phot.

Punctum in formam litterae “x” redactum (cf. R. ZUCCA, *Misc. Greca e Romana* 18, 1994, 124. 133–134). Litt. P aper-tissima.

De praenomine muliebri Salutae, praesertim in titulis Osce scriptis laudato, vide KAJAVA, *Praenomina* 68–69 (titulus memoratur ad p. 69). Nomen Papii Sulmone hic solum occurrit.

Ex forma litterarum priori parti saec. I a. C. n. vel paulo antea tribuerim.

7185 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra fortasse rotundatus cum acroterii undique laesus, infra scalpro dentato dolatus, a tergo scaber $52,1 \times 38,2 \times 29,2$. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio inverso cincta $18,5 \times 25,6$. Litt. $3,8/2,9$. Rep. ad a. 1970 Sulmone iuxta circuitum ad occasum vergentem prope moenia aevi medii. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Di(s) M[anib(us)].
Venusina,
filiae Pa-
ule, lapid-
 5 *em p(osuit).*

Im. phot. a M. B. sumpta.

MATTIOCCO, *Contributi* 11 n. 5 cum im. phot. fig. 10; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 236 n. 27 cum im. phot. fig. 319 (AE 1984, 320); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 95 n. 74 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 322 n. 149.

Puncta nulla.

1 *D(is) M(anibus) [s(acrum)]* VAN WONTERGHEM. – 3–4 *Paule* pro *Paulae*. – 4–5 *lapid(em)* AE.

De locutione *lapidem ponere* cf., ex. gr., tit. huius Corporis vol. VI 9659 = 33814.

Ex litterarum forma nec non e locutione *D(is) Manib(us)* compendiis scripta priori parti saec. II p. C. n. tribuerim.

7186 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a sinistra infra fracta in fronte et a tergo levigata (83,1) × (13,3) × 2,8. Litt. 3,9–1,8 (v. 3 litt. X minoris mensurae 0,8). Rep. ad a. 1920 extra Sulmonem in vico *Fonte d'Amore* (cf. supra tit. n. 7156) in fundo gentis *Dorrucci*. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.

-----?
 [- -]+io
 [- -]lopi
 [- -] conium'x'
 [p(osuit)].

Im. phot. a M. B. sumpta.

G. PICCIRILLI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 459 im. phot. tantum; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 96 n. 75 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 322 n. 150.


2 [- - - Pe]lopi potius quam [- - - He]lopi suppleverim.



Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit vel paulo antea.

7187 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus superioribus effracta, in fronte scalpro dentata passim dolata a tergo levigata (85,1) × 39,8 × 18/17. Litt. profunde et affabre insculptae 3,5. Rep. a. 1954 extra Sulmonem in vico *Fonte d'Amore* (cf. supra tit. n. 7156) in fundo gentis *Dorrucci*. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Peticia L(uci) [.]
Saluta,
C(aio) Petcio T(iti) [f(ilio)]
Sergio,
 5 *posit Libusca l(iberta).*

Im. phot. a M. B. sumpta.

G. PICCIRILLI, *Abruzzo* 12, 1959, 3–4; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 44–45 cum im. phot. tab. XII fig. 28; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 96–97 n. 76 cum im. phot. (*AE* 1989, 253); ID., in *Fonti latine e greche* I 323 n. 151; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 574 n. E180 cum im. phot. – Cf. M. G. MOSCI SASSI, *Stud. Etr.* 42, 1974, 363; TUTERI, *Solymon* 84 n. 22; TUTERI, *Dal silenzio* 16 n. 1 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 53; EAND., in *Dai confini del mondo* 31 cum im. phot.

Puncta triangularia etiam in fine v. 5.

3 *Peticio* f. PICCIRILLI, MOSCI SASSI, TUTERI. *Peticio* pro *Peticio* (de forma syncopata, quam in titulis Osce lingua scriptis saepe reperies, cf., ex gr., M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 101). – 5 *posit* pro *posuit*; *Libusca* pro *Libyssa*, sed res haud certa mihi videtur (*ThLL Onomasticon* VI, col. 115 s. v. Libissa/Libyssa, 118 s. v. Libys); etiam vide P. LARSON, in *Arch. Glott. Ital.* 75, 1990, 138. 141.

Nomen *Peticii* fusius redit in titulis Sulmone repertis: I² 3224; huius vol. n. 3116 (bis). 3136 (bis). 7102. 7188 (de re universa vide TUTERI, in *Storia di Pratola*, l. I. 53–55 nec non NAVARRO CABALLERO, *Perfectissima femina* II 574). D. FORABOSCHI, in *Scritti Gino Bandelli* 165 non excludit, quominus *Peticii* ex Amiterno oriundi sint. Cognomina hic primum occurrunt (de cognomine *Salutae* etiam vide H. SOLIN, *Arctos* 38, 2004, 184; *Salutam* autem, ut praenomen, tit. n. 7184 quoque habes).

Ex litterarum forma nec non e grammatica ratione saec. I medio a. C. n. tribuenda.

7188 tit. sepulcralis

Plintus ex lapide calcario ab utroque latere fracta (42) × 32 × 12,5. Litt. 4. Rep. a. 2014 prope vicum *Bagnaturo* in regione appella *Villa Giovina*, ubi TUTERI descripsit. Ubi autem exstet, ignoro.



T(it)o Peticio Optato Num[- - -].

Im. phot. a ROSANNA TUTERI sumpta.

R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 53–55. 65 cum im. phot. fig. 12.

Puncta triangularia sursum directa.

Sub exemplo tit. huius Corporis vol. VIII 4772 (cf. p. 957) = 18692 TUTERI non excludit, quominus *Num[idico]* vel *Num[idio]* illud *Num[- - -]* sit restituendum, ex eo magis quod *Peticii* alii tit. Numidiae VIII 3961 = 18381, 4777 (cf. p. 957) = 18693, 4781 (cf. p. 957) = 18676 fusius laudantur; mecum autem ipse quaero utrum illud *Num[- - -]* pars nominis gentilicii ex gr. Numisiae sit i. e. femina scil. uxor, quae titulum posuit necne. De nomine *Peticii* in titulis agri Sulmonensis laudato vide supra ad tit. praecedentem.

Ex forma litterarum punctorumque temporis spatii inter saec. I ex. a. C. n. et saec. I in. p. C. n. comprehenso tribuerim.

7189 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra fracta, in fronte levigata (38) × (35) × ?. Litt. 7–6. Rep. a. 1906 Sulmone iuxta viam, q. d. *Solimo*, muro quodam labente ante aedes gentis *Sanità* sitas. Ibidem servatur muro cuidam interiori affixa aedium eiusdem gentis, ubi aestate a. 2002 contuli una cum EZIO MATTIOCCO.



D(is) M(anibus) s(acrum).

T(it)o Petronio

Allediano,

Caecilia +[- - -]

5 [- - -]++[- - -]

Im. phot. ab E. MATTIOCCO sumpta.

A. DE NINO, *NS* 1906, 351 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 472); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 97 n. 77 cum apographo a DE NINO deprompto (*AE* 1989, 254); ID., in *Fonti latine e greche* I 323 n. 152. – Cf. A. LA REGINA, *Quad. Ist. Top. Roma* 2, Roma 1966, 116; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 58.


4 ex. + hasta recta videtur. – 5 [- - -]IA[- - -] legerim, sed in dubio maneo.

Nomen *Petronii* redit tit. n. 7145 (cf. VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 48); *Caecilii* autem hic primum occurrunt. De cognomine *Allediani* vide H. SOLIN, in *Ciceroniana* 72.

Esse potest saec. II p. C. n.

7190 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a dextra et infra fracta, in fronte et a tergo levigata 61 × (45,1) × 9,8. Litt. 6,5/4,5 (v. 3 verbum *pate[r]* minoris mensurae 1,2). Rep. a. 1924 extra Sulmonem in praedio *Le Marane* per declive montis *Morrone* ad ecclesiam S. Iosepho dicatam. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Pharinen[i],

Menander `pate[r]`,

Asia mater,

Thyce soror,

5 *p(osuerunt).*

Im. phot. a M. B. sumpta.

G. PICCIRILLI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 458 cum im. phot. tantum; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 98 n. 78 cum im. phot. (*AE* 1989, 255); ID., in *Fonti latine e greche* I 323 n. 153. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.

Puncta in formam virgulae acclivis haud semper signata.


4 Thyce pro Tyche.

Cognomen *Pharine* aliunde ignotum.

Ex forma litterarum saec. I medio p. C. n. saltem tribuo.

7191 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus effracta, in fronte levigata, a tergo paululum scabra (39,8) × (43,9) × 12,1. Litt. affabre insculptae 4,5–2,9. Rep. a. 1958 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (cf. supra tit. n. 7149), effossionibus in fundo gentis *Pantaleo* institutis. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



Pinaria P(ubli) f(ilia)
Galla.

Im. phot. a M. B. sumpta.

G. PICCIRILLI, *Abruzzo* 12, 1959, 5; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 98–99 n. 79 cum im. phot. (*AE* 1989, 256); ID., in *Fonti latine e greche* I 323 n. 154; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 574–575 n. E182 cum im. phot. – Cf. M. G. MOSCI SASSI, *Stud. Etr.* 42, 1974, 363; TUTERI, *Solymon* 84 n. 25; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; M. C. SPADONI, *Epigraphica* 70, 2008, 159; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 225; E. DUPRAZ, in *Écriture* 207.


Puncta triangularia sursum directa.

Publii Pinarii alii redeunt in titulo, qui sequitur. De nomine fusius disseruerunt inter al. SPADONI, *l. l.* 157–160 et M. G. SCHMIDT, in *Homenaje Armin U. Stylow* 351–353.

Ex forma monumenti (ex gr. cf. DUPRAZ, *Vestins* 440) litterarum et punctorum primae aetati imperatoriae tribuerim vel paulo antea.

7192 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in margine inferiore sinistro imminuta, in fronte et a tergo passim scalpro dentato dolata infra scabra 92,8 × 47,9 × 18. Litt. affabre insculptae 6–4,5. Rep. a. 1958 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (cf. supra tit. n. 7149), effossionibus in fundo gentis *Pantaleo* institutis (vide titulum, qui praecedit). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



P(ublius) Pinariu(s) P(ubli) f(ilius),
P(ublius) Pinariu(s) P(ubli) f(ilius)
Corona,
mater posit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

G. PICCIRILLI, *Abruzzo* 12, 1959, 4–5; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 99 n. 80 cum im. phot. (*AE* 1989, 257); ID., in *Fonti latine e greche* I 323 n. 155; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 574 n. E181 cum im. phot. – Cf. MATTIOCCO, *Il culto* 14; M. G. MOSCI SASSI, *Stud. Etr.* 42, 1974, 363; TUTERI, *Solymon* 84 n. 24; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; EUND., in *Officina epigrafica* 225 cum im. phot. fig. 9.

Puncta triangularia etiam in fine versus redacta.

1 omiserunt MOSCI SASSI et TUTERI. – 4 *posit* pro *posuit*.

De nomine Pinarii vide titulum, qui praecedit; de raro cognomine Coronae cf. KAJANTO, *Latin Cognomina* 346 et O. SALOMIES, in *Onomastica* 521 (nomen Coronae originis Etruscae quoque nobis notum; de quo S. PANCIERA, in *Epigrafia e ordine senatorio* I 594–595 [= EUND., *Epigrafi* II 1085–1086]).

Ex litterarum forma nec non e nominis ratione saec. I ex a. C. n. tribuerim.

7193 tit. fortasse sepulcralis

Epistylum, ut videtur, ad sepulcrum quoddam fortasse pertinens ex lapide calcario a sinistra et a dextra imminutum. Litt. profunde insculptae circ. 15. Rep. extra Sulmonem nescio quando in sepulcro aevo antiquo ex. posterius adhibitum ad ecclesiam Sanctae Brigidae dicatam. Nunc exstat *Pratola Peligna* pergulae usui loco edito domus cuiusdam sitae iuxta viam *Rovereto*. Descripsi quatenus potui ex im. phot., quam m. Apr. a. 2016 EZIO MATTIOCCO mihi comiter misit.



[- -] L(uci) n(epos); L(ucius) Pom[p]ullius L(uci) f(ilius) [- -].

Im. phot. ab E. MATTIOCCO sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 55; ID., *Forma Italiae* 238 (AE 1984, 322) ex quo BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 99–100 n. 81; ID., in *Fonti latine e greche* I 323 n. 156; R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 48. – Cf. BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 436–437.

Puncta triangularia.

[- - ba]ln(eum ?) L(ucius) Pom[p]ullius L(uci) f(ilius) VAN WONTERGHEM in editione priore.

An magistratus duo fuerint, nescio. Pompullius hic primum occurrit (de nomine etiam cf. C. LETTA, in *Necropoli di Fossa* IV 321 adn. 26).

Ex litterarum forma primae aetati imperatoriae tribuerim.

7194 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra et a sinistra fracta, in fronte scalpro dentato passim dolata infra scabra a tergo levigata (69,2) × (47,9) × 18,5. Litt. profunde incisae 6,5–5,1 (v. 4 litt. C minoris mensurae 1,7). Rep. a. 1925 in agro Sulmonensi haud longe a vico *Introdacqua* in praedio, q. d. *Crocifisso* (cf. supra tit. n. 7149), effossionibus in fundo gentis *Alesi* institutis. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



[P]rimae Accai (scil. servae),
[D]eputera Neri (scil. serva)
mater, Verna
[p]ater, Eros amic(us)
5 pos(uerunt).

Im. phot. a M. B. sumpta.

G. PICCIRILLI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* II 1935, 455 n. 1 im. phot. tantum; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 100 n. 82 cum im. phot. (AE 1989, 258); ID., in *Fonti latine e greche* I 323 n.

157; REALI, *Amicitia* 156 n. 101; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 576 n. E185 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.

Puncta in formam trianguli redacta videntur.

Accavi saepius redeunt in titulis Sulmonensibus: vide tit. n. 7156. Nerius autem hic primum occurrit. Cognomen Vernae tit. n. 3098 quoque memoratum. De amicitia vide supra ad tit. n. 7176.

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuenda.

7195 tit. sepulcralis

Cippus, ut videtur, ex lapide calcario a dextra fractus 123 × (20) × 26. Rep. nescio quando fortasse extra Sulmonem in vico *Fonte d'Amore* (cf. supra tit. n. 7156). A. 1892 ANTONIO DE NINO descripsit pro limine aedium domini *Pasquale Dorrucci* adhibitum in praedio *Le Marane* per declive montis *Morrone* sito. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex DE NINO.

Salv[- -]
filiu[s] - -].

A. DE NINO, *NS* 1892, 320 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 317); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 101 n. 83 cum apographo e DE NINO deprompto; ID., in *Fonti latine e greche* I 324 n. 158. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 122; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 254.

1 quomodo lacuna supplenda sit, nescio; an de praenomine muliebri *Salutae* ne de nomine gentilicio *Salvii* vel etiam *Salvidii* vel sim. agatur, incertum; locutio saepius in titulis Paelignis memorata *salve et tu* in mentem mihi quoque venit (cf. ex. gr. infra tit. n. 7197).

Tit. cum n. 7210 fortasse coniungendus.
Primae aetatis imperatoriae esse videtur.

7196 = EE VIII p. 36 n. 144 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a dextra et infra fracta, in fronte expolita, a tergo scabra (74,5) × 52,3 × 15, ad formam portae redacta (de monumento, q. d. porta Ditis, fusius disseruerunt LETTA, in *Epigrafia dei Marsi* 268–269 et passim nec non S. GELICHI, *Quad. Ticin.* 8, 1979, 117–130; etiam vide quae EGO adnotavi, *MEFRA* 94, 1982, 735–741 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 698–705); bibliographiam ampliorem reperies apud S. DIEBNER, *Dial. Arch.* s. 3^o, 5, 1987, 38–39; L. LUSCHI, *Stud. Class. Orient.* 42, 1992 (1994), 241–242 adn. 3; M. DONDERER, *Epigraphica* 56,

1994, 41–45; D. MONACCHI, *Arch. Class.* 51, 1999/2000, 118–119; E. ZUDDAS, *Epigraphica* 66, 2004, 320–321; S. FERRACUTI, in *Poco grano, molti frutti* 125–129; M. TRAMUNTO, in *Comunicazione* 255–258; EAND., in *Est enim ille flos Italiae* 521–525; M. CORONA, *Picus* 29, 2009, 75–110; J. ORTALI, *Ostraka* 19, 2010 (2012), 87–88; E. DUPRAZ, in *Écriture* 223–233). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta supra vultu q. d. protome viri defuncti in aedicula posito ornata; in facie deorsum directa recessus ad figendum adhuc cernuntur. Litt. 5,2–3,5. Rep. a. 1886 in agro Sulmonensi dum via ferrata Romana fit extra portam S. Matthaei in sepulcreto in praedio, q. d. *Zappanotte* (cf. supra tit. n. 7163), inter fundos baronis *Corvi* et canonici *de Mattheis*. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



L(ucio) Sa[t]urio
Optabili filio.

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 2074.VW.83 (cf. neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 6085).

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1886, 429 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 248); inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 36 n. 144; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 310 n. 73. – Cf. MATTIOCCO, *Contributi* 12 cum im. phot. fig. 12; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 286 cum im. phot. 413; DIEBNER, *I. l. s.* 3, 5, 1987, 41 cum im. phot. fig. 21; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 35 ad tit.; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 98 ad tit.; EUND., *Epigraphica* 72, 2010, 376; EUND., in *Studi Giuseppe Papponetti* 58.

Puncta in formam hederæ redacta.


Saec. II p. C. n. dubitanter tribuo.

7197 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra effracta, in fronte levigata adesa autem detrimento inscriptionis a tergo scabra (88,6) × 45,7 × 19,8. Litt. 3,7–11,5. Rep. a. 1980 prope vicum *Campo di Fano* in fundo, q. d. *Corvo* (etiam cf. supra tit. n. 7182). Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.

Salve et tu.
Septimiae -]
Griph[il]la[e].
L(ucius) Ovidius L(uci) filius
5 uxori
p(osuit).

Im. phot. a M. B. sumpta.



MATTIOCCO – PETTINELLI, *Sulmona nei secoli* 11; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 327 cum im. phot. fig. 492 (AE 1984, 332); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 101–102 n. 84 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 324 n. 159; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 578 n. E192 cum im. phot. – Cf. E. MATTIOCCO – F. VAN WONTERGHEM, in *Sulmona* 15 cum im. phot. fig. 17; TUTERI, *Dal silenzio* 52 n. 2 cum im. phot.; EAND., in *Immagini del tempo* 55. 58; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.; G. L. GREGORI, in *Comunicazione* 109.

Puncta in formam circulorum redacta.

1–3 supplevi; omiserunt MATTIOCCO – PETTINELLI; S[- -] | Septi[- -] | Gritt[- -] VAN WONTERGHEM. – 5 uxori pro uxori.


De formula *salve et tu* etiam vide ad tit. n. 7195. Nomen Ovidii fusius pertractavit VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 11–12. 48–50; nomen Septimii redit tit. n. 3137. 7138. Griphilla est cognomen rarum (cf. SOLIN, *Namenbuch*² 1261).

Ex litterarum forma saec. I post medium a. C. n. titulus mihi videtur tribuendus.

7198 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a sinistra in usum posteriorem recte scissa, a tergo levigata 196,3 × (51,2) × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio inverso cincta, cuius pars supra a dextra infra servatur 151,2 × ?. Litt. affabre insculptae 9/3,5. Rep. nescio quando fortasse prope vicum *Introdacqua*. Nunc exstat adhibitus pro stipite aditus ecclesiae campestris S. Iohanni dicatae prope vicum *Introdacqua*, ubi a. 1987 contuli.

D(is) M(anibus).
[S]evero
[- -]ti Macronis
servo
5 [vix]it an(nis) XIII m(ensibus) V d(iebus) V;
Utilis et Cypare
[pare]ntes et Quinta
soror
[e]t sibi
10 p(osuerunt).



Im. phot. a MATTIOCCO sumpta.

E. MATTIOCCO, *La Gazzetta Peligna* 3, 10, 1987, 5 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 102–103 n. 85 cum im. phot. (AE 1989, 259); ID., in *Fonti latine e greche* I 324 n. 160; PANE, *Carta archeologica* 141–142 cum im. phot. – Cf. R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 56. 59; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 100 ad tit.

Puncta in formam circulorum redacta.

3 quomodo nomen supplendum sit, incertum; ex. gr. memoranda nomina sequentia, quae in titulis Sulmone repertis occurrunt, scil. Attius, Brittius, Pontius, Tettius, Vettius. Consul suffectus a. 134 p. C. n. Lucius Attius Macro (cf. E. GROAG, *PIR*² A 1360) mihi quoque in mentem venit.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit, cui temporis dedicatio *D(is) M(anibus)* compediis scripta sane congruit.

7199 tit. sepulcralis

Cippus, ut videtur, ex lapide calcario 84 × 55 × 27. Litt. antiquis (DE NINO teste). Rep. a. 1891 extra Sulmonem in sepulcro aetatis Romanae posterius adhibitus in praedio, q. d. *Tricalle* vel *Tricaglie*, in fundo *Domenico Caracciolo* extra Sulmonem prope vicum *Bugnara*. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi quatenus potui ex DE NINO.

Tertiae
Philotimus
posuit.

A. DE NINO, NS 1891, 60 cum apographo; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 291; BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 103 n. 86 (AE 1989, 260); ID., in *Fonti latine e greche* I 324 n. 161; PANE, *Carta archeologica* 134. – Cf. R. TUTERI, in *Immagini del tempo* 57. 59.

Fuit saec. I medio a. C. n.

7200 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra fracta in marginibus laesa, quae postea usui limini fuit, (46) × (16) × 17. Litt. 4,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Pratola Peligna* in aedibus privatis sitis iuxta semitam *Vico Dentone* sub n. 46. Accessui clausam contuli ut potui a. 2002 ad schedam MATTIOCCO et ad im. phot.

C(aius) Tetius T(iti) f(ilius),
T(itus) Tetius T(iti) f(ilius).

E. MATTIOCCO, *Incontri culturali* 4, 1995, 19–20 cum im. phot. fig. 7; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 104 n. 106 (AE 2004, 479); R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 57. 66 im. phot. fig. 14.

Puncta in formam crucis figuram referentem signata.

Notandum nomen gentile geminatione carens; etiam vide supra ad tit. n. 7147 et n. 7148, ubi laudantur sacerdotes Cereis Vibia Metia T(iti) scil. filia) et A(ula) Tetia Sex(ti) f(ilia).

Ex forma litterarum punctorum saec. I medio a. C. n. saltem tribuerim.

7201 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra cuspidata undique levigata (12) × (19,6) × ?. Litt. ad actuaras transgredientes 2. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Pratola Peligna* muro cuidam interiori affixa ludi pueritiae. Descripsi quatenus potui ex im. phot., quam m. Apr. a. 2016 EZIO MATTIOCCO mihi comiter misit.



Vibiae
Erotini

Im. phot. ab E. MATTIOCCO sumpta.

2 formam *Erotidi* in tit. saepius invenies. – *Erotis* altera tit. n. 7166 quoque laudatur.

Ex litterarum forma saec. III p. C. n. tribuerim.

7202 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata attamen fissuris laesa et calce oblita (22) × (32) × ?. Litt. 7/5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Pratola Peligna* muro cuidam interiori affixa ludi pueritiae. Descripsi quatenus potui ex im. phot., quam m. Apr. a. 2016 EZIO MATTIOCCO mihi comiter misit.



 [- -]+[- -]
 [- -]cio L[- -]
 [- -]tio N(umeri) f(ilio) [- -]
 [- -]acia M+[- -]
 5 p(osuit)

Im. phot. ab E. MATTIOCCO sumpta.
 Puncta in formam aculei insculpta.
 Quomodo ratio nominis recte sit solvenda, nescio.
 Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7203 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a sinistra et a dextra fracta, in fronte et a tergo levigata (38,6) × (18,5) × 3,2. Litt. (6,1)–4,5. Rep. a. 1886 in agro Sulmonensi dum via ferrata Romana fit extra portam S. Matthaei in praedio, q. d. *Zappanotte* (cf. supra tit. n. 7163) inter fundos baronis *Corvi* et canonici *de Mattheis*. Servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 contuli.



-----?
 [- -]PM[- -]
 [- -]IE[- -]
 [- -]T]ych[- -]
 [- -? lib]ert[- -].

Im. phot. ab E. MATTIOCCO sumpta.
 A. DE NINO apud F. FIORELLI, NS 1886, 426 cum apographo (= ID., *Scoperte archeologiche* 244–245); BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1988, 103 n. 87 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 324 n. 162. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 285. Supplementa haud certa. – 3 [- -]CH[- -] DE NINO.
 Ex litterarum forma saec. II p. C. n. esse quoque potest.

7204 tit. sepulcralis

Rutilia C. f. Paulina (de qua vide E. P. FORBIS, *AIPh* 111, 1990, 511 n. 27 et passim; EAND., *Athenaeum* 81, 1993, 498 et passim; EAND., *Municipal Virtues* passim; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 543; etiam vide K. WACHTEL, *PIR² R* 248) et frater C. Rutilius C. f. Gallicus sunt patroni ordinis Augustalium (cf. infra tit. n. 3181); pater ipsorum videtur fuisse Q. Iulius Cordinus C. Rutilius Gallicus cos. II suff. circ. 85 p. C. (de quo M. HEIL, *PIR² R* 167). De nomine gentilicio Rutilii fusius disseruit C. DE SIMONE, *Incidenza dell'antico* 4, 2006, 133–135. De seviris Augustalibus saepius in tit. Corfiniensibus memoratis vide supra ad tit. n. 3144.

Fuit saec. ex. I p. C. n.

3183 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 109; V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 376 n. 10. Exemplum repetiverunt DE BARONI BONANNI, *Relazione* 22; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3995; COLAROSSO MANCINI, *Memorie storiche* 234 n. IV; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 228 n. 41. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 90. 117; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 118. 137. 142. 207 n. 129. 234 n. 351; MATTIOCCO, *Contributi* 12; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 31; EUND., *Forma Italiae* 47. 211; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 118 ad tit.; EUND., *ibid.* 22, 2004, 109 ad tit.; VINCENT, *Jouer pour la cité* 233.

Errores DE BARONI BONANNI et COLAROSSO MANCINI omisi.

De patrono vide HARMAND, *Le patronat* 278; R. DUTHOY, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 142 n. 129; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 270. Nomen Valerii, si excipias VETTER, *Handbuch* 212a = I² 3252 = RIX, *Sabellische Texte* Pg3 = *Imagines Italicae* I 292–293, Paeligni / CORFINIVM 29–30, non redit in tit. Corfiniensibus; gentilicia autem Titii et Cornelii fusius in aliis titulis Corfinii repertis habes [cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 197 (Cornelius). 215 (Titius); de nomine Titii etiam vide G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 55 n. 30].

Saec. II p. C. n. tribuerim.

3184 = CLE 1313. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 383 n. 19; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 6. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4242; CHOLODNIK, *Carmina sepulcralia*² 540; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 228–229 n. 42; COURTNEY, *Musa Lapidaria* 376 n. 178 (etiam cf. p. 166–167); BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 37 n. 31 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 179–180 n. 31); ID., in *Temptanda viast* 6 n. 22. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 53; BESNIER, *De regione Paelignorum* 75. 84–85. 90; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 139. 155. 204–205 n. 98–100. 213 n. 192; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 117. 136; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 47; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 118 ad tit.; EUND., *BDASP* 80, 1990 (1992), 74 adn. 1 n. 1; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 109 ad tit.; FORNI, *Tribù* C129–130; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36; M. MASSARO, *ibid.* 125 n. 35; BRANCATO, *Repertorium* II 93; M. MASSARO, in *Memoria poetica* 85.

10 infas pro infans. – V. 10–15 sunt tres dactyli elegiaci, scil. Hic iacet Optatus pietatis nobilis infas, | cui precor ut cineres sint ia sintq(ue) rosae, | terraq(ue), quae mater nunc est, sibi sit levis oro, | namque gravis nulli vita fuit pueri. | Ergo quod miseri possunt praestare parentes | hunc titulum

nato constituere suo, quos in Italicum sermonem verto hoc modo: “*Qui giace Optatus un bambino di riconosciuta tenerezza, per il quale supplico che le sue ceneri diventino viole e rose, e prego che la terra, divenuta ora la sua madre, gli sia leggera: infatti la vita del bambino non è stata di peso per nessuno. Ed ora l'unica cosa che gli sventurati genitori possono compiere è l'aver fatto innalzare per il loro bambino questo epitafio*” (sermonem Hispanicum reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* II 72 ad n. CLE). De locis similibus, praeter AUCTORES supra laudatos, cf. LATTIMORE, *Themes* 71 et adn. 372; GALLETIER, *Étude* 26. 247; G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 57 adn. 52; L. MONTANINI, in *Lege nunc, viator* 47; F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 187; CUGUSI, *Carmina Latina Sardiniae* 136. Singillatim de locutione *pietatis nobilis infa(n)s* cf. CHR. BADEL, *MEFRA* 114, 2002 (2003), 976. 978 (etiam cf. tit. n. 6409a); de locutione *sint ia sintque rosae* CUGUSI, *Aspetti letterari*² 58. 271 et praesertim M. MASSARO, *Stud. Phil. Valentina* 11, 2008, 310–311; de iuncturis *terra levis et gravis vita* oppositis cf. MASSARO, in *Memoria poetica* 84–85. Nota tribum Palatinam, cui est ascriptus puer, non Sergiam, quae fuit plerumque civium Corfiniensium ingenorum (de tribu Palatina, ex. gr., vide G. FORNI, in *Onomastique latine* 94). De seviris Augustalibus saepius in tit. Corfiniensibus memoratis vide supra ad tit. n. 3144. Cognomen Paelini in tit. Corfiniensibus passim memoratum est (titulos recensui in *Epigraphica* 79, 1997, 246). Nomen gentilicium Caecilii invenies in tit. Corfiniensibus (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 195); nomen Licinii autem ad tit. n. 7240 tantum redit.

Saec. I ex. p. C. n. fuisse videtur.

3185 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 109; V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 376 n. 26; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 574. 679. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 229 n. 43. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 90; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 139. 214–215 n. 199–200; EUND., *Antiche genti* 32; EUND., *Forma Italiae* 47. 130. 163; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 118 ad tit.

De seviris Augustalibus saepius in tit. Corfiniensibus memoratis vide supra ad tit. n. 3144. Nomen gentilicium Luceii fusius in tit. Corfiniensibus redit (cf. quae scripsi in *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 202 et in *Suppl. It.*, I. I. 151).

Fuisse potest I saec. p. C. n. ex.

3186 Cippus ex lapide calcario in fronte, a tergo et ab utroque latere levigatus, corona crepidineque undique prominentibus ornatus 105,7 × 59,8 × 34,8. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 50,2 × 35,3. Litt. affabre insculptae 4,2/2,1 (altera vocalis O vocabuli *Fortunato* minoris mensurae 1,5). Puncta triangularia et in formam aculei sagittae insculpta. A. 1982 vidi inter reposta ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli et im. phot. quatenus potui sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0004772–73).

Exemplum repetiverunt A. DE NINO, in fasciculo manuscripto servato Romae in *Archivio Centrale dello Stato*. MPI. AABBA. *Antichità e Scavi. I versamento*, b. 6, fasc. 9–5. 11 (anni 1878) cum im. del.; ID., *ms.* III cum im. del.; COLELLA, *Inventarium ms.* n. B. 69; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 229 n. 44. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 90; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 139. 183. 209 n. 148–149. 217; EUND., *Antiche genti* 46; EUND., *Forma Italiae* 47. 139; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 118–119 ad tit.; A. BENCIVENGA, *Incontri culturali* 18, 2012, 17.



1 *Mecio* haud recte COLELLA.

Nomen gentilicium Fadii hic primum in tota regione Paeligna occurrit. Nota Caium Maecium Fortunatum sevirum Augustalem tit. n. 7264 quoque redire, in quo titulo enumerantur, ut videtur, liberti collegii funeratici cuiusdam, qui de sua pecunia monumentum sepulcrale fecerunt.

Ex litterarum forma temporis spatio inter saec. I ex. p. C. n. et saec. II in. comprehenso tribuendus esse videtur.

3187 Stela ex lapide calcario supra et infra et a dextra fracta, in latere sinistro foramine perterebrata (67) × (29) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio foliis ornato cincta, cuius pars a sinistra tantum servatur. Litt. 5,1–2,9. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo DE NINO titulum pleniorum recognovit, nempe Corfinii pro crepidine in fundamentis muri ecclesiae cathedralis S. Pelini extrinsecus inserta, ubi a. 1982, 1986 et 1999 contuli quatenus potui et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0004774).

Exemplum repetiverunt LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 70 (ubi sic legitur: “*Epigrafe sepolcrale che è posta alle fondamenta della Cattedrale lato est di che entra, lato esterno. Visibile solo a metà. Si è potuta leggere solo il 7 agosto 1960 durante il rifacimento del selciato interno alle fondamenta a protezione delle medesime*”); BUONOCORE, *Iscrizioni latine* 33 n. 23 cum im. phot. fig. 29; ID., in *Fonti latine e greche* I 229 n. 45; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 557 n. E134 cum im. phot. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 85. 90; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 139. 155. 194 n. 20–24. 224 n. 274–277. 236 n. 361. 242 n. 458. 244 n. 492 et 499 cum im. phot. tab. XXII fig. 31; EUND., *Antiche genti* 14. 46; EUND., *Forma Italiae* 47. 163; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 119 ad tit.; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BRANCATO, *Repertorium* II 94; A. BENCIVENGA, *Incontri culturali* 18, 2012, 17.

5 *Vibiae* recte iam VAN WONTERGHEM (etiam cf. LETTA, *Stud. Etr.* 44, 1976, 278).

De seviris Augustalibus Corfiniensibus vide supra ad tit. n. 3144. Cognomen Paelini in titulis Corfiniensibus passim memoratum est (titulos recensui in *Epigraphica* 79, 1997, 246). Nomen gentilicium Petruculeii in tota regione Paeligna hic solum occurrit; nomina autem Vibii et Accii fusius redeunt (cf. quae scripsi in *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 217 [Vibius]. 188 [Accius] et in *Suppl. It.*, I. I. 205. 194).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3188 = ILS 5273. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 109; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 239. 365. Exemplum repetiverunt WALTZING, *Corporations* II 405–406 n. 1550; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4012; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 229–230 n. 46. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 117; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 183. 193 n. 10. 197 n. 43–44. 201 n. 78. 202 n. 88. 207 n. 130–132. 211 n. 168–169. 216 n. 214–215. 220 n. 254–255. 222 n. 265. 228 n. 304. 235 n. 358. 240 n. 413. 241 n. 421. 242 n. 444. 243 n. 488; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 106; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 13. 20. 21. 23. 24. 31. 34. 45. 54; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 128. 131; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 119. 125. 163. 167. 171. 195; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 119 ad tit.; DEMOUGIN, *Prosopographie* 207; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 109 ad tit.; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 38. 43; SEAR, *Roman Theatres* 152; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; M. VALENTI, *ibid.* 129; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 55; R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 54; VINCENT, *Jouer pour la cité* 244 (etiam vide CMC n. 2. 14–15. 28–29. 78–80. 107–109. 135. 137. 155–156. 166. 192. 233. 236. 238. 244. 248).

In hoc titulo viginti duo scabillarii saltem enumerantur, de quorum collegio vide BONARIA, *Mimorum Romanorum Fragmenta* 2, 161. 189 n. 1256, G. CAMODECA, in *Pompei* 333 et praesertim VINCENT, *l. l.* passim. De vocabulo *opera* vide *ThLL* IX 2, col. 665 lin. 50 (cf. etiam tit. huius Corporis vol. XI 4813 = ILS 5272, in quo memorantur scabilliariorum nempe scabilliariorum operae veteres a scaena). Nomina gentilicia Ancilii, Attidii, Honorii et Vesclarii in tota regione Paeligna hic solum occurrunt; cetera autem nomina, scil. Accaui, Aufidii, Cornelii, Helvii, Lucilii, Octavii Peticii, Salavii fusius in titulis Corfiniensibus redeunt: cf. quae scripsi in *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 188 [Accaus; etiam vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 449–460], 193–194 [Aufidius], 197 [Cornelius], 200 [Helvius; etiam vide HAACK, *Prosopographie* 60], 202 [Lucilius], 206 [Octavius], 207 [Peticus], 211 [Salavius]; de nomine gentilicio Aufidii vide MATHIEU, *Aufidii* (tit. laudatus ad p. 249 n. 608); de gente Lucilia DEMOUGIN, *Prosopographie* 206 adn. 3.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

3189 = ILS 7638. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 385 n. 29. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4187; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 230 n. 47. – Cf. G. PICCIRILLI, *Riv. abruzzese* 12, 1959, 3; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 179. 193 n. 11. 213 n. 194; EUND., *Antiche genti* 13. 20; EUND., *Forma Italiae* 167; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 119 ad tit.; VINCENT, *Jouer pour la cité* 233.

2–3 *acuario* pro *aquario* (cf. *ThLL* II 2, col. 366 lin. 75). – 4 *posit* pro *posuit*.

Nomen gentilicium Lollii redit in titulis Corfinii repertis (vide, quae scripsi in *Epigraphica* 79, 1997, 249); de Accavo BUONOCORE, *Suppl. It.*, *l. l.* 159.

Fuisse potest I saec. p. C. n.

3190 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 545. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4216; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 230 n. 48. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 179. 203 n. 96. 204 n. 115. 241 n. 425; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 127; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 167; BUONOCORE, *Suppl. It.*

3, 1987, 119 ad tit.; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 41. 44.

3 in *vius* pro *vivus*. – 7 *contibernali* pro *contubernali*.

De officio pistoris cf., ex. gr., L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 71 et quae scripsi infra ad tit. n. 7259. Nomen gentilicium Bittii hic primum occurrit; de nomine Cervii praeter BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 196 etiam vide F. SCIARRETTA, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 75, 2002, 10.

Fuisse potest saec. I medii p. C. n.

3191 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4295; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 230 n. 49. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 218 n. 233. 219 n. 240; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 119–120 ad tit.; EUND., in *Temptanda viast* 2 adn. 8.

2 *Philarguro* pro *Philargyro*. – Nomen gentilicium Nasii hic primum occurrit; de Marcio infra ad tit. n. 7264. 7310 (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 203). De libertino Pisaurensi appellato vide tit. huius Corporis vol. XI p. 941 (cf. tit. huius Corporis vol. II 4165); de re universa CRESCI MARRONE – MENNELLA, *Pisaurum* 71–72.

Cui aetati titulus tribuendus sit, nescio; fuisse potest saec. I vel potius II p. C. n.

3192 = ILS 7667. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 387 n. 42. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4223; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 230 n. 50. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 179. 226 n. 290–291; M. DE GIOVANNI, *Abruzzo* 9, 1971, 202; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 120 ad tit.; R. ANTONINI, *Quad. Ling. Urbino* 9, 1997, 51.

4 *posit* pro *posuit*.

De officio tectoris vide N. BLANC, *MEFRA* 90, 1983, 880. 904 et passim (cf. etiam, ex. gr., L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 71). Nomen Pulfidii redit tit. n. 3200 = 7272. 3259 (de quo nomine disseruit H. SOLIN, *Epigraphica* 69, 1997, 331–332).

Fuisse potest I saec. p. C. n.

3193 = ILS 7553 = CLE 209 adn. Stela ex lapide calcario in fronte adesa undique in usum posteriorem recte et transverse abscisa (198,3) × (61,8) × 20,3 circ. Litt. affabre insculptae 8,9–4,1. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo MOMMSEN descripsit et BRUNN una cum DRESSSEL recognovit, nempe Corfinii in fundamentis muri sacrarii S. Alexandri extrinsecus inserta, ubi a. 1982, 1986 et 1999 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 7853. 7856. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0004760. 4775–77).

De traditione manuscriptorum vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 385 n. 27. Exemplum repetiverunt WILMANN, *Exempla* 2555; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4221; CHOLODNIK, *Carmina sepulcralia*² 1021; BUONOCORE, *Iscrizioni latine* 15–16 n. 6 cum im. phot. fig. 8. 11; ID., in *Fonti latine e greche* I 230 n. 51; ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 37 n. 32 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 180 n. 32); ID., in *Temptanda viast* 17 n. 14*; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 555–556 n. E130. – Cf. BÜCHELER, *Kleine Schriften* I 159; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 176. 180. 210 n. 158–160. 231 n. 331; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 119. 126. 138. 150; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 162. 181; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 120 ad tit.; EUND., *BDASP* 80, 1990, 74 adn. 1 n. 2; CHIOFFI, *Caro* 134; R. BARBERA, *ZPE* 139, 2002, 287; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 109; BRANCATO, *Repertorium* II 94.



2 *Antiocheni* haud recte WILMANNUS. – 3 *C(ai) l(ibertus)* potius quam *C(ai) f(ilius)* BARBERA. – 6 *Tertula* pro *Tertulla*. – 8 *Idonius* pro *Idoneus*. – 9 *caliculis* pro *caligulis* (cf. *ThLL* III 1, s. v. *caligula*, ubi alia bibliographia invenitur; *caligulae* sunt calceamenta ligamentis praedita; etiam vide C. ZANDER, *Arch. Lex. Gram.* 6, 1889, 528; K. E. GEORGES, in *Lexicon der lateinischen Wortformen*, Leipzig [= Hildesheim 1967], 109).

De locutione v. 9–12, quam BÜCHELER haud recte “poetica quaedam rudimenta” ostendere censuit, scil. *qui caliculis lana | pelliculis vitam | toleravit suam; tu qui | legis vale et cum voles venito!* (in sermonem Italicum verto “il quale ha sostenuto la propria vita dedicandosi al lavoro delle calzature, della lana e delle pelli; tu che leggi (questo epitafio) stai bene e vieni quando vorrai”) cf. G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 35; R. HERNÁNDEZ PÉREZ, in *Asta ac pellege* 74–75; F. SOCAS GAVILÁN, *ibid.* 188. De locutione v. 11–12, scil. *tu qui legis vale et cum voles venito*, praeter M. T. SBLENDORIO CUGUSI, *Ostraka* 19, 2010, 54 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1210) praesertim vide P. KRUSCHWITZ, in *Ex officina* 209 n. 27 et passim. De officiis, ut sane elicitur ex iunctura *caliculis* nempe *caligulis, lana, pelliculis*, etiam vide M. CORBIER, in *Romanisation du Samnium* 158. Nomen gentilicium *Statii* hic primum occurrit; nomen autem *Gavii* redit in titulis *Corfiniensibus* (cf. quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l. 140). BARBERA, l. l. recenset tit. urbanum huius *Corporis* vol. VI 18895, ubi laudatur *Gavia Tertulla* altera, inde non excludit quamquam dubitanter, quominus *Gavii* urbium *Romae Veronae*que et *Gavii Corfinii* inter se aliquo modo coniungi possint.

Ex litterarum forma saec. I p. C. tribuerim.

3194 Desideratur. – Tabula ex lapide calcario, ut videtur, undique in usum posteriorem recte et transverse abscisa, in fronte scalpro dentato dolata. Puncta triangularia. Contuli quatenus potui ex im. phot. neg. *Arch. Sopr. Chieti* n. 7875. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0004778).

De traditione manuscriptorum vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 386 n. 41; BUONOCORE, *Tradizione*

manoscritta n. 633. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 231 n. 52. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 193 n. 12. 239 n. 389. 240 n. 396. 399; EUND., *Forma Italiae* 162. 167; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 120 ad tit.

De nomine gentilicio *Accavi*, saepissime in titulis *Corfiniensibus* memorato, vide praesertim quae scripsit VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12–21.

Ex litterarum forma saec. I p. C. tribuerim.

3195 Fragmenta duo ex lapide calcario ad eandem tabulam pertinentia inter sese non coniuncta, in fronte scalpro dentato dolata undique in usum posteriorem recte et transverse abscisa. Litt. affabre insculptae. Etiam hodie eodem loco, quo MOMMSEN descripsit et DRESSEL recognovit, nempe *Corfinii muro sacrarii S. Alexandri* extrinsecus loco edito inserta, ubi a. 1982, 1986 et 1999 quatenus potui contuli et im. phot. sumpsit. Neg. *Arch. Sopr. Chieti* n. 7859. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0004779–81).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 109; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 657. Exemplum repetiverunt ID., *Iscrizioni latine* 29–30 n. 18 cum im. phot. fig. 23–24; ID., in *Fonti latine e greche* I 231 n. 53; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 556 n. E131 cum im. phot. (tit. n. 3195 a). 552 n. E119 cum im. phot. (tit. n. 3195 b). – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 193 n. 13. 243 n. 471; EUND., *Antiche genti* 13. 17. 20. 21; A. PELLEGRINO, *Arch. Class.* 31, 1979, 352; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 162. 167; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 120.

2 *[P]ostum[a vel -us]* recte iam VAN WONTERGHEM cogitans (*Antiche genti*, l. l. 18) haec fragmenta ad tit. n. 3159 tribuenda esse, cum quo H. DEVIJVER (apud *PME* II 960) et PELLEGRINO quoque consentiunt; res autem mihi non persuadet (etiam cf. DEMOUGIN, *Prosopographie* 175, quae rem suspensam tenet). Utrum vir huius tituli, scil. *Accaus Postumus*, ut videtur, idem ac *Accaus Postumus* memoratus apud SEN. *Contr.* 7,6,20 (A. STEIN, *PIR*² A 23) sit necne, incertum (vide VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 21). De nomine gentilicio *Acca(v)i* supra ad tit., qui praecedat.

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

3196 = I² 1779 (cf. p. 1039 cum im. phot. tab. 79 fig. 6) = *ILS* 7826a. Plinthus ex lapide calcario infra imminuta undique levigata (20,1) × 48,5 × 42,8. Litt. affabre insculptae 3,8/3,6. Puncta triangularia. A. 1982 enotavi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92568), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0000742) et ectypum (inv. n. EC0002358).

Exemplum repetiverunt ZVETAEFF, *Inscriptiones Italiae Mediae* 14; PLANTA, *Grammatik* 258; CONWAY, *Italic Dialects* 227; A. DE NINO, *RASLA* 9, 2, 1894, 96; COLELLA, *Inventarium ms.* n. B. 2; VETTER, *Handbuch* 215–216; PISANI, *Testi latini arcaici*² 108; TUTERI, *Solymon* 87 n. 45; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 231 n. 54; G. MARTELLA, *Abruzzo* 26/28, 1998/2000, 72; RIX, *Sabellische Texte* Pg32; *Imagines Italicae* I 276, Paeligni / CORFINIVM 13 cum im. phot.; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 518 n. E12 cum im. phot. – Cf. BÜCHELER, *Kleine Schriften* II 338; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 192 n. 4; EUND., *Antiche genti* 13. 17 cum im. phot. tab. II fig. 4; A. PELLEGRINO, *Arch. Class.* 31, 1979, 353; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 512; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 167; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 120 ad tit.; E. CECCARONI, in DE NINO, *Lettere* 110; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 109; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 124; E. DUPRAZ, in *Onomastica* 334; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85.

Saluta Acca L(uci scil. filia) legendum (vide KAJAVA, Praenomina 69); Saluta Acca l(iberta) OMNES; saluta acca(ua) l(oiferta) I. KAJANTO, Arctos 7, 1972, 17.

De praenomine muliebri Salutae, praesertim in titulis Osce scriptis laudato, vide KAJAVA, *l. l.* 68–69 (de locutione *salutem* cogitat haud recte PISANI, *l. l.*). De nomine gentilicio Acca(v)i supra ad tit. n. 3194; etiam vide DUPRAZ, *Vestins* 442.

Forma litterarum ad saec. I a. C. n. medium saltem adducit.

3197 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 231 n. 55. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 193 n. 14. 240 n. 400; EUND., *Antiche genti* 13. 20; A. PELLEGRINO, *Arch. Class.* 31, 1979, 353; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 167. 178; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 120–121 ad tit.

3 [C]oxa suppleverim (cf. tit. n. 3138 in finitimo pago Lavernis erutum, in quo magister quidam memoratur, cui nomen Lucius Tattius Titi filius Coxsa).

De nomine gentilicio Acca(v)i supra ad tit. n. 3194.

Fuisse potest saec. I a. C. n. ex.

3198 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 577. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 231 n. 56. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 194 n. 25–27; EUND., *Antiche genti* 14; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 129. 150; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 163; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.; BRANCATO, *Repertorium* II 92.

2 *posierunt* pro *posuerunt*. – 5 [A]thabis non excludit H. SOLIN, *Arctos* 47, 2013, 284.

De nomine gentilicio Accii vide, quae scripsi in *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 188; cf. etiam tit. n. 7328, in quo memoratur Accia Lucii filia quaedam.

Non excludo, quin saec. I ex. a. C. n. fuisse possit.

3199 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 231 n. 57. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 203 n. 92. 238 n. 374–377; EUND., *Antiche genti* 48; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.

2–3 *Av[i]ll[i] Prisci* MOMMSEN; *Av^ell[i] Prisci* malim.

Si recte interpretatus sum, Agathemerianus esse potest servus munificentissimi civis saec. II ex. p. C. n., scil. Quinti Avelii Quinti filii Prisci Severii Severi Annavi Rufi tit. n. 7242 memorati, qui fuit flamen divi Augusti cuiusdam, pontifex Laurentium Lavinatium nec non patronus civitatis Corfiniensium et omnibus honoribus municipii functus, ob quos honores munus gladiatorium edidit, ludos scaenicos et ludos deae Vetidinae dedit, balineum muliebre ex nomine suo nuncupatum fecit, epulationes divisionesque universis civibus distribuit. Quinti Avelii fusius in tit. Corfiniensibus memorantur (cf. etiam VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12. 29. 48. et BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 193).

Si recte intellexi, saec. II ex. p. C. n. tribuo.

3200 Vide infra tit. n. 7272.

3201 Tabula ex lapide calcario in fronte perquam adesa a tergo scabra 56,2 × 49,8 × 21,2. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 39,8 × 38,2. Litt. 6,8/3,5. Puncta triangularia. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 7760. 7882.

De traditione manuscriptorum vide G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 113. Exemplum repetiverunt LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 30 et BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 231 n. 59. – Cf. VAN WON-

TERGHEM, *Corfinium* 238 n. 377–378. 241 n. 438. 243 n. 469. 244 n. 493; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 119; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.

3 *coiugi* pro *coniugi*. – 4 de forma *Pierin-* pro *Pierid-* vide H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 141. – 5 *Ianuarii* pro *Ianuariae* (de casu dat. sing. in *-ai* cadente cf. inter al. M. ZANARDI, *Stud. It. Filol. Class.* n. s. 10, 1933, 147–160).

De verbo *v(ivit)* usque in aetatem Neronianam communi vide R. FRIGGERI – C. PELLI, *Tituli* 2, 1980, 95–172.

Ex forma litterarum temporis spatio inter saec. I ex. a. C. n. et saec. I in. p. C. n. tribuenda mihi esse videtur.

3202 Plinthus ex lapide calcario undique levigata 25,2 × 55,2 × 55,1. Litt. affabre insculptae 6,9–5,1. Puncta triangularia. A. 1982 enotavi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli. Cf. eotypum in ACE sub n. (inv. n. EC0012717).

Exemplum repetiverunt COLELLA, *Inventarium ms.* n. B. 24; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 232 n. 60; G. MARTELLA, *Abruzzo* 26/28, 1998/2000, 72; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 517 n. E9 cum im. phot. – Cf. BÜCHELER, *Kleine Schriften* II 338; T. P. WISEMAN, *Historia* 14, 1965, 334; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 196 n. 37; EUND., *Ritratti* 13; EUND., *Forma Italiae* 145; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.; E. CECCARONI, in DE NINO, *Lettere* 110; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 109; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 124; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293.

Nomen gentilicium Alfidii in tota regione Paeligna hic solum occurrit; de re universa vide M. CHRISTOL, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 262–264. De nomine gentilicio Taracii pro cognomine adhibito vide H. SOLIN, in *Metrische Inschriften* 206.

Ex forma litterarum alteri parti saec. I a. C. n. tribuendum.

3203 Tabula ex lapide calcario supra et infra fracta, in usum posteriorem resecta, in fronte levigata, a tergo paulum scabra (34,5) × (54,3) × 25,2. Litt. 2,5/2,3 (de vocalibus apicibus notatis v. 7–9 vide R. P. OLIVER, *AJPh* 87, 1966, 129–170; etiam cf. supra ad tit. Sulmonensem n. 7149). Puncta triangularia in fine versus quoque signata. A. 1982 non vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0004782–83).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 232 n. 61. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 196 n. 41–42. 235 n. 352. 240 n. 418. 242 n. 447. 243 n. 474; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 109–110; BRANCATO, *Repertorium* II 96.



1–6 nunc desiderantur. – 9 *filis* pro *filiis* (nota I simplicem pro I gemina).

Nomina gentilicia Ampii et Varii hic primum occurrunt (Lucius Varios alios invenies in finitima regione Superae-

quana; cf. BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 9, 1984, 216). De nomine gentilicio Ampii fusius disseruit M. LILLI, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 34, 2009, 47–48.

Ex litterarum forma alteri parti saec. I p. C. n. vel potius saec. II in. tribuerim.

3204 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 233 n. 62. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 196 n. 38. 197 n. 46; EUND., *Antiche genti* 12; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.

Enumerantur, ut videtur, feminae duae, scil. *Annava* [a - -] et *Alli* [a vel -dia - -] (in titulis eiusdem loci Allii et Allidii tantum memorantur; cf. BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 9, 1984, 190).

Cui aetati titulus tribuendus sit, nescio.

3205 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 232 n. 63. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 198 n. 55–56; EUND., *Forma Italiae* 163; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.

Nomen gentilicium Annioleni redit tit. n. 7333.

Fuisse potest saec. I p. C. n., in dubio autem maneo.

3206 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 109; V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 386 n. 32. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 232 n. 64. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 198 n. 57. 240 n. 408. 243 n. 483; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.

Anteus hic solum in tota regione Paeligna occurrit.

E locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. fuisse videtur.

3207 Stela ex lapide calcario in parte media foramine rotundo terebrata (176,2) × (61,8) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata caelo dolata superne nec non ab utroque latere fascia infra autem cymatio inverso cincta est, 156,2 × 46,1. Litt. 5,5–2,2. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo BRUNN et DRESSEL recognoverunt, nempe Corfinii muro sacrarii S. Alexandri exstrinsecus inserta, ubi a. 1982, 1986 et 1999 contuli et im. phot. sumpsi. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 7857. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0004784).

De traditione manuscriptorum vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 385 n. 24; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 240. 570. Exemplum repetiverunt ID., *Iscrizioni latine* 12–13 n. 2 cum im. phot. fig. 6; ID., in *Fonti latine e greche* I 232 n. 65; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 553–554 n. E123 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 199 n. 58–59. 204 n. 103; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 138; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 162; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121 ad tit.; BRANCATO, *Repertorium* II 95.

Nomen gentilicium Antonii redit in tit. eiusdem loci (cf. BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 9, 1984, 192); nomen Caerellii autem hic primum occurrit (de gente Caerellia vide N. LAPINI, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo II 435–448).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

3208 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 232 n. 66. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 199 n. 65; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 121–122 ad tit.

Nomen Apicii hic primum occurrit.


Cui aetati titulus tribuendus sit, incertum; fuisse potest saec. I a. C. n. ex.

3209 Vide infra tit. n. 7265.

3210 = I² 1780 (cf. p. 1039 cum im. phot. tab. 81 fig. 1) = ILS 7826a. Stela fastigio praedita ex lapide calcario, in tympano rosa ornata, a sinistra in margine superiore fracta, in

fronte superiore scalpro dentato levigata, infra rudis a tergo scabra 96,8 × 36,9 × 17,5. Litt. 7,5–6,5. Puncta triangularia. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini et im. phot. sumpsi; nunc exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 92599), ubi m. Oct. a. 2018 denuo contuli. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 6525–6526. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0000743. 4785–87).

Exemplum repetiverunt P. DESTEPHANIS, *Album pittorico* 1859/60, 77 n. V; WILMANN, *Exempla* 192b; COLAROSSO MANCINI, *Memorie storiche* 237 n. IV; TUTERI, *Solymon* 93 n. 76; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 233 n. 68; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 596–597 n. E251 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 202 n. 83–84; EUND., *Antiche genti* 24 cum im. phot. tab. VI fig. 14; E. RICCI, *Superaequum* 146; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 213; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 122 ad tit.; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 514; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 110 ad tit.; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; E. DUPRAZ, in *Écriture* 207.



2 *Apamie* male DESTEPHANIS; *Apamiae* pro *Apameae*. – 3 *M. Aufidius* male DESTEPHANIS. – 4 *posit* pro *posuit*.

Nomen gentilicium Aufidii fusius in titulis eiusdem loci occurrit (cf. BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 9, 1984, 193–194; etiam cf. MATHIEU, *Aufidii* 238 n. 59. 240 n. 135).

Ex litterarum forma saec. I a. C. n. medio tribuerim.

3211 = I² 1782 (cf. p. 1040 cum im. phot. tab. 81 fig. 3). Stela fastigiata ex lapide calcario in fronte superiore passim scalpro dentato levigata infra rudis a tergo scabra 78,8 × 34,5 × 13,5. Litt. 4,1/3,8. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini et im. phot. sumpsi; nunc exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 92553), ubi

m. Oct. a. 2018 denuo contuli. Neg. Arch. Sopr. Chieti n. 6529. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0000745. 4788).

Exemplum repetiverunt P. DESTEPHANIS, *Album pittorico* 1859/60, 76 n. IV; COLAROSSO MANCINI, *Memorie storiche* 237 n. II; TUTERI, *Solymon* 93 n. 75; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 233 n. 69; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 595–596 n. E249 cum im. phot. – Cf. G. DAVIS CHASE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 6, 1897, 164; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 202 n. 85; EUND., *Antiche genti* 23 cum im. phot. tab. VI fig. 15; E. RICCI, *Superaequum* 146; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 213; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 122 ad tit.; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 514; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 110 ad tit.; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; E. DUPRAZ, in *Écriture* 207.

De nomine gentilicio Aufidii vide supra ad tit., qui praecedit (etiam cf. MATHIEU, *Aufidii* 238 n. 27. 241 n. 333, qui autem errore Sulmoni tit. tribuit).

Ex forma litterarum et monumenti (de qua forma cf. DUPRAZ, *Vestins* 440) saec. I medio a. C. n. tribuerim.

3212 = I² 1781 (cf. p. 1040 cum im. phot. tab. 81 fig. 2). Stela fastigiata ex lapide calcario in tympano rosa ornata, in fronte superiore scalpro dentato levigata, infra rudis, a tergo scabra 64,5 × 38,2 × 12. Litt. 7,5–6,5. Puncta triangularia sursum directa. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini et im. phot. sumpsit; nunc exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 92558), ubi m. Oct. a. 2018 denuo contuli. Neg. Arch. Sopr. Chieti n. 6528–6530. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0000744. 4789).

Exemplum repetiverunt P. DESTEPHANIS, *Album pittorico* 1859/60, 77 n. IV; WILMANN, *Exempla* 192a; COLAROSSO MANCINI, *Memorie storiche* 237 n. IV; TUTERI, *Solymon* 93 n. 77; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 233 n. 70; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 596 n. E250 cum im. phot. – Cf. A. SCHULTEN, *Philologus* 53, 1894, 641; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 202 n. 86–87; EUND., *Antiche genti* 23 cum im. phot. tab. VI fig. 13; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 123. 129. 138. 150; E. RICCI, *Superaequum* 146; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 213; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 122 ad tit.; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 514; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 110 ad tit.; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; E. DUPRAZ, in *Écriture* 207.

3 poseit i. e. posit pro posuit.

De praenomine *Olus*, i. e. Aulus, disseruit SALOMIES, *Vornamen* 24–25 et passim cum amplissimo commentario titulis collectis; de nomine gentilicio Aufidii supra ad n. 3210 (etiam cf. MATHIEU, *Aufidii* 238 n. 82).

Ex forma litterarum et monumenti (de qua forma cf. DUPRAZ, *Vestins* 440) saec. I medio a. C. n. tribuerim.

3213 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 233 n. 71. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 202 n. 90; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 122 ad tit.

1 de formula *viv(it)* vel *viv(us)* usque in aetatem Neronianam communi vide R. FRIGGERI – C. PELLI, *Tituli* 2, 1980, 95–172.

Lucium Avidium alterum tit. 7265 (= 3209) invenies.

Cui aetati titulus tribuendus sit, incertum; fuisse potest saec. I ex. a. C. n. (nota virum cognomine carentem).

3214 Vide infra tit. n. 7286.

3215 = ILS 8443. Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4281; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 233 n. 73. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 84.

85; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 204 n. 101. 225 n. 283; EUND., *Antiche genti* 55; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 129. 138; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 238; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 122 ad tit.; EUND., in *Temptanda viast* 2 adn. 8; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102. 104. 105.

6 *qaerella* pro *querella* (etiam cf. C. LETTA, *Athenaeum* 57, 1979, 406).

De locutionibus *sine querella* (v. 6) et *laboribusque eius* (v. 9) cf. ex. gr. LATTIMORE, *Themes* 279 cum adn. 107; etiam vide tit. publici iuris factum a N. CAMBI, *Die Sarkophage der lokalen Werkstätten im römischen Dalmatien* (2. bis 4. Jh. n. Chr.), Split 2010, n. 4, ubi legitur *Aurelia Alexandria Aureli(o) Alexa(andro dec(urioni) col(oniae) | Salon(itanorum) bene merenti posuit | e suis laboribus*. Nomina gentilicia Caecilii et Pompullii redeunt in tit. Corfiniensibus (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 195 [Caecilius]. 209 [Pompullius]). De monna i. e. *uxor* vide *ThLL* VIII 9, col. 1422.

Ex nominum ratione (nota Pompullium Antiochum praenomine carentem) et ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis exarata saec. III p. C. n. fuisse videtur.

3216 = I² 1783 (cf. p. 1040). Epistylum lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis compositum in fronte levigatum 31 × 153,5 × circ. 15. Litt. affabre insculptae 10. Puncta triangularia. Servatur prope vicum *Aielli Stazione* in regione vulgo dicta *Cipressa* muro cuidam interiori affixum supra caminum cauponae *Al Castello* nuncupatae, ubi m. Febr. a. 2016 CESARE CASTELLANI contulit et im. phot. sumpsit. Gratias ago maximas amico CASTELLANI, qui me certiore fecit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0015976).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 234 n. 74. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 205 n. 109–110; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 138; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 178. 181, qui titulum contulit; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 122 ad tit. 3; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; H. SOLIN, *Arctos* 48, 2014, 412–413.



1 *Magula* fortasse pro *Magulla*. – 2 *Scina* cognomen aliunde ut videtur ignotum fortasse pro *Sc(h)ina*. Tit. urbano huius Corporis vol. VI 12806 memoratur Sex. Aveius Longinae l(ibertus) Schinus quidam saec. II p. C. n. (de quo cognomine vide J. ANDRÉ, *Les noms de plantes dans la Rome antique*, Paris 1985, 229). De re universa vide SOLIN, *l. l.*, qui me certiore fecit per litteras d. 6 m. Mart. a. 2015.

De nomine Caesii cf. NATALE, *Fossacesia* 93.

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

3217 (cf. p. 679) = I² 1786 (cf. p. 1040 cum im. phot. tab. 82 fig. 1). Stela ex lapide calcario a dextra in margine superiore et infra fracta, in fronte levigata nec non passim scalpro dentato dolata, a tergo scabra (20,8) × (19,8) × 13,1.

Litt. 4,1–3,5. Puncta triangularia sursum directa (nota formam puncti versus 2). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.* inv. n. 92548), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0000747. 4790).

Exemplum repetiverunt COLELLA, *Inventarium* ms. n. B. 67; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 234 n. 75; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 540 n. E81 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 214 n. 198. 241 n. 422; EUND., *Antiche genti* 31; EUND., *Forma Italiae* 130; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 122 ad tit.; A. RUSSI, in *Transumanza* 70; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 515; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 110 ad tit.; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85.



1 *Calli[tano]* temptavit Russi, qui de hoc cognomine fusius disputavit.

Titulum sic legerim (etiam cf. I² 1786): *Calli[do] | Lucei* (i. e. *Lucei*) *L[uci] [ser(vo)] | Felix po[suit]* vel potius *po[sit]*.

Nomen gentilicium Luceii fusius in titulis Corfinii repertis memoratur (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 202).

Ex litterarum forma saec. I a. C. n. medio tribuerim.

3218 (cf. p. 679) = I² 1784 (cf. p. 1040). Cippus ex lapide calcario supra a dextera et infra fractus, in fronte dolatus (17,2) × (48,1) × ?. Litt. 8,1/7,9. Puncta triangularia. A. 1982 vidi et contuli Corfinii adhibitum pro gradu scalarum aedium *Anna Di Nino* iuxta viam *Teatro* sitarum; im. autem phot. sumere non potui.

Exemplum repetiverunt DE NINO, *ms.* I cum im. del.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 234 n. 76. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 205 n. 111; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 123 ad tit.; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 515; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 110 ad tit.; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85.

2 nunc deperditus.

Memoratur vir quidam, cui nomen Sextus Caneius Sexti libertus C[- -]. Nomen gentilicium Caneii in tota regione Paeligna hic primum occurrit.

Ex litterarum forma alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

3219 Stela ex lapide calcario fastigio minus prospiciente cum acroteriis in fronte et a tergo levigata 116,2 × 40 × 31,2. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio inverso cincta 80,1 × 36,8. Litt. 4,5/2,3 (littera T in fine v. 6 minoris mensurae exculpta 0,9); dedicatio in fastigio incisa. Puncta in calculae formam in fine v. 3 quoque signata. Nunc exstat Corfinii muro aedium domini *Panfilo*

di Loreto iuxta viam *Giulio Cesare* sitarum inserta, ubi a. 1982 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0004791).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4007; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 234 n. 77. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 85; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 206 n. 124–127; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 123 ad tit.



6 *pater* lapis; 8 CORF MOMMSEN supra et recognovit DRESSSEL, CORF lapis.

Cypare videtur fuisse publica, ex eo, quod fuit mater Castorini Corfiniensium servi; vide HERMANN-OTTO, *Untersuchungen* 199 adn. 11; WEISS, *Sklave* 204 n. 81 (etiam cf. p. 238 n. L24); E. CIMAROSTI, in *Donna e vita cittadina* 456 n. 2. Servi publici alii redeunt tit. n. 7271, i. e. Aemilianus rei pub(licae) Corf(iniensium scil. servus) et n. 7344, i. e. Thymele Corfiniens(ium scil. serva); ut ex gentilicio Corfinio a nomine urbis Corfinii sane deprompto elicitur, Caium Corfinium Natalem illum tit. n. 6326 memoratum, antequam libertus esset, servum publicum civitatis quoque fuisse praetermittendum non est; de re universa cf. G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 46.

Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiata et ex litterarum forma saec. II medii vel potius prioris partis saec. III p. C. n. esse videtur.

3220 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE NINO, *ms.* III cum im. del.; FUCINESE, *Raiano* 41–42 n. XXXIII; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 234 n. 78. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 206 n. 118. 215 n. 201; D. V. FUCINESE, *Lares* 3/4, 1970, 262; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976,

- 119; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 131. 195; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 123 ad tit.
- 6 *Staperini* male DE NINO, *Staberianus* male FUCINESE, *Raiano*.
- Nomina gentilicia Cervii et Lucceii fusius in tit. Corfinii repertis redeunt (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 196 [Cervius]. 202 [Lucceius]). De nomine Cervii etiam vide F. SCIARRETTA, *Atti Mem. Soc. Tiburtina* 75, 2002, 10. De cognomine Staberiani cf. tit. n. 7251 et 7335 in quibus memorata est Staberia quaedam Quinti filia Sa[- -] uxor Modiani.
- Cui aetati titulus tribuendus sit, incertum; fuisse potest saec. I ex. p. C. n.
- 3221 Stela ex lapide calcario supra infra et ab utroque latere in usum posteriorem resecta, in fronte levigata (35,1) × (39,8) × ?. Litt. affabre insculptae 5–38. Punctum in formam virgulae acclivis in v. 3 signatum. Etiam hodie eodem loco, quo MOMMSEN descripsit et BRUNN, GARRUCCI et DRESSEL recognoverunt, nempe Corfinii muro aedium quarundam iuxta viam *dei Vestini* (olim *Rufo*) sitarum extrinsecus loco edito inserta, ubi a. 1982 et 1999 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0004792).
- Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 234 n. 79; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 543–544 cum im. phot. n. E91. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 221 n. 256. 239 n. 394. 243 n. 476; EUND., *Forma Italiae* 195; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 123 ad tit.
- De Octaviis Corfiniensibus vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l. 185 (cf. etiam BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 206).
- Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.
- 3222 Stela ex lapide calcario infra fracta marginibus imminuta in fronte passim scalpro dentata dolata, a tergo scabra (48,2) × (49,8) × 11,8. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta lat. 36,6. Litt. 6,1/5,8. Puncta in falculae formam redacta. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communi, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0004793–94).
- Exemplum repetiverunt COLELLA, *Inventarium ms.* n. B. 48; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 234 n. 80. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 206 n. 119–120. 212 n. 187; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 123 ad tit.; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BRANCATO, *Repertorium* II 96.
- 7 *Hycus* traditur fortasse pro *Lycus*. – 8 solve *C(laudia)*.
- Nomina gentilicia Claudii et Iunii in tit. Corfinii repertis invenies in tit. n. 3223 et 6081, 40a (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 196–197 [Claudius]. 201 [Iunius]).
- Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. esse videtur.
- 3223 Desideratur.
- Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 235 n. 81. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 195 n. 32. 206 n. 121–122; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 123 ad tit.; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BRANCATO, *Repertorium* II 96.
- 3 *Tallusae* pro *Thallusae*.
- De nomine gentilicio Claudii vide supra ad tit., qui praecedit; Publios Aelios alios Sulmone quoque invenies (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 189).
- Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiata nec non ex nominum ratione saec. II p. C. n. tribuerim.
- 3224 Desideratur.
- De traditione manuscriptorum vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 385 n. 28. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 235 n. 82. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 206 n. 123; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 124 ad tit.; EUND., in *Fides amicorum* 103.
- Nomen gentile Clavii hic solum in tota regione Paeligna occurrit.
- Cui aetati titulus tribuendus sit, incertum; fuisse potest saec. III p. C. n., res autem in dubio manet.
- 3225 Desideratur.
- De traditione manuscriptorum vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 386 n. 33. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 235 n. 83. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 207 n. 133; EUND., *Antiche genti* 31 et adn. 144; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 124 ad tit.
- Cornelios alios Corfinii reperies (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 197); consul Servius Cornelius Dolabella Metilianus, qui balineum solo suo sua pecunia Corfinii aedificavit et contextit, tit. n. 3152 eiusdem loci memorari praetermittendus quoque non est.
- Cui aetati titulus tribuendus sit, incertum; ex autem locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiata nec non ex nominis ratione saec. II p. C. n. tribuerim.
- 3226 Tabula ex lapide calcario a tergo paulum scabra 68,2 × 54,2 × 8,1. Area titulo inscribendo destinata excavata scalpro dentato passim levigata cymatio inverso cincta 57,5 × 42,5. Litt. affabre insculptae 7,5/4,5. Puncta in formam falculae signata. Exstat *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1987 contuli. Neg. *D. A. I. Rom* n. 981.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0004795).
6–7 *hic iacet Vetedinus pietatis nobilis infas, cui tanta ad dactylos hexametros vel elegiacos pertinentes esse autem iudicio abruptos videntur* (Italice sermone “*Qui giace Vetedinus un bambino di riconosciuta tenerezza, per il quale tanta ...*”; sermonem Hispanicum reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* I 280 ad n. CLE); cf. similem locutionem *hic iacet Optatus pietatis nobilis infas, cui precor* tituli *Corfiniensis* n. 3184 (de locutione *pietatis nobilis infas*) cf. CHR. BADEL, *MEFRA* 114, 2002 (2003), 976–979; etiam vide F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 186). Nomen *Luceii* saepius in tit. *Corfiniensibus* redit (cf. quae scripsi *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 202 et in *Suppl. It.* (1987) l. l. 151). Cognomen *Vetedini* e nomine deae *Vetidinae* fortasse depromptum est, quae dea memorata est in tit. n. 7242, ex quo constat munificentissimum civem *Corfiniensem* Quintum *Avelium* Quinti filium *Priscum Severium Severum Annavum Rufum* ludos deae *Vetidinae* saec. II ex. p. C. n. dedisse (de quo cognomine quoque disserui in *Vet. Christ.* 22, 1985, 98 nec non in *Abruzzo* 31, 1993, 71; nunc etiam vide H. SOLIN, *Arctos* 45, 2011, 161; EUND., in *Valle di Comino* VII 139; E. ROSCINI, *Arch. Class.* 63, 2012, 248). Cave nominis rationem nec non carmen in hoc titulo memorata in indicibus *Corporis deesse*.

Ex litterarum forma et ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. esse videtur.

6409b Stela ex lapide calcario fastigiata cum acroteriis in fronte scalpro dentato dolata, a tergo scabra $92,3 \times 50,4 \times 16,8$. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta $38,5 \times 39,1$. Litt. affabre incisae $6,3/3,8$; in tympano aves duae adversus se spectantes insculptae sunt. Puncta triangularia. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli et im. phot. sumpsi. Neg. *Arch. Sopr. Chieti* n. 7882.

Exemplum repetiverunt COLELLA, *Inventarium ms.* n. B. 47; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 249 n. 191. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 228 n. 308. 240 n. 405 et 410. 242 n. 456; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 116; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 136 ad tit.

4 *Doritus* pro *Doretus*. – 5–6 *Epiteusis* pro *Epiteuxis*. – 8–9 *Epaproditus* pro *Epaphroditus*.

Nomen gentilicium Salvii in tota regione Paeligna hic primum occurrit, attamen nota Salvium Paelignum illum a. 168 a. C. n. laudatum apud FRONT. *strat.* 2,8,5, quamvis excludendum non sit, quin de praenomine Salvii agatur (de re universa vide O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 171). Nominis rationem in hoc titulo memoratam in indice Corporis non reperies.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. esse videtur, cui temporis locutio *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiosis scripta sane congruit.

6410 Stela ex lapide calcario fastigiata in media fronte passim scalpro dentato dolata supra et infra magna ex parte rudis, ab utroque latere scalpro dentato levigata, a tergo scabra $80,4 \times 34,2 \times 15,2$. Litt. $2,5/2,1$ (litterae ONI in fine v. 1 minoris mensurae exsculptae 0,9); in tympano rosa ex quinque foliis composita insculpta est. Puncta triangularia et in formam circuli incisa. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92563), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0004845).

Exemplum repetiverunt COLELLA, *Inventarium ms.* n. B. 43; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 250 n. 192; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 523 n. E30 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 211 n. 174. 220 n. 235; EUND., *Antiche genti* 21. 23. 25; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 112. 129. 150; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 49. 157; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 136 ad tit.; C. LETTA, in *Storia dei Marsi* III 353.



1 ex. *Epistolio[ni]* DE NINO apud MOMMSEN supra in exemplo, ex quo OMNES; *Epistolio[ni]* EGO. – 2 ex. *Niceph[or]* DE NINO apud MOMMSEN supra in exemplo, ex quo OMNES; *Niceph[or]* EGO. – 3 *posit* pro *posuit*.

Nomina gentilicia Helvii et Obellii fusius in titulis Osce nec non Latine scriptis Corfinii repertis habes (cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 200 [Helvius]. 205 [Obellius]). De cognomine Epistolionis etiam vide S. M. MARENGO, *SEBarc* 12, 2014, 195.

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

6411 Stela ex lapide calcario in fronte passim scalpro dentato dolata nec non adesa supra fracta, a sinistra imminuta, a tergo scabra $(101,2) \times (32,3) \times 11,2$. Litt. $8,5/5,5$. Puncta nulla. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0004846–47).

Exemplum repetiverunt COLELLA, *Inventarium ms.* n. D. 75; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 250 n. 193; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 524 n. E31 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 243 n. 467; EUND., *Forma Italiae* 49. 157; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 136 ad tit.



1 omiserunt OMNES; [- -] *rae* EGO. – 2 [- -] *rae* DE NINO apud MOMMSEN supra in exemplo, ex quo OMNES; [*Cl*] *rae* EGO.

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. tribuerim.

6412 Vide infra tit. n. 7314.

6412a Desideratur.

Exemplum repetiverunt A. DE NINO, in fasciculo manu scripto servato Romae apud *Archivio Centrale dello Stato*. MPI. AABBA. *Antichità e Scavi. II versamento. I serie, b.*

14, f. 246 (a. 1883) cum im. del; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 250 n. 195. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 3, 1987, 136–137 ad tit. – Cf. im. del. in ACE sub n. (inv. n. PH0004848).


Supplementa incertissima; mihi autem venit in mentem locutio quae sequitur (exemplo tit. Amiternini 4208), [- - -

munus gladiatorium cum splendido] appar[atu edidit - - - ipsosque civ]es sin[cera amoris adfectiones officii omnibus fovere non desinat - - -].

Si recte interpretatus sum, hoc fragmentum laminae aeneae ad tabulam patronatus saec. III vel potius IV p. C. n. fortasse pertinet.

7226 = I² 1792 (cf. p. 1041) tit. sacer

Plinthus ex lapide calcario in tres partes fracta inter sese coniunctas undique levigata 71,8 × 51,1 × 24. Litt. 2,1–0,8. Rep. nescio quando fortasse Corfinii loco incerto, quem a. 1902 ANTONIO DE NINO descripsit Corfinii in crypta aedium domini *Pasquale Lucci* ipseque a. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92519), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



Hilarus Atani (scil. servus),
Rufio Capellae (scil. servus),
Philargurus

Hortensi (scil. servus),

5 Dama Tetti (scil. servus),

ministrei,

aram de suo

fecerunt,

Fonti donum liben-

10 tes merito dedere.

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 79.2718 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7839).

A. DE NINO, NS 1902, 470 cum im. del. (AE 1903, 157) (= ID., *Scoperte archeologiche* 450–451); COLELLA, *Inventarium ms.* n. D. 132 cum im. del.; a DE NINO E. LOMMATZSCH, I² 1792; DIEHL, *Atlanteinische Inschriften*⁵ n. 61 et *ILLRP* 94; V. CIANFARANI, in *Culture adriatiche antiche* 549 cum im. phot. tab. 397; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 138–139 n. 1 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 252 n. 208; ID., in *Itinera archaeologica* 76–77 n. 45; ID., in *Dediche sacre* 267 n. 95; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 538 n. E75 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 146. 150. 200 n. 69. 212 n. 181. 233 n. 345. 239 n. 392. 240 n. 402. 241 n. 436. 243 n. 466 et 487; EUND., *Antiche genti* 35 adn. 165; A. DEGRASSI, I² p. 1041 ad n. 1792; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 192. 200. 214; D. NONNIS, in *Sanctuaires* 48 n. 153; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 112 ad n. 1; DUPRAZ, *Vestins* 309. 394. 427; EHMIG, *Donum dedit* 112. 143. 163. 195. 223.

Puncta triangularia sursum directa etiam in fine versuum haud semper signata.

3 Philargurus pro Philargurus. – 6 ministrei pro ministri. – 10 dedere pro dederunt.

Memorantur quattuor ministri Fontis, omnes servi, qui aram de suo fecerunt et donum libentes merito dederunt. Fons redit tit. Pinnensi n. 3351, de quo praesertim vide RADKE, *Die Götter Altitaliens*² 131; C. PIETRANGELI, in *Studi Calderini – Paribeni* I 251–254; S. PANCIERA, *Riv. Stor. Ant.* 3, 1973, 97–98 (= EUND., *Epigrafi* II 1047–1048); M. CORBIER, *MEFRA* 95, 1983, 735–736; A. ARNALDI, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 47–61. Etiam vide tit. urbanos huius Corporis n. 39850–39854. Nomina Atanii et Hortensii hic primum occurrunt; de nomine gentilicio Tettii (quod redit tit. n. 7264; etiam cf. n. 7343) cf. R. ANTONINI, *Quad. Ling. Urbino* 9, 1997, 64 et C. LETTA, in *Necropoli di Fossa* IV 321 adn. 6.

Saec. I medio a. C. n. tribuo [etiam cf. S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 331 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 331)].

7227–7234 tituli sacri ad Herculis fanum pertinentes

Temporis spatio inter m. Mai. et Nov. a. 1994 et rursus inter m. Iun. et Sept. a. 1995 comprehenso, effossionibus extra Corfinium in fano Herculis sub praedio *Fonte S. Ippolito* nuncupato sito a femina docta ADELE CAMPANELLI regionis Aprutinae antiquitatum rectrice institutis, in lucem detecta sunt crebra antiquitatum vestigia, inter quae aliquot cippi Herculi dicati ex lapide calcario instar pyramidis truncae (vide autem donarium aetatis Augusteae corona crepidineque undique prominentibus ornatum sub tit. n. 7234 relatum; etiam vide infra tit. n. 7247–7248. 7331. 7358. 7368. 7380) nec non expoliti Osce vel Latine exarati, nulla tamen notitia certa, de quo sacello unde ipsa eruta fuerint (cf. A. CAMPANELLI – V. ORFANELLI – P. RICCITELLI, in *Acque, grotte e Dei* 184–202; etiam vide A. PASQUALINI, in G. MARUCCI (Ed.), *Il viaggio sacro. Culti pellegrini e santuari in Abruzzo*, Colledara (TE) 2000, 65–78; M. C. SOMMA – S. ANTONELLI – C. CASOLINO, in *Archeologia Medievale* VII 197–200; M. C. BIELLA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2012, 293–300; A. BENCIVENGA, in *Los lugares de la Historia* 933–934. 942–943; BIELLA, *Bronzi votivi* passim; EAND., *Rend. Accad. Lincei* s. 9^o, 27, 2016, 261–287). Cf. H. SOLIN, in *Atti Roma* I 389 n. 31. Tituli Osce exarati sunt tres, qui sequuntur (etiam vide, quae scripsi in *Stud. Etr.* 62 (1996) [1998], 347–349):

a) 118 × 33,5–26,5 × 24,5–18. Litt. 3/2,5. C. *Suetdis* G. (scil. f.) *Herclei dun(um)* [BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 188 n. 1 cum im. phot. fig. 10–11 (AE 1995, 399) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 616–617 n. 1); V. ORFANELLI, in *Acque, grotte e Dei* 200 n. 41 cum im.

phot.; BUONOCORE, *Stud. Etr.* 62 (1996) [1998], 349 n. 1 cum im. phot. tab. L fig. a; RIX, *Sabellische Texte* Pg56; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, ad p. 114 litt. a; ID., in *Dediche sacre* 267 n. 96; TRIANTAFILLIS, *Iscrizioni italiane* 72–73 DM3; *Imagines Italicae* I 263, Pae-

ligni / CORFINIVM 2 cum im. phot.; BIELLA, *Bronzi votivi* 95 n. 1; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 559–560 n. E141 cum im. phot.]. – Cf. im. phot. in ACE sub n. AE (inv. n. PH0005005–06).

b) 103 × 20,5–17 × 15,5–12. Litt. 3,4/3. T. *Cristidis T. f.* [BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 188 n. 2 cum im. phot. fig. 12–13 (AE 1995, 400) (= ID., *Abruzzo e Molise* II, 617 n. 2); ID., *Stud. Etr.* 62 (1996) [1998], 349 n. 2 cum im. phot. tab. L fig. b; RIX, *Sabellische Texte* Pg57; E. DUPRAZ, *Rev. Philol.* 78, 2006, 248; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, ad p. 114 litt. b; ID., in *Dediche sacre* 267 n. 97; M. C. BIELLA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 289; TRIANTAFILLIS, *Iscrizioni italiche* 73–74 DM4; *Imagines Italicae* I 264, Paeligni / CORFINIVM 3 cum im. phot.; BIELLA, *Bronzi votivi* 95 n. 2; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 560 n. E142 cum im. phot.]. – Cf. im. phot. in ACE sub n. AE (inv. n. PH0005007–08).

c) 123 × 32–23 × 26–16. Litt. 3,2/2,8. C. *Cristidis P. l.* [BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 188 n. 3 cum im. phot. fig. 14–15 (AE 1995, 401) (= ID., *L'Abruzzo e*

Molise II 617 n. 3); ID., *Stud. Etr.* 62 (1996) [1998], 349 n. 3 cum im. phot. tab. LI fig. a–b; RIX, *Sabellische Texte* Pg58; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, ad p. 114 litt. c; ID., in *Dediche sacre* 267 n. 98; TRIANTAFILLIS, *Iscrizioni italiche* 74–75 DM5; *Imagines Italicae* I 264, Paeligni / CORFINIVM 4 cum im. phot.; BIELLA, *Bronzi votivi* 95 n. 3; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 560–561 n. E143 cum im. phot.]. – Cf. im. phot. in ACE sub n. AE (inv. n. PH0005009–10).

In facie horum cipporum sursum directa adhuc inspicuntur vestigia ex aere ad signum vel ad signa Herculis superimposita pertinentia (de quibus praesertim vide BIELLA, *l. l.* 283–290; EAND., *Bronzi votivi*; EAND., *Arch. Class.* 68, 2017, 487–517). Inscriptiones a. 1995 publici iuris feci, officio eorum edendorum mihi dato. E litterarum forma nec non praesertim ob locum ipsum ubi in lucem venerunt tituli Latini saec. I a. C. n. tribuendi esse videntur. Servantur *Corfinio* tit. litt. a–b et 7228 in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 131903 [litt. b]), ceteri in aedificio communi, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.

7227

116 × 33–28 × 25–24,5. Litt. 4,8–2.



«P(ublius) Mari(us) Rus(ticus ?)»
«et Pa(- -)»
«Quarta P(ubli) filia)»
«res(tituerunt)».

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.
BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 189 n. 4 cum im. phot. fig. 16–17 (AE 1995, 402) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 620 n. 4); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 116 n. 115 cum im. phot.; ID., in

Itinera archaeologica 78–79 n. 46 cum im. phot. tab. IX fig. 12–13; ID., in *Dediche sacre* 268 n. 102; BIELLA, *Bronzi votivi* 95 n. 4; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 561 n. E144 cum im. phot. – Cf. V. ORFANELLI, in *Acque, grotte e Dei* 200 im. phot. tantum.

Puncta triangularia in fine versus quoque signata.

Publios Marios alios Corfinii invenies (cf. tit. n. 3146 et 6332. De nomine vide É. DENIAUX, in *Scritti Gino Bandelli* 143–155); quomodo autem nomen muliebre solvendum, adhuc incertum (cf. quae scripsi apud *Xenia antiqua*, *l. l.*).

7228

65,5 × 25,5–22 × 21,5–18. Litt. 2,2/2.



P(ublius) Ma(rius) No(- -).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 189 n. 5 cum im. phot. fig. 18–19 (AE 1995, 403) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 620 n. 5); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 116 n. 114 cum im. phot.; ID., in *Itinera archaeologica* 79 n. 47 cum im. phot. tab. X fig. 14–15; ID., in *Dediche sacre* 268 n. 101; BIELLA, *Bronzi votivi* 95 n. 5; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 561–562 n. E145 cum im. phot.

Puncta in circulorum formam redacta.

Cognomen solvendum, ex. gr., Nobilis vel potius Novius (cf. Petidiam Caii filiam Noviam tit. Corfiniensi n. 3270 = 7317 memoratam).

7229

(123) × 39,5–(33) × 28,5–(21,5). Litt. 8/5. Infra titulum insculptum est anaglyphum aliquod extinctum pertinens ad clavam illam pelli leoninae circumvolutam de anulo pendentem.



L(ucius) Mari(us),
C(aius) N(- - -) Nu(- - -).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 190 n. 6 cum im. phot. fig. 20–21 (AE 1995, 404) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 622 n. 6); V. ORFANELLI, in *Acque, grotte e Dei* 200 n. 42 cum im. phot.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 115 n. 113 cum im. phot.; ID., in *Itinera archaeologica* 79 n. 48 cum im. phot. tab.

XI fig. 16–17; ID., in *Dediche sacre* 267 n. 100; BIELLA, *Bronzi votivi* 95 n. 6; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 562 n. E146 cum im. phot.


2 puncta triangularia.

Esse potest etiam L(ucius) Mari(us) [L(uci) f(ilius)] | C(ai) n(e)pos Nu(- - -). – 2 C(aius) N(- - -) M(- - -) opinatus est per litteras mihi missas vir doctus M. CRAWFORD.

De supplementis nominis gentilicii (mihi venit in mentem, ex. gr., nomen Numisii in titulis Corfinii repertis inventum) vide, quae scripsi in *Xenia antiqua*, l. l.

7230

(113) × 34,5–(27) × 31,5–(25,5). Litt. circ. 2,5.



[-]ari(us) Su[- - -],
[- - -]s Ius[- - -].

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 195 n. 7 cum im. phot. fig. 22–23 (AE 1995, 405) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 622 n. 10); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 118 n. 119 cum im. phot.; ID., in *Itinera archaeologica* 79–80 n. 49; ID., in *Dediche sacre* 268 n. 106; BIELLA, *Bronzi votivi* 96 n. 7; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 562 n. E147 cum im. phot.

[-]ari(us) Su[- - -] | [- - -]s Ius[ti]o EGO dubitanter in ed. priore; 1 [-]ari(us), – 2 Ius[tus] O. SALOMIES in AE, l. l. supplere quoque recte proponit.

Nomen Sarii redit tit. n. 7252; de Mario supra ad tit. n. 7227.

7231

147,5 × 38,5–33 × 29–26. Litt. 6/4.

*C(aius) Ninius C(ai) f(ilius).*

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 190 n. 8 cum im. phot. fig. 24–25 (AE 1995, 406) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 623 n. 8); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 117 n. 116 cum im. phot.; ID., in *Itinera archaeologica* 80 n. 50 cum im. phot. tab. XII fig. 18; ID., in *Dediche sacre* 268 n. 103; BIELLA, *Bronzi votivi* 96 n. 8; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 563 n. E148 cum im. phot.

Puncta in formam circulorum signata.

Ninius pro Ninnius.

Nin(n)ios alios fusius tit. Corfiniensibus invenies, scil n. 6322. 6331. 7333.

7232

93 × 43–39 × 33–28,5. Litt. 4/3,5.

L(ucius) (scil. et) T(itus) Âufilius L(uci) f(ilius).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 193 n. 9 cum im. phot. fig. 26–27 (AE 1995, 407) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 623 n. 9); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 115 n. 112 cum im. phot.; ID., in *Itinera archaeologica* 80 n. 51; ID., in *Dediche sacre* 267 n. 99; BIELLA, *Bronzi votivi* 96 n. 9; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 563 n. E149 cum im. phot. – Cf. O. SALOMIES, *Arctos* 39, 2005, 254; E. DUPRAZ, *Rev. Philol.* 78, 2006, 248; *Imagines Italicae* III p. 1535; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 220.

Puncta in formam circulorum signata.


Aufilius pro Aufillius i. e. Aufilli.



Tit. n. 7278 laudatur Pac(cius) Aufilli(us) L(uci) l(ibertus) quidam.

7233

(26) × (20) × (20–18,5). Litt. 3,5.

*L(ucius) Vibiu[s] L(uci) f(ilius)].*

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 193 n. 10 cum im. phot. fig. 28 (AE 1995, 408) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 624 n. 8); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 117 n. 118 cum im. phot.; ID., in *Itinera archaeologica* 80–81 n. 52 cum im. phot. tab. XII fig. 19; ID., in *Dediche sacre* 268 n. 105; BIELLA, *Bronzi votivi* 96 n. 10; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 563–564 n. E150 cum im. phot.

Puncta in formam circulorum signata.
De Vibii Corfiniensibus fusius memoratis vide, quae scripsi in *Xenia antiqua*, l. l.

7234

15 × 39–23 × 31–20. Area titulo inscribendo destinata
7,5 × 23. Litt. 2,1–1,8.



C(aius) Rufrius

Cart(- -).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.


BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 194 n. 11 cum im. phot. fig. 28 (AE 1995, 410) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 625 n. 11); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 117 n. 117 cum im. phot.; ID., in *Itinera archaeologica* 81 n. 53; ID., in *Dediche sacre* 268 n. 104; BIELLA, *Bronzi votivi* 96 n. 11; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 564 n. E152 cum im. phot.

1 punctum triangulare.

Rufrii alii in titulis Corfinii repertis saepius memorantur, inter quos vide Caium Rufrium Caii filium Arruntium primae aetatis imperatoriae tit. n. 7327 (de nomine vide E. ROSCINI, *Arch. Class.* 63, 2012, 245); de cognomine Carter vide H. SOLIN, *Arctos* 8, 1974, 154 (= EUND., *Analecta Epigraphica* 53). Etiam vide infra ad tit. Aveiatem n. 3640.

7235 tit. sacer

Plinthus ex lapide calcario supra imminuta, a sinistra in usum posteriorem resecta undique detrita (73,4) × (46,8) × 65,3. Litt. 3,1/2,8. Rep. nescio quando fortasse extra *Raiano* loco incerto. Exstat *Raiano* humi iacens ante aedes gentis *Buzzelli* prope ecclesiam Gratiarum Matri dedicatam sitas, ubi a. 1982 et 1999 contuli.



-----?

[- -]tius E[- -]RA+

[- -]mius +[- -]EN[-]

mag[is]tri;

[Di]ophantus Caesi L(uci) s(ervus),

5 [La]mpo Gaviae s(ervus),

[V]erna publicus (scil. servus),

[A]lex(ander) Caesi L(uci) s(ervus),

ministri;

[- -]m, aram, [- -]

10 de suo fecere.

Im. phot. a M. B. sumpta.

FUCINESE, *Raiano* 18 n. XXIX; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 180–181 litt. b cum im. phot. fig. 222 (AE 1984, 304); BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 436; ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 139–140 n. 2 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 252 n. 209; ID., in *Itinera archaeologica* 81–82 n. 54; ID., in *Dediche sacre* 269 n. 114; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 565–566 n. E156 cum im. phot., quae sequitur meam editionem primam. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 195. 199; H. SOLIN, *Arctos* 22, 1988, 147–148 (= EUND., *Analecta Epigraphica* 302–303); D. NONNIS, in *Sanctuaires* 48 n. 154; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 112 ad n. 2; DUPRAZ, *Vestins* 309. 394. 427; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293.

Puncta triangularia.

10 fecere pro fecerunt.


Supplementa v. 4–5 ex SOLIN recepi; cetera omnia EGO suspicatus. – 1–3 omisit, 6 in. [- -]rna FUCINESE. – Sic legit VAN WONTERGHEM: [- -]ja | [- -]en | magistri | [- -]ophanius Caesi[- -] | [- -]po Gaviae s(ervus) | [- -]v]erna publicus | [- -]lex Caesi L(uci) s(ervus) | ministri | [- -]m aram [- -] | [- -]de suo fecere. – 1–2 [- -]++[- -]RA[- -?] | [- -]++++[- -]EN[- -] EGO in editionibus praecedentibus; 4 [The]ophanius, 5 [Ag]apo EGO in *Suppl. It.*, l. l. – 7 cognomen Alex(ander) solvendum sub exemplo tit. huius Corporis vol. I² 686 = X 3783 = ILLRP 722. – 9 [?] signu]m dubitanter EGO (cf., ex. gr., locutiones signum aram aedem tit. huius Corporis vol. VI 214 = 30716 nec non simulacrum aramque tit. huius Corporis vol. IX 3375; etiam basim, gradum, aram tit. huius Corporis vol. X 5159 = F. CERRONE – A. GALLO, in *Epigrafia e territorio* X 153–154 n. 4).

De ratione nominum magistrorum supplementa incerta manent; cognomina autem ministrorum mihi certa videntur (cognomen Vernae redit tit. Sulmonensi n. 3098). Sunt magistri et ministri quattuor, omnes servi, qui [- -]m et aram (scil. Fontis, ut videtur) de suo fecerunt (vide supra ad tit. n. 7226). De servo publico vide WEISS, *Sklave* 205 n. 82; CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 144 n. 21. Nomina Caesii et Gavii redeunt in tit. Corfiniensibus (cf. quae scripsi in *Suppl. It.* 3, l. l. 140).

Saec. I medio a. C. n. tribuerim; etiam cf. S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 333 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 333).

7236 tit. sacer

Plinthus ex lapide calcario a sinistra, a dextra et infra fracta, in facie autem sursum directa integra, in fronte et a tergo levigata (22,8) × (38,1) × 34,4. Litt. affabre insculptae 4,2–3,6. Rep. a. 1885 extra Corfinium loco incerto. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92577), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



[- -]ea Decia [- -?]
V(- -) V(- -).

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 206 (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4^o, 1, 1885, 382) (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 147); COLELLA, *Inventario ms.* n. B 56 cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 141 n. 4 cum im. phot.; *id.*, in *Fonti latine e greche* I 253 n. 211; *id.*, in *Itinera archaeologica* 82–83 n. 55; *id.*, in *Dediche sacre* 268 n. 112; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 565 n. E154 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 208 n. 141; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 198; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 112 ad n. 4; EUND., in *Officina epigrafica* 218; A. BENCIVENGA, in *Fides amicorum* 53; EUND., in *Antropologia e archeologia* 737.

Puncta triangularia.

Supplevi. – 1 [- -]ea OMNES; [Gna]ea vel etiam [Vib]ea ut tit. Sulmonensi n. 7147. – 2 [- -] V[- -] DE NINO et COLELLA; V(eneri) V(ictrici) solvendum opinor potius quam v(otum) v(ovit).

De praenomine muliebri Gnaeae vide KAJAVA, *Praenomina* 154–155; de Venere Victrici cf. M. SPEIDEL, in *ANRW* II 17, 4, 1984, 2225–2238 ad tit.; etiam G. TARASCO, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 86, 2013/14, 496–497. De sacerdotio Veneris (cf. tit. n. 3166–3167) una cum Cereris, ut constat, in titulis Paelignis saepius memorato, etiam vide G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 216–217; I. CHIRASSI COLOMBO, in *ANRW* II 17, 1, 1981, 426; POCCHETTI, *L'area superequana* 22–26; praesertim G. ROCCA, in *Tavola di Agnone* 645–658, cum qua EGO adhuc consentio; contra vide C. LETTA, *Abruzzo* 31, 1993, 30–31 et EUND., *Epigraphica* 61, 1999, 9–26. Titulos Cereri et Veneri sacros in tit. Paelignis repertis recensui in *ZPE* 56, 1984, 251–252, in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 228–229 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 145–146. 159–160) et in *Xenia antiqua* 4, 1995, 188–189.

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuo.

7237 tit. sacer

Fragmentum ex lapide calcario (30) × (23) × ?. Rep. a. 1896 in vico *Vittorito* post ecclesiam S. Michaeli Archangeli. A. DE NINO titulum inspexit in vico *Vittorito* muro insertum cavaedii aedium canonici *Silvestri*. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui ex DE NINO a. 1987.

CELSAL
S. V. S.

Fuit fere:

[- - -] Celsa l(iberta)

[- - -?] liben]s v(otum) s(olvit).

Im. del. a DE NINO sumpta.

DE NINO, *ms.* I cum apographo; inde BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 141 n. 3 cum im. phot. a DE NINO deprompta; *id.*, in *Fonti latine e greche* I 252 n. 210; *id.*, in *Itinera archaeologica* 83–84 n. 56; *id.*, in *Dediche sacre* 268 n. 113.

Supplevi non sine dubiis.

Aetatis imperatoriae incertae.

7238 tit. sepulcralis militis cuiusdam

Tabula ex lapide calcario undique imminuta in fronte scalpro dentato dolata, a tergo scabra (15,5) × (26,3) × 3,6. Litt. 6,5. Rep. Corfinii m. Oct. a. 1880 effossionibus a latere ecclesiae cathedralis S. Pelini institutis. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



[- - -]SC++ LVM+[- - -]

[- - -]v]exillis +[- - -]

[- - -] +[- - -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

COLELLA, *Inventarium ms.* n. B 27 cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 141–142 n. 5 cum im. phot. et apographo a COLELLA delineato; *id.*, in *Fonti latine e greche* I 253 n. 212. – Cf. EUND., *PP* 39, 1984, 430.

Puncta distingui nequeunt.

Supplevi quatenus potui. – 1 quomodo legendum nescio; +++ vestigia litt. incertarum. – 3 + esse potest B vel P vel R; in ephemeridi *PP*, *l. l.*, supplevi, haud recte, d[uo]bus; fortasse p[raef(ecto)] vel p[raef(ectus)].

In hoc titulo tribunus militum quidam, qui donis militibus donatus est, memorari videtur (de re universa vide ex. gr. MAXFIELD, *Decorations* passim).

Saec. I p. C. n. esse potest.

7239 tit. sepulcralis tribuni militum

Tabula ex lapide calcario undique imminuta, a tergo scabra (65) × (19) × 38. Litt. 7–4. Rep. Corfinii a. 1964 operibus ad ecclesiam cathedralem S. Pelini restituendam institutis. Exstat *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92510), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 contuli.



T(ito) Sen[tio T(iti) f(ilio)]
 Su[pero]
 prim(o) [pil(o) - - -],
 [tr(ibunus)] mil(itum) se[menstri]
 5 leg(ionis) X [Geminae p(iae) f(idelis)],
 [- - -]+[- - -]
 - - - - -

Im. phot. a F. VAN WONTERGHEM sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 163–164 litt. b cum im. phot. fig. 188, 2 tantum (“Il frammento conserva cinque righe d’iscrizione di difficile lettura”); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 142–143 n. 6 cum im. phot. a VAN WONTERGHEM officiose missa; ID., in *Fonti latine e greche* I 253 n. 213; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 545–546 n. E95. – Cf. BUONOCORE, in *Pluralidad e integraci3n* 125.

Puncta triangularia sursum directa.


Supplevi non sine dubiis versus concinne ordinatos. – 2 de cognomine Suavi vel Suri quoque cogitaverim. – 6 + litt. incerta.

Agitur de milite Tito Sentio Supero, qui fuit primus pilus (cf. DOBSON, *Primipilares* passim) et tribunus angusticlavus semenstris (de quo A. PASSERINI, in *Diz. epigr.* IV, 678–679) legionis X Geminae piae fidelis (de cursu etiam vide *PME* S 23 add.; S. DEMOUGIN, in *Epigrafia* 2006 III 980. 990 n. 35). Titos Sentios alios reperies Corfinii ad tit. n. 3265 (cf. etiam n. 3165 et 3175).

Saec. post medium I p. C. n. tribuenda esse videtur.

7240 tit. sepulcralis militis praetoriani

Stela ex lapide calcario fastigio minus prospiciente cum acroteriis a dextra fracta, in fronte levigata, a tergo scabra 73 × 34 × 13,5. Area titulo inscribendo destinata excavata supra a dextra et a sinistra cymatio inverso cincta 42 × 24,5. Litt. 6/2,5 (altera litt. I v. 3 vocabuli *mili(ti)* minoris mensurae incisa 1,8; prior litt. O v. 4 vocabuli *cohor(tis)* minoris mensurae incisa 1,3). Dedicatio in fastigio insculpta. Rep. a. 1996 extra vicum *Raiano* loco incerto. A. 1996 *Raiano* in aedibus privatis servatam descripsi. Nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



D(is) M(anibus) s(acrum).
 C(aio) Lucceio
 Paelino mili(ti)
 cohor(tis) X praet(oriae),
 5 qui vixit [ann(is)]
 XX mens(ibus) - - -],
 Cl[...]-
 tia m[ater fil]-
 lio piissim[o];
 10 et M(arcus) Liciniu[s Soli]-
 lutus pate[r]
 posuit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 79, 1997, 244–246 n. 5 cum im. phot. fig. 5 (*AE* 1997, 456) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 329–330 n. 5); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 118–119 n. 120 cum im. phot.

Puncta triangularia.

Mater, cuius nomen et cognomen supplenda incerta manent, filio suo Caio Lucceio Paelino una cum Marco Licinio Soluto eius patre adoptivo, cuius ratio nominis loco alterarum litterarum erasarum insculpta est, titulum posuit. Caii Lucceii et cognomen Paelini in tit. Corfiniensibus passim memorantur (tit. recensui in *Epigraphica*, I. I.); Licinius autem tit. n. 3184 tantum redit. Miles alter cohortis X praetoriae Aveiae Vestinorum quoque invenitur tit. n. 3611 [de militibus praetorianis oriundis ex regione quarta vide, quae scripsi in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 214–216 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 140–141), ubi omnes eorum titulos recensui].

Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II medii vel potius prioris partis saec. III p. C. n. esse videtur.

7241 tit. sepulcralis militis cuiusdam

Tabula ex lapide calcario supra a sinistra infra fracta (44,8) × (32,8) × 10; retro recessus ad figendum adhuc cernuntur. Area titulo inscribendo destinata excavata simplici sulco cincta, qui magna ex parte mutilus est. Litt. 6–4,6. Rep. extra Corfinium ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini m. Oct. in. a. 1976 effossionibus ad sepulcretum detegendum ad km 172,7 viae Tiburtinae – Valeriae situm institutis in praedio domini *Panfilo Sebastiano* (vide supra ad tit. n. 3236). Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 13771), ubi a. 1982 et 1999 contuli.

-----?
[- -]+S
[- -]ani
[- -]+fidel(-)
[- -]+is
5 [- -] victric(-)
[- -]mae
[- -]ssi

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 928.VW.83 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26427).

G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 37–38 n. 2 cum im. phot. fig. 2; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 143–144 n. 7 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 253 n. 214.



Puncta triangularia et in falculae formam redacta in fine versus quoque signata. – Litt. L (v. 3) et T (v. 5) supra versum eminentes.

2 [- -]mni PACI.

Supplementa incerta manent. – 2–3 [*veter*]ani | [*leg. --- pie*] fidel(is) ex. gr. – Aliter supplere potui [*D(is) M(anibus) s(acrum)*] | [*illius ---*]s | [- -]ani (scil. *servae*) | [*sancta*]e, fidel(is) [*ami*]cis, | [*item con*]victric(is) | [*carissi*]mae | [*et dulci*]ssi[mae ---] | -----? (vocabulum *convictrix* hic primum occurrit, quod viri docti in *ThLL* nondum rettulerunt; adde autem tit. Romae repertum, scil. AE 1990, 91, in quo hoc vocabulum quoque memoratum; de re universa vide H. SOLIN, in *Wie die Blätter* 71 et G. CARAPELLUCCI, *Sc. Ant.* 22, 1, 2016, 85–86).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7242 tit. sepulcralis magistratus municipii

Tabula ex lapide calcario in angulo inferiore sinistro fracta, in fronte expolita sed omnino adesa, partim scalpro dentato dolata, retro recessus ad figendum inspicere possunt 90,1 × 157,2 × 14,2. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio recto cincta 77,2 × 140. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 8,5/2,5. Rep. extra Corfinium temporis spatium inter a. 1931 ex. et a. 1932 in. comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae – Valeriae situm (etiam vide infra tit. n. 7254. 7255. 7262. 7271. 7277. 7295. 7296. 7305. 7315. 7345. 7346). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

Im. phot. et exemplum vide p. sequentem

Im. phot. ex neg. *D. A. I. Rom* n. 79.2722 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7806. 7837).

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 1; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 15–17 n. 1 cum im. phot. fig. 1 (AE 1961, 109); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 144–145 n. 8 cum im. phot. ex neg. *D. A. I.*; PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 164–165 n. 242; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 253 n. 215; ID., *Epigrafia anfiteatrale* III 66–67 n. 40 cum im. phot. tab. XVI fig. 3; FORA, *Munera gladiatoria* 151–152 n. 168; FORBIS, *Municipal Virtues* 170 n. 241; FAGAN, *Bathing* 257 n. 88 cum versione Britannica (etiam cf. p. 314 n. 246); G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 58–59 n. 36 (etiam cf. p. 20); DONAHUE, *Roman Community*

204–205 n. D177 (etiam cf. p. 95–96); BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 527; F. MITTHOF, in *Studia Géza Alföldy* 185–186 n. 20; FUSCO, *Gestione delle acque* 282–283 n. 41; CIABARRA, *Anfiteatri* 101–103 n. 3.3.1 cum im. phot. fig. 67 (e BUONOCORE); A. DAGUET-GAGEY, in *Forme municipali* 283; ENGFER, *Private Munifizenz* 151 n. 227 (etiam cf. p. 138. 146. 174. 206. 243. 246). – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 110. 118. 127. 135. 137. 145. 152. 201–202 n. 81; A. PASQUALINI, *Helikon* 9/10, 1969/70, 292–293; VAN WONTERGHEM, *Ritratti* 15; EUND., *Antiche genti* 12. 29. 48; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 191. 193. 213; EUND., *Vet. Christ.* 22, 1985, 98; EUND., in *Valle Peligna* 7; DI BENEDETTO, *Sulmona* 1; BUONOCORE, *Abruzzo* 31, 1993, 70–71; A. FUJISAWA, *Acme*

49, 3, 1996, 196. 197; FORNI, *Tribù* A1542; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 112 ad n. 8; PATTERSON, *Landscapes and Cities* 145; SEAR, *Roman Theatres* 152; BUONOCORE, in *Ex adversis fortior resurgo* 36; I. LYASSE, in *Quotidien municipal*

190. 191; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 267; EUND., in *Tribù romane* 36; EVANGELISTI, *Epigrafia anfiteatrale* 25; BUONOCORE, in *Studi Giuseppe Papponetti* 52; E. MELCHOR GIL, *Riv. Stor. Ant.* 43, 2013, 140–142.



Q(uito) Avelio Q(uinti) f(ilio) Serg(ia) Prisco
Severio Severo Annavo Rufo, flamini divi
Augusti, patrono municipi,

primo omnium Corfinensium quaestori rei publicae,

5 IIIvir(o) aedili, IIIvir(o) i(ure) d(icundo), IIIvir(o) quinq(uennali), pontif(ici) Laurenti(um) Lavinati(um);

hic ob honorem quinq(uennalitat)is munus gladiatorium edidit (vac.) et ob

honorem IIIvir(at)us ludos scaenicos dedit et ob honor(em) aedilit(at)is ludos deae Vetidinae

fecit et in subsidium annonae frument(ariae) HS L (i. e. sestertium quinquaginta) m(ilia) n(ummum) rei p(ublicae) Corfi-

niens(ium) et balineum Avelianum

muliebre cum HS XXX (i. e. sestertium triginta) m(ilibus) n(ummum) donavit frequenterque epulationes et divisiones num-

mar(ias)

10 universis civibus ex suo distribuit et onera rei p(ublicae) gratuita pecunia saepius iuvit.

Corfinienses publice ob insignem

eius erga rem publicam adfectum.

Avelius Priscus honore usus inpens(am) remisit.

Puncta in falculae formam redacta nec non triangularia.

3 municipii, – 8 ex. Avelianum ANNIBALDI. – 9 in. muliebre Cumis pro muliebre cum HS PETRACCIA LUCERNONI. – 9 ex. frequentesque ANNIBALDI, FORBIS. – 13 inpens(am) pro impens(am). – Litt. TI conexae supra versum semper eminentes.

Quintus Avelius Quinti filius Priscus Severius Severus Annavus Rufus, munificentissimus civis, fuit flamen divi Augusti cuiusdam (cf. M. S. BASSIGNANO, in *Studi Albino Garzetti* 49–51. 69–71 et passim), pontifex Laurentium Lavinatum (de hoc collegio vide F. CASTAGNOLI, *Lavinium* I, Roma 1972, 76–78. 113; C. SAULNIER, *Latomus* 43, 1984, 517–533 et R. ZUCCA, in *Giornata di studi* 36) et patronus (cf. R. DUTHOY, *Anc. Soc.* 15/17, 1984/86, 139 n. 64, ubi autem tythothetae errore scr. Avilius; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009

(2011), 269–270); omnibus honoribus municipii Corfiniensis functus est, ob quos honores munus gladiatorium edidit, ludos scaenicos et ludos deae Vetidinae dedit (quae dea hic primum occurrit; cf. autem cognomen Corfiniense Vetidini tit. n. 6409a memoratum), balneum muliebre ex nomine suo nuncupatum, nempe Avelianum, fecit (de balneis ad usum muliebre in municipiis exstructis vide G. PACI, *Stud. Macer.* 13, 1977 [1979], 53–58), epulationes divisionesque universis civibus distribuit (de locutione *universis civibus ex suo distribuit* v. 10 vide M. CORBIER, *Epigraphica* 67, 2005, 347). De munificentia vide, praeter quae supra laudavi, S. MROZEK, *Epigraphica* 30, 1968, 156–165; EUND., *ibid.* 34, 1972, 34; DUNCAN JONES, *Economy*² 209 n. 1181. 215 n. 1308; JOUFFROY, *La construction publique* 350; MROZEK, *Distributions* 34. 41. 64 n. 4. 80.

83; F. CENERINI, *Riv. Stor. Ant.* 17/18, 1987/88, 200 adn. 4; FORA, *l. l.* 25. 41. 54; M. TRAMUNTO, in *Vie della storia* 382; A. PISTELLATO, in *Quotidien municipal* 626 S. SEGENNI, *ibid.* 226–227; M. MAIURO, in *Uomini, istituzioni, mercati* 476. De locutione *primus omnium* vide S. MROZEK, *Epigraphica* 33, 1971, 60–69 (= EUND., *Recueil d'études* 22–26). De locutione *honore usus* vel sim. inter al. vide E. MELCHOR GIL, in *Home-naje Armin U. Stylow* 217–245. Eius soror, scil. Avelia Quinti

filia Prisca Severia Severa, statua honorata est (cf. tit. n. 3171). Quinti Avelii fusius in titulis Corfiniensibus memorantur (cf. etiam VAN WONTERGHEM, *Antiche genti, l. l.*). Praetermittendus quoque non est C. Avielius C. f. Pap(iria) Paelignus praef(ectus) iure dicundo laudatus tit. *EE VIII* p. 94 (cf. FORNI, *Tribù A1559*; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36).

Ex litterarum forma, ex nominis ratione illius honorati nec non e locutionibus adhibitis saec. II ex. p. C. n. tribuenda.

7243 (= 3173) = *ILS* 5642 tit. honorarius quattuorviri quinquennalis

Tabula ex lapide calcario undique fracta a tergo in usum posteriorem adhibita ad insigne episcopi Valvensis FRANCESCO ONORIO ODIERNA (1717–1726) insculpendum (75,2) × (49) × (3,8). Litt. 6,5–6. Servavit GIACOMO MASCITTI, qui titulum Corfinii muro cuidam exteriori sacrarii S. Alexandri loco edito infixum telescopio usus quatenus potuit saec. XVII ex. legit. In lucem rediit a. 1960, operibus ad ecclesiam cathedralem S. Pelini restituendam institutis. A. 1982 contuli inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92594), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



T(itus) Muttius P(ubli) f(ilius) Celer IIII v(ir) q(uinquennalis) theatrum, mundum, gradus faciendos cura(vit), senatique consultum
5 *fecit utei pequinia(m) a populo pageis retribueret.*

Im. phot. a M. B. sumpta (add. neg. D. A. I. Rom n. 79.2720; neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7840–7841).

ANTINORI, *ms.* XLIV 510–511, qui titulum excerpsit, ut videtur, e MASCITTI, *Italia detecta*; e schedis ANTINORI, qui addit titulum telescopii ope neque sine periculo descriptum esse imperfecte, MOMMSEN, *Inscriptiones regni Neapolitani* 5366, ex quo HENZEN apud ORELLI, *Collectio* 6593; e schedis MASCITTI P. DESTEPHANIS apud CIRELLI, *Il regno delle due Sicilie* XVI 156; e libro MASCITTI pendet summarium quoddam publici iuris numquam factum a DESTEPHANIS ipso, ut videtur, exaratum hodie servatum sine titulo Sulmone apud monasterium S. Nicholai minorum observantium sub f. 197 (de quo vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 375 n. 8); ex summario altero eiusdem operis MASCITTI servato in bibliotheca publica Neapolitana sub n. 344 ad f. 4v schedulam excerpsit MOMMSEN, supra n. 3173, ex quo DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3997 et *ILS* 5642; e lapide H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *Historia* 32, 1984, 484–507 cum im. phot. tab. I fig. 1–2 et im. del. (*AE* 1983, 318); VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 310 cum im. del. fig. 450 (cf. etiam p. 44. 45. 117. 124. 163. 164 cum im. phot. fig. 189

n. 1); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 145–147 n. 9 cum im. phot.; DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, *ZPE* 73, 1988, 104–106 cum im. del.; PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 163–164 n. 241; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 227 n. 31; TARPIN, *Vici et pagi* 392 n. IV.7.21; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 269 n. 117; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9^o, 27, 2011, 656–657; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 539–540 n. E80 cum im. phot. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 117; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 120. 122–123. 126. 134. 219 cum im. phot. tab. XI fig. 11; G. BEJOR, *Athenaeum* 57, 1979, 130; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 204; EUND., in *La Valle Peligna* 5; M. CRAWFORD, *Epigraphica* 52, 1990, 142–143 (*AE* 1990, 231); C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 46–48; BUONOCORE, *ibid.*, 50 (*AE* 1993, 569); L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 38. 43; BUONOCORE, *Panorami* 8, 1, 1996, 20–21 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 31–32); J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 458 (= EUND., *Roman Questions* II 370); L. CAPOGROSSI COLOGNESI, in *Ager Campanus* 84; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 503; TOSI, *Edifici di spettacoli* 271. 286; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 108. 112–113 ad n. 9; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 51, 2005

(2009), 90–91; EUND., *RCCM* 47, 2005, 91; IASIELLO, *Samnium* 144; DUPRAZ, *Vestins* 50. 104; M. TORELLI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 277–278; C. RICCI, *Veleia* 30, 2013, 36; SEAR, *Roman Theatres* 152; A. DIONISIO, *Arch. Class.* 64, 2013, 241 cum im. phot. fig. 6; S. ANTONELLI et AL., *Quad. Friul. Arch.* 27, 2017, 79; M. C. SOMMA, in *Paesaggi rurali* 486.

Punctum triangulare sursum directum post *Celer* v. 1, post *faciendos* v. 3, post *pequnia(m)* v. 5.

Supplementa maxima ex parte recepi a DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, qui titulum primi denuo invenerunt et publici iuris cum amplissimo commentario fecerunt. – 1 *III* [*v(ir) q(uaestor) ?*] haud recte PETRACCIA LUCERNONI. – 4 *senati* pro *senatus*, – 5 *utei pequnia(m)* pro *ut pecunia(m)*, – 6 *pageis* pro *pagis* (agitur de dativo plurali declinationis secundae; de nominativo plurali declinationis secundae, ut tit. ex. gr. n. 3906 = huius Corporis vol. I² 1814 add. p. 1045, perperam in editionibus praecedentibus suspicatus sum). – T ◦ M TTIVS P ◦ F ◦ CELER ◦ III ◦ V ◦ Q | THEATRVM ◦ FVNDVM | GRADVS ◦ FACIENDOS ◦ CVRA | SE◦NATI◦QVE ◦ CONSVLTVM | FECIT◦QVE ◦ VTEI ◦ PEQV◦NIAM | POPVLO ◦ PAGEIS ◦ RETRIB MASCITTI apud ANTINORI, qui interpretatus est legendum (v. 1) *T. Mettius T. filius* pro T ◦ M TTIVS ◦ P ◦ F, (v. 2) *IIIvir quinquennalis* pro III ◦ V ◦ Q, (v. 3) *eundum* pro FVNDVM, (v. 5) *consulto* pro CONSVLTVM. – Inde MOMMSEN, *Inscriptiones regni Neapolitani* et HENZEN, qui explanationes ANTINORI secuti sunt. – T ◦ VETTIVS ◦ P ◦ F ◦ CELER IIIV ◦ Q | THEATRVM ◦ EVNDVM | GRADVS ◦ FACIENDOS ◦ CVRAVIT | SENATI◦QVE ◦ CONSVL◦TO | FECIT ◦ ITEM ◦ PEQVNIAM | POPVLO ◦ PAGEIS◦Q ◦ RETRIB DESTEPHANIS apud CIRELLI. – T ◦ MITTIVS ◦ P ◦ F ◦ CELER | III◦ V ◦ Q ◦ THEATRVM | ALVENDVM ◦ GRADVS | FACIENDOS ◦ CVRAVIT ◦ SE◦NATI◦QVE ◦ CONSVLTVM | FECIT◦QVE ◦ VTEI ◦ PEQV◦NIAM ◦ POPVLO ◦ PAGEIS ◦ RETRIB MOMMSEN supra n. 3173. – 2 *theatrum emundum* suspicatur CRAWFORD, quem sequitur SISANI addens: “*il testo ricorderebbe in questo caso la cessione (verosimilmente in perpetuum) al municipium da parte dei pagi dei diritti di utilizzo del teatro, dietro*

pagamento di un vectigal (la pecunia menzionata a l. 5)”; attamen cuius autem explanatio, re melius perpensa, viro docto C. LETTA mihi non persuadet. – 5–6 [*fecit utei pe*]quniam | [*populo pageis*] retribueret DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, quos LETTA secutus est; esse quoque potest *fecit utei pequnia a* | [*populo pageis retribueret(ur)*]. – 5 *fecit{que}* EGO in editionibus praecedentibus inde TARPIN. – 6 *retribueret{t}* EGO in *Suppl. It.* inde TARPIN.

Titus Mutius Celer quattuorvir iure dicundo quinquennalis (quod nomen gentilicium hic primum Corfinii occurrit; de nomine vide G. CAMODECA, in *Modalità insediative* 428) theatrum, mundum (nempe locum illum ad urbem condendam pertinentem) et gradus faciendos curavit (de munificentia inter al. etiam vide JOUFFROY, *La construction publique* 350 et S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 221), quorum impensas et Corfinium et pagi, scil. omnes vici in pagis urbi ipsi coniunctis exstantes, toleraverunt; cum haec opera facta essent, sententia a Mutio Celere fortasse dicta, senatus consultum fecit ut paganis, qui sumptus tolerare, pecuniam a populo, nempe pecuniam publicam, retribueret (locutio, ut supra demonstravi, solvi quoque potest hoc modo, scil. senatus consultum fecit ut *pecunia a populo pagis retribueretur*). Viri autem docti DEVIJVER et VAN WONTERGHEM, *l. l.*, suspicati sunt Mutium Celere senatus consultum fecisse ut populo et pagis pecuniam Mutius ipse, impensa tolerata, munificentissime retribueret (cum quibus etiam LETTA consentire videtur). De mundo praesertim vide DEVIJVER – VAN WONTERGHEM supra laudatos; adde F. COARELLI, in *Lexicon Topographicum* III, Roma 1996, 288–289 ubi alia bibliographia inveniri potest et M. TORELLI, in *Roman Middle Republic* 161–163; C. DOGNINI, in M. SORDI (Ed.), *Il pensiero della guerra nel mondo antico (Contributi dell'Istituto di storia antica 27)*, Milano 2001, 109–122; F. MARCATTILI, *ThCRA* IV 2005, 282–284.

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuerim fortasse post a. 49; etiam vide DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, *Historia*, *l. l.* 496–498; S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 334 (= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 334).

7244 tit. fortasse honorarius flaminicae

Plinthus ex lapide calcario supra et infra imminuta ab utroque latere ex parte servato levigata in fronte expolita a tergo scabra (26,5) × (70,3) × 62,1. Litt. 6,7–6,4. Rep. a. 1953 effossionibus ad viam montanam silice sternendam institutis in praedio *Ravara S. Padre* prope vicum *Popoli* sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibitus. Servatur *Popoli* humi iacens in *Taverna Ducale*, ubi a. 1979 et 1999 contuli.



[flaminica]
Iuliae Augustae,
sacerdos prim(a)
[- 6 ? -]s [- 3-4 ? -]
-----?

Im. phot. a F. VAN WONTERGHEM sumpta.
VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 145 n. 12 cum im. phot. tab. XII fig. 13; ID., *Ritratti* 15 adn. 29 cum im. phot. tab. V fig. 9;

ID., *Forma Italiae* 213–214 n. 3 cum im. phot. fig. 285; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 147 n. 10 cum im. phot. a VAN WONTERGHEM missa (*AE* 1988, 422); ID., in *Fonti latine e greche* I 254 n. 216; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 57 n. 34 (etiam cf. p. 20); GRANINO CECERE, *Flaminato femminile* 97–98 n. 24 cum im. phot. tab. VII fig. 17; ENGFER, *Private Munifizenz* 152 n. 228; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 597 n. E252 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990 (1992), 53; EUND., *Epigraphica* 60, 1988, 54–55; M. G. GRANINO CECERE, in *Acta Barcelona* I 648 n. 25; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 10; E. A. HEMELRIJK, *L'Ant. Class.* 74, 2005, 143–144; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 82; EUND., in *Dediche sacre* 267; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 352. 410.

Puncta distinguere nequeunt.

Supplevi. – 1 omisit, – 2 *prim(a)* vel *prim(aria)* VAN WONTERGHEM. – 4 omisit VAN WONTERGHEM; + EGO in praecedentibus editionibus; [*Cereri*]s vel [*Veneri*]s vel similia nunc supplendum opinor.

Si recte intellexi, titulus honorarius feminae cuiusdam est, quae fuit flaminica (attamen GRANINO CECERE cogitat in tit. flaminicam non exaratam esse) Iuliae Augustae (cf., ex. gr., tit. huius Corporis vol. XII 1363 = *ILS* 6991; de quo sacerdotio, praeter *ThLL* VI 4, col. 863, vide GRANINO CECERE, *l. l.* 643–654; HEMELRIJK, *l. l.* 85–117; C. ZACCARIA, in *Nuove ricerche* 236–240; R. FREI STOLBA, in *Egypte – Grèce – Rome* 345–395; etiam M. S. BASSIGNANO, in *Studi Albino Garzetti* 60) et sacerdos prima fortasse Cereris vel Veneris (sacerdotes Cereris vel Veneris alias in tit. Corfinii repertis n. 3170. 7250 et 3166. 3167 invenies). Primam magistram collegii sacerdotum Cereris

vel Veneris fuisse suspicor; nomen gentilicium cognomenque perierunt.

Dedicatus inter a. 14 p. C. n., quo anno Iulia Augusta appellata est, et a. 29, quo anno Livia defuncta est, vel potius ante d. 17 m. Ian. a. 42, quo tempore consecrata (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*⁶ 60–61).

7245 tit. fortasse honorarius magistratus municipalis

Tabula ex lapide calcario undique imminuta, a tergo scabra (22) × (25) × 12. Litt. 5,6/5,5. Rep. Corfinii a. 1964 operibus ad ecclesiam cathedralem S. Pelini restituendam institutis. Exstat *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92516), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 contuli.



 [- - quattuor]vir i[ure] [d[icundo] - -]
 [- -]fla[m(en)]perpe[ituus - -]
 [- -]s[ua]peq[unia]fecit - -]
 [- -]+ [- -]

Im. phot. a F. VAN WONTERGHEM sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 164 n. 6 cum im. phot. fig. 189 n. 7; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 147–148 n. 11 cum im. phot. a VAN WONTERGHEM missa (AE 1988, 423); ID., in *Fonti latine e greche* I 254 n. 217; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 58 n. 36; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 546 n. E96 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 11; A. ARNALDI, in *Epigrafia* 2006 II 774; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 267.

Punctum in formam falculae (v. 2) et triangulare (v. 3).

Supplevi. – 1–3 [- -]viri [- -] | [- -]m perp[- -] | [- -]s[ua]peq[unia] - -] VAN WONTERGHEM. – 3 *pequnia* pro *pecunia*. – 4 omisit VAN WONTERGHEM; + vestigium litt. incertae.

De flamine perpetuo scil. Imperatoris cuiusdam vide M. S. BASSIGNANO, in *Studi Albino Garzetti* 70–71 et passim.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

7246 tit. operis cuiusdam

Tabula, ut videtur, ex lapide calcario (ex lapide Tiburtino TAGLIAMONTE) undique fracta (46) × (21,5) × (28,5). Litt. circ. 9. Rep. loco incerto nescio quando. Exstare in vico *Pratola Peligna* muro aedium quarundam inserta asserit vir doctus G. TAGLIAMONTE, qui a. 1990 vidit et ectypum delineavit. Frustra quaesivi. Perit aut latet. Descripsi a. 1990 ex ectypo TAGLIAMONTE.

 [- -]dius C(ai) f(i)lius [- -]
 [- -]i]demq(ue) [- -].

DIVSCF
 DEMOQ

Im. a G. TAGLIAMONTE del.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 164–165 n. 3 cum im. a TAGLIAMONTE delineata tab. 3 fig. 5 (AE 1992, 330) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 367 n. 3); ID., in *Fonti latine e greche* I 268 n. 315; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 119–120 n. 121 cum eadem im. del.; R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 57–58.

Puncta nulla.

Descripsi et supplevi quatenus potui ex ectypo mihi comiter a viro docto TAGLIAMONTE misso.

Agitur, ut videtur, de duobus quattuorviris, potius quam aedilibus, municipii Corfiniensis, qui opus quoddam curaverunt idemque probaverunt.

Ex litterarum forma prioris partis saec. I p. C. n. esse potest, in dubio autem maneo.

7247 tit. operis cuiusdam

Epistylum ex lapide calcario a sinistra, a dextra et infra fractum, in fronte ex parte scalpro dentato dolatum a tergo scabrum, in facie autem seorsum directa levigatum (32,5) × (42) × 10,7. Litterae versus primi ex parte decussae. Litt. circ. 10–6,5. Rep. a. 1995 effossionibus factis extra Corfinium in fano Herculis sub praedio *Fonte S. Ippolito* nuncupato sito. Exstat *Corfinio* inter reposita musei municipali (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1998 descripsi et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



[- -]Lucilia [- -]
 [- -]recep[ta]culor[um] - -]
 -----?

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 120 n. 122 cum im. phot. (AE 2004, 481); ID., in *Dediche sacre* 269 n. 120. – Cf. EUND., in *Donna e vita cittadina* 533–534.

Supplevi non sine dubiis. – Mihi etiam in mentem venit supplementum [*diem spec*]tacular[um] *dedit* vel *exhibuit* vel similia], sed praesertim ob locum ipsum ubi titulus erutus hoc supplementum parum probabile mihi esse videtur.

Si recte sum opinatus, memoratur femina quaedam, quae operi receptaculorum aquae (cf. tit. huius Corporis vol. XI 6038 = *ILS* 5736, ubi laudatur receptaculum aquae quoddam) faciendo ad fanum Herculis sub praedio *Fonte S. Ippolito* praefuit (etiam cf. HEMELRIJK, *Hidden Lives* 464). In tit. Corfiniensibus passim invenies Luciliam Caii filiam Benignam illam (n. 3155–3157. 3244), cuius pater Caius Lucilius Caii filius Benignus Ninnianus fuit tribunus militum a populo nec non fortasse temporis spatio inter aetatem Augusteam exeuntem vel potius Tiberianam ineuntem comprehenso quaestor provinciae Hispaniae ulterioris et aedilis Cerialis (cf. quae scripsi ad tit. n. 3155). De Lucilia Benigna etiam vide C. ZACCARIA, in *Donna e lavoro* 36–38.

Ex litterarum forma nec non praesertim ob locum ipsum, ubi epistylum in lucem erutum, priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

7248 = *EE* VIII p. 39 n. 156 tit. operis cuiusdam

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte et a tergo levigata (22,2) × (12,1) × 13,4. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia cincta cuius vestigia supra tantum servantur. Litt. 3,5–2,9. Rep. a. 1889 extra Corfinium iuxta viam *S. Ippolito* sub praedio *Fontana Vecchia* appellato (cave eodem loco, nunc *Fonte S. Ippolito* nuncupato, in lucem prodiisse tit. n. 7227–7234. 7247. 7331 ad fanum Herculis pertinentes). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis *S. Pelini*; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



[- -] *M(arci) f(ilius) Ma*[- -]
 [- -] *p(ariet(em) c(aem(enticium))*
 [- -] *DCCX*[- -]
 [- -] *ni f(aciundum) c(uravit) [i(demque) p(robavit)].*

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1889, 165 (= ID., *Scoperte archeologiche* 285); inde M. IHM, *EE* VIII p. 39 n. 156; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 252 n. 207; ID., in *Dediche sacre* 269 n. 118. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 3, 1987, 138 ad tit.; EUND., *ibid.* 22, 2004, 112 ad tit.; EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 41; EUND., in *Donna e vita cittadina* 535.

Puncta triangularia.

Supplevi. – 4 in. ad vocabulum *fanum* casu genitivo exiens mihi pertinere videtur.

Memoratur, si recte intellexi, vir quidam – utrum magister fani an quattuorvir iure dicundo an aedilis sit, incertum – qui operi faciendo apud fanum Herculis sub praedio *Fonte S. Ippolito*, de quo supra scripsi, sito praefuit; ut ex titulo sane elicitur parietem caementicium longum pedes [- -] *DCCX*[- -] ad aream secludendam exstructum faciendum curavit idemque probavit (de pariete cf. *ThLL* X 1, col. 389–390. 392–393).

Ex litterarum forma nec non praesertim ob locum ipsum, ubi tabula eruta est, inter saec. I ex. a. C. n. et saec. I in. p. C. n. tribuenda esse videtur.

7249 tit. honorarius patroni

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte et a tergo levigata (27) × (25) × 15. Litt. 3,5–3. Rep. nescio quando a. 1998 extra Corfinium fortasse in fundo *Fonte S. Ippolito* nuncupato. A. 1998 descripsi *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



 [- -] *§*[- -]
 [- -] *eq(uiti) Ro*[mano],
 [patrono sp] *lendidiss(imi)*
 [ordinis C] *orfiniens(um)*,
 5 [sodali G] *eniali PO*+ [- -]
 [- -] *NDAE DV*[- -]
 [- -] *AIV*[- -]
 -----?

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 120–121 n. 123 cum im. phot (*AE* 2004, 482); DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 548 n. 101 cum im. phot.

Puncta triangularia et in formam hederiae (v. 5) posita.

Supplevi quatenus potui non sine dubiis. – 6 + fuit fortasse litt. I vel L vel N vel M.

Memoratur, ut opinor, vir quidam Corfiniensis, cuius nomen et cognomen suppleri nequeunt, eques Romanus, patronus municipii (vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 269) nec non sodalis Genialis, de quo vide tit. huius Corporis vol. X 8109 = *Inscr. It.* III, 1, 30.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7250 tit. sepulcralis sacerdotis Cereris

Fragmenta duo (a-b) ex marmore inter sese non coniuncta pertinentia ad eandem tabulam 100 × 150 circ. excavatam expolitam cymatio inverso cinctam, cuius pars supra et in angulo inferiore sinistro tantum servatur, a tergo levigata. In frg. a [(35,5) × (60) × 13,8] insculpta est area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio inverso cincta supra a dextra et infra tantum servato 19 × ?; litt. affabre insculptae 5,1-2,9. Frg. b [(58,4) × (92,7) × 13,8] praebet aream paulum excavatam una face accensa a sinistra cincta anaglyphis ornatam, ubi cernitur mulier sinistrorsum sacrificantis modo instrumentum quoddam dextra tenens ad aram in fronte non ornatam, una cum camillo dextra scrofam, ut videtur, agente (de quibus anaglyphis etiam vide VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 315 cum im. phot. fig. 461 et nunc H. I. FLOWER – M. J. DILUZIO, *AJA* 123, 2019, 233. 234). Rep. a. 1899 in praedio, q. d. *Cisterna* prope villulam gentis *Ciccio* (iam *Santoro*) situm, quod 2 km ab urbe *Corfinio* abest, iuxta viam, qua itur ad vicum *Pratola Peligna*. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92606), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



Helvia
Pothine sacerdos
Cereris.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

DE NINO, *NS* 1899, 399–400 cum im. del., qui titulum plenierem vidit (*AE* 1900, 85) (= ID., *Scoperte archeologiche* 419–420); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 148–149 n. 12 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 254 n. 218; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 57 n. 35 cum im. phot. fig. 4 (etiam cf. p. 32); DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 544–545 n. E93 cum im. phot. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 90; G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 217 n. 7; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 145. 211 n. 176; MATTIOCCO, *Contributi* 13 cum im. phot. fig. 16; VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 22 cum im. phot. tab. V fig. 10; EUND., *Antike Welt* 11, 1980, 29 cum im. phot. fig. 7; EUND., *Forma Italiae* 179 im. phot. fig. 220 tantum; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana*

9, 1984, 200; EUND., in *Dediche sacre* 267; C. MOLLE, in *Valle di Comino* V 114; A. BENCIVENGA, in *Antropologia e archeologia* 737; A. DIONISIO, *Arch. Class.* 64, 2013, 232–234 et passim cum im. phot. fig. 3; HEMELRIJK, *Hidden Lives* p. 359; MATTIOCCO, *Pietro Piccirilli* 132.

Punctum triangulare. – 2 litt. T, ut tradunt, supra versum eminens. – 2 *Pothine*, 3 *Cereris* vidit DE NINO.

De sacerdotio *Cereris* saepius, ut constat, una cum *Veneris* in titulis Paelignis memorato etiam vide supra ad tit. n. 7236. Nomen *Helvii* fusius memoratum in regione Paelignorum (cf. VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 21–23); *Helvia* = mulieris (liberta) *Quarta* illa, quae *Sulmone* sacerdos *Cereris* et *Veneris* fuit (tit. n. 3089), praetermittenda quoque non est.

Ex litterarum forma nec non ob sacerdotium, quo femina functa est, saec. I p. C. n. tribuerim.

7251 tit. operis fortasse publici

Tabula ex lapide calcario in angulo superiore dextro immunita, lateribus caelo dentato dolatis a tergo scabra 52,1 × 68,3 × 13,9. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio recto cincta 42,3 × 78,3. Litt. 7,2–4,9. Rep. a. 1982 in regione, q. d. *Impianata* (etiam vide infra tit. n. 7278. 7292. 7316. 7327. 7333. 7341. 7342. 7347), extra *Corfinium* sita in usum posteriorem adhibita operibus institutis ad aquae ductum *Corfiniensem* restituendum. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92605), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



Staberia Q[uinti] f[ilia] Sa[- 4 ? -]
Modiani (scil. uxor)
porticum ante sacrarium
a solo s[ua] p[ecunia] f[ecit].

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 311. 317 n. 7 cum im. phot. fig. 469 (*AE* 1984, 315); BUONOCORE, *L'Ant. Class.* 54, 1985, 298 n. 6 cum im. phot. tab. XV fig. 6 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 633–634 n. 6); ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 149–150 n. 13 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 254 n. 219; ID., in *Dediche sacre* 269 n. 121; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 559 n. E140 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 213; EUND., in *Donna e vita cittadina* 531; HEMELRIJK, *Hidden Lives* p. 381. 456; O. DE CAZANOVE, in *Autour de la notion de sacer* 130.

Puncta in formam et circulorum et falculae redacta. – 3 litt. T vocabuli *ante* supra versum eminens.

Supplevi. – 1 *sa[c(er)dos] Cer(eris) ?* VAN WONTERGHEM, *l. l.* 311, *Sa[c(er)dos] ?* ID. 317; *Sa[- - -]*, id est cognomen, supplevi ex gr. *Sa[lvia]* vel *Sa[luta]*. – 2 *modiani* VAN WONTERGHEM, *l. l.*

Staberia Quinti filia *Sa[- - -]* uxor *Modiani* cuiusdam eadem potest esse ac *Staberia Q.* f. tit. n. 7335 memorata; nomen gentilicium *Staberii* hic primum occurrit, cf. autem cognomen *Staberiani*. De *Quintis Staberis* etiam vide G.

CAMODECA, *Oebalus* 6, 2011, 113–114. Sacrarium est, teste Ulpiano (*Dig.* 1,8,9,2), locus, in quo sacra reponuntur, quod sacrarium in loco privato esse quoque potest; apud Servium (*ad Aen.* 12, 199) hoc legitur: sacrarium proprie locus est in templo, in quo sacra reponuntur: sicut donarium est, ubi ponantur oblata; cf. etiam locutiones, quae sequuntur tit. huius Corporis

vol. X 7225 = *ILS* 6769, scil. *hoc sacrarium ex voto exornavit*, et VI 461 = *ILS* 3361, scil. *in praediis suis sacrarium Dei Liberi cum aedicula et columnis suis impendiis marmora[r]un[t]*; de re universa vide M. VAN DOREN, *L'Ant. Class.* 27, 1958, 31–75; A. DUBOURDIEU – J. SCHEID, in *Lieux sacrés* 75–77. Saec. I p. C. n. esse potest.

7252 tit. sepulcralis decurionis

Tabula ex lapide calcario fortasse ad frontem sarcophagi pertinens in quattuor partes inter sese coniunctas fracta 38,2 × 135,8 × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio recto cincta 27,2 × 98,8. Litt. 6,5/3,5. Rep. extra vicum *Vittorito*, ut traditur, loco incerto nescio quando. Nunc exstat *Vittorito* muro exteriori ecclesiae S. Michaelis Archangeli sinistrorsum adfixa, ubi a. 1982 et 1996 contuli.



L(ucio) Sario L(uci) fil(io) Ser(gia) Felici decurioni Corfiniensium, iuveni inc(omparabili), qui vixit annis XXX mensibus VI diebus X; L(ucius) Sarius Felix pater et Pontia Iustina mater filio piissimo et L(ucius) Sarius Iustinus frater et Saria Felicis (vac.) la soror posuerunt.
5 *L(ocus) d(at)us d(ecurionum) d(ecreto).*

Im. phot. a M. B. et a VAN WONTERGHEM sumpta. MATTIOCCO, *Contributi* 12–13 cum im. phot. fig. 14; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 199–200 n. 2a cum im. phot. fig. 260 (*AE* 1984, 307); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 150–151 n. 14 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 254 n. 220; GINESTET, *Organisations de la jeunesse* 240 n. 133 (etiam cf. p. 77); WESCH-KLEIN, *Funus publicum* 163; GOLINI, *Vittorito* 42–44; N. CIACIO, *Quad. Ist. Arch. Chieti* 5, 1995, 195–197 n. 6 cum im. phot. fig. 8 ad p. 192; D'ABRIZIO, *Vittorito* 436–438; FUCINESE, *Sant'Angelo di Vittorito* 19 cum im. phot. fig. 11; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 566–567 n. E160 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 60. 120–121. 225 n. 288. 228 n. 311–314 cum im. phot. tab. XI fig. 101; EUND., *Antiche genti* 60; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984,

211; M. KLEIJWEGT, *Act. Class.* 37, 1994, 81; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 14; FORNI, *Tribù S99*; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36; BRANCATO, *Repertorium* II 93.

Puncta triangularia et in formam hederæ vicissim etiam in fine versus posita.

1 FILIO, CORFINIENSIV, – 2 IV[-]JEN[-]INC, – 4–5 FELI[-]LA SOROS, – 6 L D D CIACIO.

Sarium alium tit. n. 7230 fortasse quoque memoratum reperies; nomen Pontii redit tit. n. 3144. De locutione *locus* (scil. sepulturae) *decurionum decreto* scil. publice datus etiam cf. I. MILANO – V. PISTARINO, in *Quotidien municipal* 708–709 n. 97.

Temporis spatio inter saec. II ex. et III in. p. C. n. comprehenso tribuerim.

7253 = *EE* VIII p. 37 n. 148 = *CLE* 402 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem scissa in fronte levigata a tergo dolata (40,8) × (79,2) × (22,3). Litt. 7,8–2,1. Rep. a. 1889 Corfinii muro inserta fenestrae canonicae ecclesiae cathedralis S. Pelini. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92569), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

Im. phot. a G. ANNIBALDI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7761. 7888).

[- A]posoleno [- filio]

Augusta[li]

[qui] vixit ann(is) [- -]

mens(ibus) IIII d(iebus) X[- -],

5 [Apos]olena Fort[unata]

et Italicu[s]

[pare]ntes infelic[issimi]

[fi]lio piissimo [b(ene)]

[m(erenti)] posuerunt;

10 [parvo conte]ntus iuenis reverentia ple[nus],
[nobis gra]tus et [in div]os pietate replet[us].



A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1889, 282 inde ex ectypro chartaceo M. IHM, *EE* VIII p. 37 n. 148, ex quo BÜCHELER, *CLE* 402 et DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4240; LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 34; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 18 n. 4 cum im. phot. fig. 4 (cf. *AE* 1961, p. 27), qui titulum ineditum esse putat; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 250–251 n. 199; ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 38 n. 37 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 181 n. 37); ID., in *Temptanda viast* 7 n. 28; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 546 n. E97 cum im. phot. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 85; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 200 n. 67–68. 242 n. 433 cum im. phot. tab. XVI fig. 20; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 125; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 47; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 192; EUND., *Suppl. It.* 4, 1987, 137 ad tit.; EUND., *BDASP* 80, 1990 (1992), 74 adn. 1 n. 7; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 112 ad tit.

Puncta triangularia.


Supplevi praeter v. 10–11, quorum supplementa a BÜCHELER recepi. – 1 [S]osole[no] haud recte ANNIBALDI. – 2 Augustalli] est cognomen; de Augustalitate cogitat, praeter ANNIBALDI, etiam R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 158 [cf. quae scripsi *ZPE* 108, 1995, 131 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 87–88)]. – 5 [S]osolena male ANNIBALDI. – 10 iuenis pro iuuenis. – 10–11 sunt dactyli hexametri (finale autem in reverentia syllabam prave correptam deprendas), scil. *parvo contentus iuenis, reverentia plenus, | nobis gratus et in divos pietate repletus*, quos hoc modo in sermonem Italicum vertendos opinor: “*Giovane di poche pretese, pieno di rispetto, a noi gradito (caro), colmo di devozione verso gli dèi*” (sermonem Hispanicum reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* I 229–230 ad n. *CLE*). De locis similibus etiam vide SANDERS, *Lapides memores* 461; F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 187. Nomen Aposoleni hic primum occurrit (cf. SCHULZE, *Eigennamen* 71).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7254 tit. sepulcralis aurificis et sevir Augustalis

Stela in duas partes inter sese coniunctas fracta ex lapide calcario marginibus imminuta ab utroque latere caelo dentato dolata a tergo scabra 155,2 × 66,1 × 27,8. Area titulo

inscribendo destinata excavata expolita nec non ex parte caelo dentato dolata cymatio recto cincta 120,2 × 48,2. Litt. affabre insculptae 6,9–4,5 (litt. in fine v. 3, 9, 10 et 13 minoris mensurae exculptae 2/1,3). Rep. extra Corfinium temporis spatio inter a. 1931 ex. et a. 1932 in comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae – Valeriae situm (vide supra ad tit. n. 7242). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



D(is) M(anibus).

P(ublio) Caesen-
nio P(ubli) l(iberto) Callido
aurifici et

5 P(ublio) Caesennio
P(ubli) l(iberto) Plebeio sev(iro)
Aug(ustali), Lucceiae
C(ai) f(iliae) Optatae,
P(ublius) Caesennius

10 P(ubli) l(ibertus) Primitivos
fratri et
patronis.

C(aio) Lucceio Plebeio
post obitum

15 nomen frater
restituit.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7805. 7891).

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 3; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 19–20 n. 6 cum im. phot. fig. 6 (cf. AE 1961, p. 27); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 151–152 n. 15 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche I* 254–255 n. 221. – Cf. L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 71; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 180 n. 6. 204 n. 105–107. 215 n. 206–206a; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 195. 202; BRANCATO, *Repertorium II* 93.

Litterae conexae LI vocabuli *Callido* (v. 3) et NI vocabuli *Caesennius* (v. 9) supra versum egredientes. Puncta triangulata.

2–3 *Caesenani*no typhothetae errore EGO apud *Fonti latine e greche*. – 9 *Caesennius*) ANNIBALDI. – 10 *Primitivos* pro *Primitivus*.

Si recte intellexerunt viri docti G. CAMODECA et S. PANCIERA hoc modo titulus explanandus est: P. Caesennius Publii libertus Plebeius possidebat libertum quendam cui nomen erat Publius Caesennius Publii libertus Callidus; qui libertus, cum patronus uxorem ingenuam vel potius filiam liberti cuiusdam alterius, nempe Lucceiam Caii filiam Optatam, duxisset, nomen suum mutavit et Caius Lucceius Plebeius appellatus est, praenomine et nomine patronae gentis et cognomine patroni permutatis. Quo liberto una cum patrono et patrona defuncto, Caius Caesennius Publii libertus Primitivus eius frater nomen ipsius primitivum in titulo restituendum curavit. De aurificibus vide H. GUMMERUS, *Klio* 14, 1914, 129–189 et EUND., *ibid.* 15, 1918, 256–302; alia bibliographia, titulis recensitis, invenitur apud I. CALABI LIMENTANI, in *EAA* 1, 1958, 930–932 et praesertim S. PANCIERA, *Arch. Class.* 22, 1970, 131–138 (= EUND., *Epigrafi I* 153–158); EUND., in *L'Urbs* 85–86; R. FRIGGERI, in *Actes du Colloque Degrassi* 265. Seviros Augustales saepius in titulis Corfiniensibus memoratos recensui in *ZPE* 108, 1995, 131 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 87–88) (etiam vide R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 159 et EUND., in *ANRW II* 16, 2, 1978, 1254 et passim). Nomen gentilicium Caesennii hic primum occurrit; nomen Lucceii autem fusius in titulis eiusdem loci repertis saepe memoratus (cf. quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l. 151).


Ex locutione *D(is) M(anibus)* compendiata et ex litterarum forma saec. II ex. p. C. n. esse videtur.

7255 tit. sepulchralis seviri Augustalis

Stela in tres partes inter sese coniunctas fracta ex lapide calcario marginibus imminuta lateribus caelo dentato dolatis a tergo levigata 139,8 × 52,1 × 24. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita nec non infra ex parte caelo dentato dolata cymatio foliis ornato cincta 99,8 × 40,2. Litt. affabre insculptae 6,9–3,1 (litt. et v. 3 ex. minoris mensurae 2,3). Rep. extra Corfinium temporis spatio inter a. 1931 ex. et a. 1932 in. comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae – Valeriae situm (vide supra ad tit. n. 7242). A. 1982 vidi inter reperta ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92592), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

T(itus) Petiedius
Lathmus
sev(ir) Aug(ustalis) sibi et
Helviae Scophe
5 *coniugi et*
Helviae Liceni
filiae.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7891).



LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 2; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 18–19 n. 5 cum im. phot. fig. 5 (cf. AE 1961, p. 27); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 152–154 n. 16 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche I* 255 n. 222; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 545 n. E94 cum im. phot. – Cf. G. COLONNA, *Rend. Accad. Lincei s. 8°*, 14, 1959, 229 adn. 10; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 139. 211 n. 177–178. 213 n. 191. 223 n. 272; EUND., *Antiche genti* 12 adn. 18. 21 adn. 76; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 200. 208; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293.

4 *Scophe* pro *Scope*. – Puncta in formam aculei sagittae in fine versus quoque redacta. – Litt. T supra versum semper emittens.

Nomina gentilicia Peti(e)dii et Helvii saepius in tit. Corfiniensibus repertis memorati sunt, cf. VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12. 21–23 et quae scripsi in *Suppl. It.* 153–154. De nomine Petiedii ex. gr. etiam vide T. SIRONEN, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 345; P. POCETTI, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 760; S. PATRIARCA, in *Valle di Comino VI* 64–65; H. SOLIN, *ibid.* VII 138; MORANDI, *Epigrafia italiana II* 277. De seviris Augustalibus ad tit. n. 7254. 7256. Rarum cognomen *Licce* (de cognomine *Liccaeus*, *Liccaius*, *Licco* vide D. DANA, *ZPE* 188, 2014, 188 et M. ŠAŠEL KOS, *Misc. Hadr. Med.* 3, 2016 (2017), 117–119).

Ex forma litterarum tribuerim saec. I p. C. n.

7256 tit. sepulcralis ephippiarii

Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta marginibus imminuta ab utroque latere caelo dentato dolata a tergo levigata 77,6 × 147,3 × 29,6–26,8. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita cymatio inverso cincta 58,8 × 128,2. Litt. affabre insculptae 8/1,7. Rep. extra Corfinium ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini m. Sept. ex. a. 1976, effossionibus ad sepulcretum detegendum ad km 172,7 viae Tiburtinae – Valeriae situm institutis in praedio domini *Panfilo Sebastiano* (vide supra ad tit. n. 3236). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



- T(ito) Petiedio T(iti) l(iberto) Nyctaeo epiipario (!); (vac.)
 T(itus) Petiedius Luciliae C(aius) Lucilius
 T(iti) l(ibertus) Stephanio =mulieris= l(ibertae) Calybeni Ichimenus
 vivos sibi coniugi vivos sibi
 5 sevir Augustalis d(ecurionum) d(ecreto). (vac.)
Tu qui praeteriens lassus properare videris, sic coeptum peragas,
[si]ste parumper iter! Propositum vitaeque (!) meae mortisque legendum, da
[pe]dibus requiem et perlege pauca, precor! Emerui dominam officis; bis libera facta, cum meritis
[fa]cto morte perempta meis. Iamque quater denos aetas impleverat annos, cum interea nulli
 10 [nox]ia dicta forem. Tota domus dominae nostro pendebat amore coniugibusque meis semper
[am]anda fui. Quaecumque domum cernis monumentaque (!) nostra, impensa facta(m) <a> coniuge
[ut]roque meo. Quorum vita, precor, longo spatietur amore inveniantque sibi quae bene velle
[veli] ?nt. N[on in]certum habeo te non inquirere velle, praeteriens, oculis quae legere ipse potes:
«[Sive mih]i Calybe sive es Lucilia dicta, digna es cui dicam: 'sit tibi terra levis'». Et tu, quicumque es,
 15 [ho]c titulo remorate legendo, pervenias quo vis, sit tibi amica Fides. (vac.)
 [T(ito) Petie]d[i]o T(iti) l(iberto) Nyctaeo. Et tibi. (vac.)

Im. phot. a M. B. sumpta.

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 71 sine supplementis; G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 46–64 n. 8 cum im. phot. fig. 8 (AE 1983, 324); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 154–156 n. 17 cum im. phot. a canonico domino FERNANDO DI FIORE Corfiniensi missa; ID., in *Fonti latine e greche* I 255 n. 223; ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 38–39 n. 38 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 181 n. 38); ID., in *Temptanda viast* 6 n. 22; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 547–548 n. E100 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 202. 208; J. LINDERSKI, *JRA* 3, 1990, 320 (= EUND., *Roman Questions* I 414); H. SOLIN, *Arctos* 24, 1990, 121–124 (cf. AE 1991, 556) (= EUND., *Analecta Epigraphica* 335–337); BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990 (1992), 74 adn. 1 n. 9; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 458 (= EUND., *Roman Questions* II 370); BUONOCORE,

Suppl. It. 22, 2004, 113 ad tit. n. 17; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 108–109.

Puncta in formam aculei sagittae et virgulae acclivis et praesertim triangularia redacta (etiam vide puncta triangularia inter vocabula *peragas*, scil. PER ° AGAS [v. 6], et *mortisque*, scil. MORTIS ° QVE [v. 7], insculpta); in fine v. 5 hedera, ut videtur, quoque signata. – 3 litt. Y supra versum eminens.

In supplementis secutus sum PACI praeter v. 12, ubi *[p]roque nato* proposuit, quod supplementum SOLIN, *l. l.* recte, ut videtur, correxit *[ut]roque meo*. – 1 *epiipario* pro *ephippario* (de qua forma vide H. SOLIN, in *Wie die Blätter* 72), – 3 *Ichimenus* pro *Ichmenus*, – 4 *vivos* (bis) pro *vivus*, – 7 *vitaieque* pro *vitaetaeque*, – 11 *monumentaetae* pro *monumentaetae*, *factam coniuge* pro *facta a coniuge*, ut videtur.

Sunt decem dactyli elegiaci sic constituti:

Tu qui praeteriens lassus properare videris,
 sic coeptum peragas, siste parumper iter!
 Propositum vitaeque meae mortisque legendum,
 da pedibus requiem et perlege pauca, precor!
 5 Emerui dominam officii; bis libera facta,
 cum meritis fato morte perempta meis.
 Iamque quater denos aetas impleverat annos,
 cum interea nulli noxia dicta forem.
 Tota domus dominae nostro pendebat amore
 10 coniugibusque meis semper amanda fui.
 Qualemcumque domum cernis monumentaque nostra,
 impensa facta a coniuge utroque meo.
 Quorum vita, precor, longo spatietur amore
 inveniantque sibi quae bene velle velint.
 15 Non incertum habeo te non inquirere velle,
 praeteriens, oculis quae legere ipse potes:
 «Sive mihi Calybe sive es Lucilia dicta,
 digna es cui dicam: 'sit tibi terra levis'».
 Et tu, quicumque es, hoc titulo remorate legendo,
 20 pervenias quo vis, sit tibi amica Fides.

Quae sic in verba Italica vertenda (sequor magna ex parte PACI, l. l. 63): «Oh tu che passi davanti alla tomba e, pur stanco, dai mostra di andare in fretta, che tu possa felicemente concludere il viaggio iniziato, fermati un po'! A che tu apprenda la storia della mia vita e della mia morte, concedi tregua ai tuoi passi e leggi fino in fondo queste poche righe, ti prego! Mi sono conquistata il favore della padrona con l'attendere ai miei compiti; avevo conseguito per la seconda volta la libertà, quando fui strappata dal destino insieme a ciò che mi ero guadagnata. Già la mia età aveva superato i quarant'anni, senza che fino ad

allora fossi per alcuno ritenuta causa di danno. La casa della padrona era per intero affidata alle mie cure amorose e anche dai miei mariti sempre sono stata amata. La dimora presente, quale che sia, tu puoi vedere e vedi la tomba che entrambi i miei coniugi hanno costruito a proprie spese. Per la loro vita io prego gli dèi che si protenda a lungo nell'amore e che essi possano trovare donne che siano disposte a voler loro bene. Sono certa che tu che sei di passaggio non vuoi metterti a cercare quella verità che puoi leggere con i tuoi occhi sulla pietra: «Che io t'invochi col nome di Calibe o con quello di Lucilia, tu sei degna di questo augurio: 'sia la terra leggera per te'». E tu, chiunque sia, che ti sei attardato a leggere questo epitafio, possa tu pervenire dove sei diretto e avere amica la dea Lealtà (i. e. incontrare persone leali)».

Lucilia Calybe, ut SOLIN recte suspicatus est, iterum nupta fuit, prius cum Caio Lucilio Ichmeno, deinde cum Tito Petiedio Stephano sevir Augustale decurionum decreto (de seviris Augustalibus supra ad tit. n. 7254–7255), ex quo filium habuit, scil. Titum Petiedium Nyctaeum, qui fuit ephippiarius, i. e. artifex, qui ephippia vel conficit vel vendit (*ThLL* V 2, col. 658 lin. 64–66; cf. etiam *Diz. epigr.* II 2127, nec non H. SOLIN, in *Wie die Blätter* 72. Corfinii officium stabularii quoque reperies infra ad tit. n. 7262). Uterque coniugi titulum dedicavit. De carmine PACI, l. l. cum amplissimo commentario locos similes addens fusius disseruit (etiam vide SANDERS, *Lapides memores* 433). De locutione v. 15 *sit tibi amica Fides* vide REALI, *Amicitia* 159 n. 115 et passim. De nomine Peti(e)dii etiam vide T. SIRONEN, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 345; P. POCETTI, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 760; S. PATRIARCA, in *Valle di Comino* VI 64–65; H. SOLIN, *ibid.* VII 138.

Est saec. I p. C. n.

7257 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario ex pluribus partibus olim inter se coniunctis composita a sinistra fracta a dextra, ut videtur, abscisa, in fronte foramine perterebrata undique levigata 36 × (106) × 14. Litt. 6–8. Rep. Corfinii a. 1964 operibus ad ecclesiam cathedralem S. Pelini restituendam institutis. A. 1965 F. VAN WONTERGHEM titulum recognovit *Corfinio* inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini, ubi a. 1982 non repperi. A. 1999 frustra denuo quaesivi. Periit aut latet. Descripsi quatenus potui a. 1983 ex im. phot. a VAN WONTERGHEM sumpta.



XXXIII: XX[XV]
 [loc(us)] C(ai) Vetti T(it)i f(ili) Ruf(i); loc(us) [- -].

Im. phot. a F. VAN WONTERGHEM sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 164 n. 3 cum im. phot. fig. 189 n. 2 (*AE* 1984, 297); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 156 n. 18 cum im. phot. a VAN WONTERGHEM comiter missa; ID., in *Fonti latine e greche* I 255 n. 224; ID., *Epigrafia anfiteatrale* III 123 n. 86 cum im. phot. tab. XXXIV fig. 3 (a VAN WONTERGHEM sumpta); CIABARRA, *Anfiteatri* 103–104 n. 3.3.2 cum im. phot. fig. 68 a VAN WONTERGHEM sumpta; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 546–547 n. E98. – Cf. VAN WONTER-

GHEM, *Corfinium* 235 n. 360 cum im. phot. tab. XXI fig. 29; BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 9, 1984, 216; E. RAWSON, *PBSR* 55, 1987, 108 adn. 144; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad tit. n. 18; EUND., in *Ex adversis fortior resurgo* 41; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; G. PACI, in *Epigrafia dei porti* 284 adn. 33.

Puncta triangularia.

Exscripti quatenus potui ex im. phot. a VAN WONTERGHEM comiter missa.

Tabula ad loca theatri vel amphitheatri pertinet; de locis, praeter RAWSON supra laudatum, imprimis vide J. KOLENDO, *Archeologia* 30, 1979, 39–55, EUND., *Ktèma* 6, 1981, 310–315; etiam cf. *Diz. epigr.* IV, 1460–1462 et *ThLL* VII 2, col. 1575–1576; etiam S. ORLANDI, *Epigrafia anfiteatrale* passim; A. BOLLA, in *Est enim ille flos Italiae* 77–101; P. ROSE, *PBSR* 73, 2005, 99–130; PACI, l. l. 275–288; C. LETTA, *NS* s. 9^o, 19/20, 2008/09 (2010), 120–133 et S. BRAITO, in *Inscrizione esposta* 153–183. De iure sedendi in theatro vide A. CASSARINO, *Stud. Doc. Hist. Iuris* 83, 2013, 577–589.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. dubitanter tribuerim.

7258 tit. sepulcralis medici

Pars superior stelae ex lapide calcario fastigio minus prospiciente cum acroteriis undique fracta in fronte levigata a tergo scabra (24,8) × (37,7) × 4,1. Area titulo inscribendo destinata excavata sulcis duobus cymatium imitantibus, cuius pars supra et a sinistra tantum servatur. Litt. 4,5–3,8. Dedicatio in fastigio insculpta. Rep. extra Corfinium a. 1906 in praedio domini *Pelino Muccetti* iuxta viam Tiburtinam – Valerianum sito. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



[D(is)] M(anibus) [s(acrum)].
 Epictetio-
 ni medi(co)
 Eutyche[tis],

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

A. DE NINO, NS 1906, 416 cum im. del. (AE 1984, 318) (= ID., *Scoperte archeologiche* 472–473); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 157 n. 19 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 256 n. 225; CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 607 n. 64. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 195 n. 31a. 240 n. 409; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad tit. n. 19; P. PORENA, *Epigraphica* 72, 2010, 120; EUND., *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 95.

Puncta triangularia. – 4 Y supra versum eminens.

Supplevi. – 3 M EDI DE NINO et VAN WONTERGHEM, qui suspicantur verba ad praenomen Marci et ad nomen gentilicium Edii pertinere; contractionem vocabuli *medi(cus)* tit. huius Corporis vol. V 5277 quoque reperio (cf. *ThLL* VIII 5, col. 547 lin. 1–3). De cognominibus a medicis antiquis sumptis vide H. SOLIN, in *Ancient Medicine* 119–142. De medicis in titulis nominatis praeter GUMMERUS, *Ärztstand* inter al. vide R. J. ROWLAND JR., *Epigraphica* 39, 1977, 174–179; S. RÉMY, *ibid.* 49, 1987, 261–264; EUND., *ibid.* 63, 2001, 277–283; A. BUONOPANE, in *Donna e lavoro* 129–130; CRISTOFORI, *l. l.* 603–612; EUND., in *Medicina e società* 137–141; J. EDMONDSON, in *Homenaje Armin U. Stylow* 117–129; A. RUIZ CASTELLANOS, *ibid.* 319–321. Aliam bibliographiam reperies apud PORENA, *l. l.*; HARRIS, *Popular Medicine*; M. Á. ALONSO ALONSO, in *Monumenta et memoria* 351–371; EAND., in *Memoriae civitatum* 109–139.

Saec. II p. C. n. esse potest.

7259 tit. sepulcralis fortasse molitoris

Tabula ex lapide calcario a sinistra supra fracta, a dextra in usum posteriorem resecta in fronte levigata a tergo scabra (54,6) × (36,8) × 17,8. Litt. 6,8–3,8. Rep. Corfinii a. 1964, operibus ad ecclesiam cathedralem S. Pelini restituendam institutis. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

-----?

+LQ++[- -]


molit[or, fecit]

sibi et De[cimiae]

[P]rimae u[xori et]

5 [P]riori [filio]

[tes]tament[o fieri iussit].



Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 164 n. 2 cum im. phot. fig. 188, 1 (AE 1984, 296); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 157–158 n. 20 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 256 n. 226.


Supplevi. – [- - -] | [- - -] olit | [- - -] sibi et de[- - -]rimae | [- - -]riori | [- - -]tes]tam[en]t[o] VAN WONTERGHEM. – 1 +++ vestigia litt. incertarum, quae ad nomen potius quam ad cognomen viri cuiusdam pertinentia videntur. – 3 cogitare quidem potuissem de nomine Decimii potius quam de nomine Decii vel Decrii, quae nomina etiamsi in titulis eiusdem loci passim memorata attamen breviora.

De molitore cf. ISID. *orig.* XV, 6, 4 (“apud veteres non molitores sed pistores dicti sunt [...]; molae enim nondum usus erat”) et ULP. *Dig.* XXXIII, 7, 12, 5 (“pistores [...] et mulieres, quae panem coquunt. item molitores, si ad usum rusticum parati sunt”); de re universa *ThLL* VIII 10, col. 1364. Pistor quidam in tit. Corfinii reperto, scil. n. 3190, memoratus praetermittendus quoque non est. Nomen Decimii redit tit. n. 3148. 3227. 7291. 7293. De cognomine Prioris vide KAJANTO, *Latin Cognomina* 294.

Ex forma litterarum saec. I vel II p. C. n. esse videtur.

7260 tit. sepulcralis paedagogi

Stela fastigiata ex lapide calcario a sinistra imminuta in fronte levigata nec non passim scalpro dentato dolata infra rudis a tergo paulum scabra 56,8 × 26,1 × 18; nullum instrumentum in fastigio marginato insculptum. Litt. 3,5–2,3 (litt. L in fine v. 1 minoris mensurae exculpta et litt. C inscripta 1,6). Rep. casu et fortuito extra Corfinium a. 1894 in praedio domini *Domenico Marrama* iuxta viam Tiburtinam – Valerium sito. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92543), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



C(aio) Lucilio C(ai) l(iberto)
 Apollonio
 paedago(go),
 Apollonia
 5 filia patri posit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO, *NS* 1894, 179 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 333); COLELLA, *Inventarium ms.* n. B 51 cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 158 n. 21 cum im. phot. (*AE* 1988, 424); ID., in *Fonti latine e greche* I 256 n. 227; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 544 n. E92 cum im. phot.; CIABARRA, *Anfiteatri* 103–104 n. 3.3.2 cum im. phot. fig. 68 (e VAN WONTERGHEM). – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 118; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 178 n. 4. 216 n. 221. 239 n. 382; EUND., *Antiche genti* 35 adn. 150 cum im. phot. tab. X fig. 22; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 202; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad tit. n. 21; C. ZACCARIA, in *Donna e lavoro* 37; BUONOCORE, *Epigraphica* 78, 2016, 335.

Puncta triangularia.

5 posit pro posuit.

Paedagoga altera redit tit. n. 6325. De forma breviata *paedago(gus)* (quae redit in tit. huius Corporis vol. VI 9746) vide *ThLL* X 1, col. 31 lin. 38, ubi hic titulus quoque recensitus est. De officio paedagogi vide inter al. W. V. HARRIS, *Quad. Storia* 27, 1988, 5–26; ZACCARIA, *l. l.* (cum amplissima bibliographia); CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 522–537; CHR. LAES, *Epigraphica* 71, 2009, 303–325.

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuenda mihi esse videtur.

7261 tit. sepulcralis quoque pomarii cuiusdam

Tabula ex lapide calcario a dextra fracta, a tergo scabra 47 × 121,5 × 10,8. Area titulo inscribendo destinata alt. 32 excavata expolita cymatio recto cincta, cuius pars supra, a sinistra, infra servatur. Litt. in tribus columnis ordinatae (I–III) affabre insculptae 6–4,6. Rep. extra Corfinium ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini m. Oct. in. a. 1976, effossionibus ad sepulcretum detegendum ad km 172,7 viae Tiburtinae – Valeriae situm institutis. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 13769), ubi a. 1982 et 1999 contuli.



Col. I:

Accae <mulieris> l(ibertae)
 Myrine.

Col. II

Accae
 <mulieris> l(ibertae)
 Sympherusae.

Col. III:

M(arco) Ant(onio)
 M(arci) l(iberto) Ero[- -]
 poma[rio].

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26423.

G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 38–40 n. 3 cum im. phot. fig. 3 (*AE* 1983, 319); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 159 n. 22 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 256 n. 228; ID., in *Officina epigrafica* 226–227 n. 1 cum im. phot. 10b; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 547 n. E99. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 188. 192.

Puncta triangularia. – Litt. T (col. III, v. 1) supra versum eminens.

2 ex. *Er[o - -]* PACI.

Nomina gentilicia Accaui et Antonii fusius Corfinii memorata (cf. quae scripsi in *Suppl. It.*, *l. l.*). Acca mulieris liberta Myrine ipsa redit tit. n. 7268. Pomarii sunt artifices, qui poma vel colunt vel venum dant (cf. A. HUG, *RE* XXI 1, 1952 col. 1866–1867).

Forma litterarum ad saec. I medium p. C. n. adducit.

7262 tit. sepulcralis stabularii

Stela ex lapide calcario infra passim scalpro dentato dolata a tergo levigata 105,8 × 45,1 × 16,5. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata nec non passim scalpro dentato dolata cymatio recto supra a dextra et a sinistra cincta 76,9 × 32,1. Litt. 8,8/4,9. Rep. extra Corfinium temporis spatio inter a. 1931 ex. et a. 1932 in. comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae – Valeriae situm (vide supra ad tit. n. 7242). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



L(ucio) Brittio
Fusco
stabulario,
Egloge
5 p(osuit).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7886).

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 18 n. 3 cum im. phot. fig. 3; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 159–160 n. 23 cum im. phot. (AE 1988, 425); ID., in *Fonti latine e greche* I 256 n. 229. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 180 n. 5. 203 n. 97. 240 n. 407; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 195; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad tit. n. 23.

1 punctum triangularare. – In parte inferiore areae scripturae inspiciuntur litterae nonnullae graphio incisae (scil.: A |

PHTOLA | ADEIO) ad probationem scripturae, ut videtur, referendae potius quam manu recentiore additae.

Nomen gentilicium Brittius hic primum occurrit (vide autem Sextos Brittios Sulmonenses tit. n. 3098 et 3115). De officio stabularii etiam vide LAMMERT, *RE* VI, 1929, col. 1926.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. tribuerim.

7263 tit. sepulcralis vilicae

Stela contracta ex lapide calcario in fronte scalpro dentato dolata a tergo rudis 196 × 78–68 × 21. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 155 × 58. Litt. affabre insculptae 8–4. Rep. inter a. 1992 et 1993 extra Corfinium ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini effossionibus ad sepulcretum aetatis Romanae infimae detegendum iuxta viam Tiburtinam – Valeriam situm sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita institutis. Exstat *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 descripsi et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



Dis Man(ibus).
Veneriae
Attiaes Gallae
vilicae et Firmo
5 filio eius, Felix vilic(us)
coniugi cum Phaedimo
et Felice filis posit.

Im. phot. a LETIZIA BRUNETTI sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 79, 1997, 241–244 n. 4 cum im. phot. fig. 4 (AE 1997, 455) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 326–329 n. 4); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 121 n. 124 cum im. phot.; U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 106–108; BUONOCORE, in *Scritti Salvatore Alessandri* 42 n. 7.

Puncta triangulararia.

3 Attiaes Gallae pro Attiae Gallae (de forma genetivi feminini -aes vel -es saepius in titulis Corfinii repertis memorata etiam vide A. SARTORI, *Riv. arch. Como* 177, 1995 [1996], 92 cum alia bibliographia). – 7 filis pro filiis (nota I simplicem pro I gemina); posit pro posuit.

Nomen gentilicium Attii fusius occurrit in titulis Corfiniensibus, de quo vide BUONOCORE, *l. l.* 243. Cognomen Veneriae tractavit A. DEGRASSI, *Latomus* 22, 1963, 436–439 (= ID., *Scritti vari* III 261–263). Vilici alii Corfinii non redeunt (de quibus cf. SIRAGO, *L'Italia agraria* 141; vide etiam, quae disseruerunt L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70 et AUBERT, *Business Managers* 120. 453); vilicos saepius in titulis regionis quartae

memoratos recensui in *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); ID., in *Scritti*, *l. l.* 42–43. De re universa CARLSEN, *Vilici* passim et ROTH, *l. l.* 101–124.

Ex litterarum forma nec non ex locutione *Dis Man(ibus)* nondum compendiata saec. post medium I p. C. n. tribuerim.

7264 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario marginibus imminuta, in fronte exposita, a tergo levigata, ab utroque latere alveolis ad figendum, qui adhuc cernuntur, praedita (61,2) × (190,2) × 12,8. In superficie anteriore sunt fasciae duae excavatae ad perpendicularum directae titulo in fronte monumenti sepulcralis figendo adhibitae. Litt. in tribus columnis insculptae (I–III) 8,1/2,8. Rep. prope vicum *Vittorito* nescio autem quando. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communi, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



Col. I:

[- -] ius Eutyche[s],

[L(ucio)] Annio L(uci) l(iberto) Martiali,
C(aius) Rutilius C(ai) l(ibertus) Zosimus,
C(aius) Lucceius C(ai) l(ibertus) Victor iun(ior),
5 C(aius) Maecius C(ai) l(ibertus) Fortunatus,
C(aius) Iulius C(ai) l(ibertus) Parantus,
Q(uintus) Caecilius Daphnicus,

10

Col. II:

C(aius) Tettius C(ai) l(ibertus) Mar[ath]o,

Q(uintus) Tedi[us] c(mulieris) l(ibertus) Euhemer,
Q(uintus) Tedi[us] c(mulieris) l(ibertus) Fortunatus,
C(aius) Marcus Trophimus,
C(aio) Iulio C(ai) l(iberto) Felicioni,
M(arcus) Antonius c(mulieris) l(ibertus) Zosimus,
M(arcus) Antonius c(mulieris) l(ibertus) Zosimas,
T(itus) Aelius T(itu) l(ibertus) Publius,
[C(aius) Iu]lius C(ai) l(ibertus) Privatus,

Col. III:

[C(aius)] Ulp[ius] C(ai) l(ibertus)
Ca[- -],

M(arcus) Antonius
Zosimio,
T(itus) Flavius
T(itu) l(ibertus) Probus,
M(arcus) Aurelius
Herclani[us],
M(arcus) Attius [a]n[uar]ius,
C(aius) Sempronius
Eutychia[nus],
M(arcus) Aurelius Bi[- -],

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 79.2721 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7767).

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 35–36; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 24 n. 16 cum im. phot. fig. 16 (cf. AE 1961, p. 27); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 144–145 n. 24 cum im. phot. ex neg. D. A. I.; ID., in *Fonti latine e greche* I 256–257 n. 230. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 195 n. 33. 198 n. 52. 199 n. 62–64. 201 n. 76. 203 n. 94–95. 204 n. 102. 212 n. 186. 215 n. 207. 217 n. 227. 218 n. 234. 229–230 n. 318. 232–233 n. 341 et 343. 233 n. 345a. 237 n. 368. 240 n. 414. 243 n. 480 cum im. phot. tab. XXX fig. 30; EUND., *Antiche genti* 11. 35. 48; EUND., *Forma Italiae* 171–172; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 189. 191. 192. 193. 194. 195. 199. 200–201. 202. 203. 210. 212. 214. 217. 218; STERNINI, *Romanizzazione* 45; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293. 296.

Litterae conexae TI nominis *Rutilius* (col. I v. 3) et HI cognominis *Trophimus* (col. II v. 4) supra versum egredientes.

Litt. in tribus columnis, ut supra scripsi, insculptae, versus autem haud concinne ordinati, ex quo plura verba columnarum primae et secundae in columnas a dextra positas continuata, scil. col. I v. 3 *Zosimus*, col. II *Mar[ath]o* v. 1, *Trophimus* v. 4, *Felicioni* v. 5, *Zosimus* v. 6, *Zosimas* v. 7. Puncta in falculae et hederiae formam redacta nec non triangularia.

Supplevi. – Errores PRIORUM EDITORUM omisi praeter quae sequuntur. Col. I v. 1 [- -]VS EVTIC[- -] ANNIBALDI, LUCCI – DI FRANCESCANTONIO; *Eutyche[s]* opinor litteris *es* minoris mensurae potius quam *Eutyche(s)*. – 2 [- -]NNIO ANNIBALDI; ENNIO LUCCI – DI FRANCESCANTONIO. – 4 *Victorinus* ANNIBALDI, LUCCI – DI FRANCESCANTONIO et VAN WONTERGHEM. – Col. II v. 1 MAR[- -] ANNIBALDI; MAR[.]JO VAN WONTERGHEM; omiserunt LUCCI – DI FRANCESCANTONIO. – 4 STROPHM LUCCI – DI FRANCESCANTONIO. – 6 *M(arcus)* omisit, 9 [- -]IVS ANNIBALDI, omisit VAN WONTERGHEM. – Col. III v. 1 VLPIVS CA [- -], 2 MA ANTONIVS, 7 TT. ERCTANI ANNIBALDI, HERCIANI LUCCI – DI FRANCESCANTONIO. – 8

ex. LA[- -] ANNIBALDI, IN[- -] VAN WONTERGHEM. – 9 *Sempronia* ANNIBALDI. – 10 *Eutychia* ANNIBALDI, LUCCI – DI FRANCESCANTONIO et VAN WONTERGHEM. – 11 in. C. ANNIBALDI, LUCCI – DI FRANCESCANTONIO et VAN WONTERGHEM; 11 ex. B[- -] LUCCI – DI FRANCESCANTONIO.


Enumerantur, ut videtur, liberti cuiusdam collegii funeraticii, qui de sua pecunia monumentum fecerunt. Quod ad eorum rationem nominum attinet, praeter quae scripsi in *Suppl. It., l. l.* (nota nomen Sempronii hic primum occurrere, alia autem

in tit. Corfiniensibus fuscus redire), hoc saltem praetermittendum non est: ut ex tit. n. 3271 et 3186 sane elicitur, libertos Quintum Tedium Euhemerum et Quintum Tedium Fortunatum patrem et filium nec non Caium Maecium Fortunatum sevirem Augustalem fuisse compertum habemus. Etiam cf. Iulium Paelignum illum a. 51 p. C. n. de quo vide, inter al., L. PETERSEN, *PIR*² I 445 et DEMOUGIN, *Prosopographie* 387 n. 474 cum alia bibliographia.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit.

7265 (= 3209) tit. sepulcralis

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 12; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 23 n. 15 cum im. phot. fig. 15; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 177 n. 48 cum im. phot. (*AE* 1988, 430); ID., in *Fonti latine e greche* I 260 n. 250; G. MARTELLA, *Abruzzo* 26/28, 1998/2000, 65. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 209 n. 154–155; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 199; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 48; FORNI, *Tribù* F222; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36.

Puncta triangularia.

2 *T. Flavia Pal(atina)* MARTELLA. – 5 omiserunt LUCCI – DI FRANCESCANTONIO et ANNIBALDI; [-] *p(osuit)* EGO in editionibus praecedentibus.

Nota tribum Palatinam non Sergiam, quae fuit civium Corfiniensium ingenuorum; qua re T. Flavius T. f. Aelianus filius libertini cuiusdam fuisse videtur (cf. tit. n. 3184); de tribu Palatina, ex. gr., vide G. FORNI, in *L'onomastique latine* 94. De locutione *ossa sita* cf. *ThLL* IX 2, col. 1093–1094.

Ex litterarum forma et ex nominum ratione saec. II p. C. n. tribuenda.

7296 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fastigiata cum acroteriis in fronte levigata nec non praesertim in marginibus scalpro dentato passim dolata, a tergo autem scabra 66,1 × 41,8 × 6,9. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio recto cincta 57,1 × 31,2. Litt. 3,5–1,5. In medio fastigio ascia insculpta est ut tit. n. 3262 et 7315 (de quo anaglypho vide LAZZARINI, *Sepulcra familiaria* passim; F. FABBRINI, *Nuova Riv. Stor.* 77, 1993, 117–123; ARRIGONI BERTINI, *Simbolo*; etiam M. MAYER I OLIVÉ, *SEBarc* 11, 2013, 15–40; A. IBBA, *ibid.* 14, 2016, 119–147). Rep. extra Corfinium temporis spatio inter a. 1931 ex. et a. 1932 in comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae – Valeriae situm (vide supra ad tit. n. 7242). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



D(is) M(anibus) s(acrum).
*P(ublio) Haio P(ubli) l(iberto) Restu-
 tuto iuveni in-
 nocentissimo,*
 5 *qui vixit annis*
XXII, mens(ibus) VII
dieb(us) XXVI; Haii
Restu't'ianus et
Trophime filio
 10 *karissimo et Trophi-*
mion fratri b(ene) m(erenti) p(osuerunt).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 6; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 22 n. 10 cum im. phot. fig. 10; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 177–178 n. 49 cum im. phot. (*AE* 1988, 431); ID., in *Fonti latine e greche* I 260 n. 251. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 210 n. 161–162. 243 n. 484. 244 n. 495–496; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 200; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 49; BRANCATO, *Repertorium* II 93.

Puncta in circulorum formam redacta haud semper signata sunt.

2–3 *Res|tuto* male EGO in *Suppl. It.*, l. l. – 8 *RESTVI-
 IANVS* lapis. – 10 *karissimo* pro *carissimo*.

Nomen gentilicium Haii Corfinii primum occurrit.

Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis insculpta et ex litterarum forma saec. II p. C. n. esse videtur.

7297 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta in marginibus partis superioris (imprimis a dextera) mutila, nullo autem inscriptionis detrimento, fissuris nonnullis laesa, infra latior et rudis, in fronte levigata a tergo scabra 120 × 61 × 30. Litt. 7,6–6,5. Rep. extra vicum *Roc-cacasale* in praedio, q. d. *Castellucci*. Ibidem exstat ad aedes gentis *Patrizi*, ubi a. 1991 descripsi.



C(aius) Helvius C(ai) f(ilius)
Baetulus.

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 165–166 n. 5 cum im. phot. tab. 3 fig. 6 (*AE* 1992, 332) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 367–368 n. 5); ID., in *Fonti latine e greche* I 260 n. 252; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 123–124 n. 127 cum im. phot.

1 puncta triangularia sursum insculpta.

Caii Helvii Corfinienses alii tit. huius Corporis vol. I² 3239 et n. 7299 quoque redeunt. Cognomen Baetuli hic primum

occurrit (vide H. SOLIN, *Arctos* 32, 1998, 237); vide autem cognomen *Baetus* Corfinii memoratum tit. *Raiano* reperto n. 3175 (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 300; etiam cf. praenomen Baeti, de quo disseruit SALOMIES, *Vornamen* 99; ID., in *Prénoms* 21).

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7298 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario 95 × 193 × 23. Rep. extra Corfinium a. 1896 explorationibus ad sepulcretum effodiendum ab ANTONIO DE NINO ipso institutis in praedio domini *Raffaello Marrama* pone ecclesiam Sanctae Mariae Gratiarum posito. Frustra quaesivi. Perit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex scheda DE NINO.

L(ucius) Helvius T(iti) f(ilius)
Casco.

A. DE NINO, NS 1896, 170 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 360); inde BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 178–179 n. 50 (AE 1988, 432); ID., in *Fonti latine e greche* I 260 n. 432. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 211 n. 166; BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 9, 1984, 200; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 50.

Litt. T supra versum, ut traditur, eminens.

Descripsi ex apographo a DE NINO sumpto.

De Helviis Corfiniensibus vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, I. l. 154. Cognomen *Casco* hic solum in titulis Latinis occurrit (cf. *ThLL* II 1, col. 255 et SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 310).

Saec. I ex. a. C. n. esse videtur.

7299 = I² 3240 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario in duas partes inter sese coniunctas fracta, a sinistra infra imminuta undique levigata 22,9 × 61,9 × 45,2. Litt. subtiliter insculptae 7,6/7,4 (litt. F in fine v. 1 minoris mensurae 3,5). Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communi, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92521), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



C(aius) Helvius Pac(ici) f(ilius)
Graecus.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 166 n. 12 cum im. phot. fig. 189, 8; DEGRASSI, quocum A. LA REGINA communicavit, I² 3240 cum im. phot. tab. 80 fig. 10; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 179 n. 51 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 260 n. 254; A. ROS MATEOS, in *Acta Barcelona* II 1251; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 535 n. E68 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 211 n. 167 cum im. phot. tab. XVII fig. 22; EUND., *Antiche genti* 21–22 adn. 76 cum im. phot. tab. IV fig. 9; BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 9, 1984, 200; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 512; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 51; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 219.

Puncta triangularia.

Helvii alii fusius in titulis Corfiniensibus redeunt (vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, I. l. 154); de re universa vide ROS MATEOS, I. l. 1247–1254. De praenomine Paccii, quod redit tit. n. 7278. 7352, vide SALOMIES, *Vornamen* 83–84 cum amplissimo commentario titulis collectis (titulus noster memoratur ad p. 84); EUND., in *Prénoms* 30–31. De cognomine Graeci etiam vide P. POCETTI, *Beiträge zur Namenforschung* n. s. 17, 1982, 338 et SALOMIES, *Vornamen* 72.

Ex litterarum forma priori parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7300 tit. sepulcralis

Urna ex lapide calcario in duas partes inter se non coniunctas fracta, in fronte et a tergo profunde deturpata operculo carens (32) × (32) × (29). In lateribus et dextro et sinistro vas ansatum pomis plenum (de quibus anaglyphis vide V. MACCHIORO, *Mem. Reale Accad. Napoli* 1. 2, 1922, 85 [= 93]) in area excavata levigata nec non marginata insculptum. Area titulo inscribendo destinata supra et a sinistra cymatio inverso a dextra autem sulcis duobus cymatium imitantibus cincta 20 × 24. Litt. 3,5/3. Rep. a. 1996 extra vicum *Raiano* loco incerto. A. 1996 *Raiano* in aedibus privatis servatam descripsi.



L(ucius) Helvius Q[ua]drat[us]
Helviae H[elviae] - -]eiâe
mat[ri],
Helviae [- -]ri
5 *so[ro]ri*
p[ro]s[er]uit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 79, 1997, 249–250 n. 8 cum im. phot. fig. 8–9 (AE 1997, 459) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 332 n. 8); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 124 n. 128 cum im. phot. – Cf. BRANCATO, *Repertorium* II 94.

Puncta triangularia.

2 suppleverim ex. gr. *Hermogeneiae* (cf. SOLIN, *Namenbuch*² 60).

Saec. I p. C. n. tribuerim.

7301 tit. sepulcralis

Fragmentum tabulae grandis calcariae in fronte et a tergo levigatae ex pluribus partibus olim inter se coniunctis compositae, marginibus antiquis undique conservatis, 47 ×

67 × 12; in lateribus foramen quadratum excavatum, ex quo alveus ad unicum ferreum excipiendum insculptus. Litt. accuratissime insculptae 20. Rep. Corfinii a. 1964 operibus ad ecclesiam cathedralis S. Pelini restituendam institutis. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



[- -] L(uc-) Here[n - - -].

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 164 n. 8 cum im. phot. fig. 188. 3; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 179–180 n. 52 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 260 n. 255.

Punctum triangulare.


Supplevi. – Here[- -] VAN WONTERGHEM.

Quomodo nomen supplendum, incertum. Vide, ex gr., Lucium Herennium Caii filium Rufum in tit. Corfiniensi memoratum n. 3168.

Saec. I p. C. n. esse potest.

7302 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario marginibus imminutus, in fronte levigatus nec non passim caelo dolatus, a tergo scaber 61,8 × 44,2 × 22,1. Litt. profunde insculptae 7/3,5. Rep. a. 1892 prope vicum *Popoli* in regione, q. d. *Somma*, in praedio agricolae *E. Liberatore* inter montes *Ospedalero* et *Castiglione* sito. Exstat Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1982 et 1999 denuo contuli.



Hilarae
Lucliae Polae (scil. servae),
Potitus et
Laetus
5 p(osuerunt).

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO, *NS* 1892, 123 (= ID., *Scoperte archeologiche* 308); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 180–181 n. 53 cum im. phot. (*AE* 1988, 433); ID., in *Fonti latine e greche* I 261 n. 256. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 120 cum adn. 6–7; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 216 n. 220. 241 n. 434. 242 n. 446. 243 n. 473; EUND., *Antiche genti* 33; EUND., *Forma Italiae* 210; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 200; DI BENEDETTO, *Sulmona* 7; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 512; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 53.

Puncta triangularia et in formam virgulae acclivis etiam in fine versus posita.

1 *Lucliae Polae* pro *Luciliae Pollae*.

De forma syncopata *Lucliae* pro *Luciliae*, quae forma in tit. regionis Paelignae saepius invenitur, vide M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 101. Nomen Lucilii passim redit in tit. Corfinii repertis (vide, quae scripserunt VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 32–33 et EGO in *Suppl. It.*, l. l. 181). Nota cognomen Pol(l)ae a praenomine Paul(l)ae / Pol(l)ae derivatum (de re universa KAJAVA, *Praenomina* 50–59. 128–131); in dubio autem maneo an praenomen Pol(l)ae post nomen *Lucliae* scriptum sit necne.

Ex litterarum forma et ex ratione phonologica saec. I medio a. C. n. tribuendus mihi esse videtur.

7303 tit. sepulcralis

Basis marmorea undique fracta (24) × (30) × ?; pars coroniae, ut videtur, cymatio ornatae conservata est. Litt. 5. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Frustra quaesivi. Perit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex im. phot.



[- -] l(ibert-) Hon[- -]
[- -]+O+[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7797 sumpta.

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 26 n. 22 cum im. phot. fig. 22; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 181 n. 54 cum im. phot. ex *Sopr. Arch. Chieti*; ID., in *Fonti latine e greche* I 261 n. 257.

Supplevi non sine dubiis. – ... HON | ... VOT ... ANNIBALDI. – 2 + prior fuit fortasse litt. I vel N, posterior I vel L.

Ex litterarum forma esse potest saec. III p. C. n. Attamen res tota incerta est.

7304 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (25) × (21) × ?. Litt. circ. 2,5. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando.

Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi a. 1983 quatenus potui ex im. phot. a *Sopr. Arch. Chieti* sumpta.



[D(is)] M(anibus).
 [- -] Ianuar[- -]
 [- -]+ [(ibert-) Publ[- -]
 [- -]++[- -]
 - - - - - ?

Im. phot. a *Sopr. Arch. Chieti* sumpta (neg. n. 7804).

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 26 n. 25 cum im. phot. fig. 24; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 181–182 n. 55 cum im. phot. ex *Sopr. Arch. Chieti*; ID., in *Fonti latine e greche I* 261 n. 258. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 241 n. 440.

Supplevi. – 1 omisit, – 2–3 ... IANVAR ... PVL ... ANNIBALDI. – 2 *Ianuar[is]* dubitanter VAN WONTERGHEM; esse potest, ex. gr., *Ianuar[ius]*, *Ianuar[ia]* vel similia (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 343–344). – 3 quomodo cognomen *Publ[- -]* restituendum, incertum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 386); mihi venit in mentem cognomen *Publii*, exemplo tit. n. 7264, in quo (col. II, v. 8) T. Aelius T. I. Publius quidam memoratur. – 4 +++ sunt vestigia litt. incertarum.

Ex litterarum forma saec. II vel potius III p. C. n. tribuerim.

7305 = I² 3241 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in fronte superiore scalpro dentato levigata infra rudis, a tergo scabra 93,8 × 44,9 × 32,1; iuxta marginem frontis adhuc inspiciuntur tria foramina circularia ad quoddam sustinendum pertinentia: utrum de fascia prominente ex aere accommodata, quae frontem cingebat, an de variis instrumentis sacrificialibus agatur, mihi incertum est. Litt. affabre insculptae 7,2–6,8 (litt. A in fine v. 3 minoris mensurae 4,8). Rep. extra Corfinium temporis spatio inter a. 1931 ex. et a. 1932 in. comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae – Valeriae situm (vide supra ad tit. n. 7242). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92544), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

Libano
 Polipi T(iti) s(ervo),
 Truphera
 posuit.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7771).



LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 27; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 21 n. 8 cum im. phot. fig. 8; A. DEGRASSI, I² 3241 cum im. phot. tab. 81 fig. 5; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 182 n. 56 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche I* 261 n. 259; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 537 n. E73 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 242 n. 449. 244 n. 498; J. LINDERSKI, *JRA* 3, 1990, 320 (= EUND., *Roman Questions I* 414); E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 514; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 56; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85; BUONOCORE, in *Officina epigrafica* 221 cum im. phot. fig. 7.

2 puncta triangularia sursum directa.

3 *Truphera* pro *Tryphera*.

De cognomine Libani (etiam vide infra ad tit. n. 7308) vide H. SOLIN, *Philologus* 150, 2006, 237–238. Nomen gentilicium Polipii (potius quam cognomen Polipi) si recte opinatus sum, in titulis Latinis hic solum occurrit (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 145, qui autem dubitanter sub indice nominum Polipium recensuerunt). Nota praenomen Titi post nomen gentilicium scriptum, quod in titulis aetatis liberae rei publicae potissimum reperies.

Saec. I a. C. n. mihi esse videtur.

7306 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus et in fronte fissuris laesa, infra scalpro dentato dolata, a tergo rudis 88 × 30 × 17. Superne parva aedicula supra rotundata (14 × 13,5) vultu, q. d. protome feminae defunctae passim deturpata ornata. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita supra, a dextra et a sinistra cymatio cincta inverso 50 × 19. Litt. inter lineas ad delineandum ductas incisae 5,5/2,5. Rep. a. 1996 extra vicum *Raiano* loco

incerto. A. 1996 *Raiano* in aedibus privatis servatam descripsi.



Lollia \subset mulieris \supset *liberta*
Chymasis,
Secundilla
suae deliciu (!)
 5 *p(osuit)*.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 79, 1997, 246–248 n. 7 cum im. phot. fig. 7 (AE 1997, 458) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 331–332 n. 6. 347); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 124–125 n. 129 cum im. phot.; MANDER, *Portraits* 200 n. 183. – Cf. H. SOLIN, *Arctos* 31, 1997, 147 (AE 2004, 484) (= EUND., *Analecta Epigraphica* 400).

Puncta triangularia.

4 de forma indeclinabili *deliciu* i. e. *deliciu(m)* EGO suspicatus sum, exemplo tit. huius Corporis vol. XI 4472 (cf. G. ASDRUBALI PENTITI, *Suppl. It.* 18, 2000, 242 ad tit.), in quo nominatur *Naeviae Nympheni deliciu* et *Amerino deliciu(m)*; autem SOLIN, *l. l.*, cogitat locutionem *suae deliciu* restituendam *suae delicio*, i. e. genus permutatum de muliere dictum. Sed tota res mihi incerta manet.

Nomen gentilicium *Lollii* redit in titulis Corfinii repertis (vide, quae scripsi in *Epigraphica*, *l. l.* 249). Cognomen autem *Chymasis* hic primum memoratur. *Delicia* vel etiam *delicatos* in titulis regionis IV passim reperies (de quibus vide H. S. NIELSEN, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 19, 1990, 79–88; V. LA MONACA, in *Est enim ille flos Italiae* 211–218; EAND., *Epigraphica* 69, 2007, 169–180; EAND., *Anc. Soc.* 43, 2013, 191–212).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7307 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario cymatio, ut videtur, cincta $64 \times 57 \times 22$. Litt. affabre insculptae. Rep. extra vicum *Raiano* in regione, q. d. S. *Pietro*, in praedio domini *Paolo d'Aprile* sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex scheda DE NINO.

L(ucio) Luceio
Restituto,
Laelia \subset mulieris \supset *liberta* *Phitusa*
coniugi et sibi.

A. DE NINO, NS 1898, 78 (= ID., *Scoperte archeologiche* 401) cum im. del.; inde BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 182–183 n. 57 (AE 1988, 434); ID., in *Fonti latine e greche* I 261 n. 260. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 213 n. 188. 215 n. 205; FUCINESE, *Raiano* 17 n. XXVII; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 187; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 200; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 57.

Descripsi, ut potui, ex im. del. a DE NINO deprompta. – 3 \subset mulieris \supset omisit FUCINESE; quomodo cognomen libertae recte restituendum sit, scil. vel *Philusa* (cf. SOLIN, *Namenbuch* 742) vel *Pithusa* (cf. SOLIN, *Namenbuch* 732), nescio.

Luceios alios fusius in tit. Corfiniensibus reperies (vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, *l. l.* 151). Nomen autem gentilicium *Laelii* Corfinii primum occurrit.

Esse potest I saec. p. C. n.

7308 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere fracta, supra et infra imminuta in fronte levigata, a tergo scabra ($16,1 \times 25,2 \times 13,2$). Litt. 4,5–3,5. Rep. Corfinii a. 1964, operibus ad ecclesiam cathedralem S. Pelini restituendam institutis. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



 [- -] *Luccei*
 [- -] φ et *Libanus*

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 164 n. 4 cum im. phot. fig. 189, 4; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 183 n. 58 cum im. phot. (AE 1988, 435); ID., in *Fonti latine e greche* I 261 n. 261. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 215 n. 208. 242 n. 450 cum im. phot. tab. XVIII fig. 23; EUND., *Antiche genti* 31–32 adn. 147 cum im. phot. tab. IX fig. 21; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 200; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 113 ad n. 58.

2 puncta triangularia.

2 *Libanu[- -]* VAN WONTERGHEM.

Memorati Lucceii duo, scil. Lucceius [- -]o et Lucceius Libanus (de quo cognomine, quod redit supra tit. n. 7305, vide H. SOLIN, *Philologus* 150, 2006, 237–238). De Lucceiis Corfiniensibus vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l. 151.

Saec. II p. C. n. dubitanter tribuerim.

7309 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta undique levigata recte et transverse resecta nec non imminuta (63) × (35) × (7 circ.). Litt. 5–3,5. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Nunc exstat *Corfinio* muro exteriori turris campanarum ecclesiae S. Pelini loco edito adfixa, ubi a. 1991 descripsi.



[- -], C(aius) M[- -],
[- -]s, Lolli[a - -],

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 164 n. 2 cum im. phot. tab. 2 fig. 3 (AE 1992, 329) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 366–367 n. 2); ID., in *Fonti latine e greche* I 261 n. 262; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 125–126 n. 130 cum im. phot.; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 552–553 n. E120 cum im. phot.

1 punctum triangulare sursum directum.

2 *Lolli[a]* potius quam *Lolli[ae]* supplere malo.

Nomen *Lollii* in regione Paeligna fusius memoratum Corfinii tit. n. 3172. 3189 et 7306 quoque occurrit.

Ex litterarum forma alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7310 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario supra, a dextra, infra fractus in fronte scalpro dentato dolatus, a tergo levigatus (27,9) × (42,1) × 45,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a sinistra tantum superest. Litt. 4,5–4. Rep. extra Corfinium ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini m. Oct. in. a. 1976, effossionibus ad sepulcretum detegendum ad km 172,7 viae Tiburtinae – Valeriae situm institutis in praedio domini *Panfilo Sebastiano* (vide supra ad tit. n. 3236). Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 13770), ubi a. 1982 et 1999 contuli.



C+[- -]
Marcia [q[- -]
coiugi suo [fecit et]
sibi et suis o[mnibus],
5 *et tibi qui* [[legis - -]

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 889.VW.83 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26425).

G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 40–41 n. 4 cum im. phot. fig. 4 (AE 1983, 320); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 183–184 n. 59 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 261 n. 263; ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 39 n. 41 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 181–182 n. 41); ID., in *Temptanda viast* 17 n. 16*. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 203; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 113–114 ad n. 59; EUND., in *Fides amicorum* 102.

Puncta in falculae formam redacta.

Supplevi. – c[- -] | *Marcia* Ia[- -] | *co(n)iugi suo* [- -] | *sibi et suis o[mnibus]* ? [- -]. | *Et tibi qui* I[- -] PACI. – 1 + vestigium litt. incertae. – 2 suppleverim Ia[*nuaria*], Ia[*nuarina*] vel similia (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 343–344). – 3 *coiugi* pro *coniugi*. – 5 exordium versus (carminis) dactylici potest esse, praesertim cum spatium sane amplius intercedat a linea superiore; cf., ex. gr., locutionem *et tu qui legis* tit. huius Corporis vol. VI 19683 = BÜCHELER, *CLE* 1582, 11.

Marcii alii memorati sunt tit. n. 3191. 7264.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuendus videtur.

7311 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. A. 1982 titulum Corfinii muro insertum loco edito aedium quarundam dirutarum iuxta viam *Canale* quatenus potui descripsi et im. phot. sumpsit. Nunc periisse videtur.



L(uc-) Nov[- -]
lib(ert-) [- -],
Io[- -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 184 n. 60 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 262 n. 264.

1 punctum fortasse triangulare.

3 +O[- -] EGO in editionibus praecedentibus.

Novii alii memorantur in tit. Paeligno VETTER, *Handbuch* 215b = RIX, *Sabellische Texte* Pg24 = *Imagines Italicae* I 283, Paeligni / CORFINIVM 20 et Latino n. 6082, 58. Quomodo nomen gentilicium muliebri Io[- -] supplendum, incertum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 97).

Saec. I p. C. n.

7312 tit. sepulcralis

Urna cineraria ex lapide calcario operculo carens supra fracta, in fronte levigata, a tergo scabra (57,2) × 45,3 × 24,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio foliis ornato cincta 43,8 × 46,1. Litt. 4,5–4,1. Rep. extra Corfinium ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini m. Oct. in. a. 1976, effossionibus ad sepulcretum detegendum ad km 172,7 viae Tiburtinae – Valeriae situm institutis in praedio domini *Panfilo Sebastiano* (vide supra ad tit. n. 3236). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92596), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

Octaviae
P(ubli) l(ibertae) Euche.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 41–42 n. 5 cum im. phot. fig. 5 (*AE* 1983, 321); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 185 n. 61 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 262 n. 265; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 543 n. E90 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 206; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234.



2 puncta triangularia.

De Octaviis Corfiniensibus vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l.

Priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

7313 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario, ut videtur, undique fracta (12) × (30) × ?. Litt. 7. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi quatenus potui a. 1983 ex im. phot.



-----?
[- -]+ Oliae [- -]
[- -]+[- -]
-----?

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7799 sumpta.

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 26 n. 23; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 185–186 n. 62 cum im. phot. a *Sopr. Arch. Chieti* sumpta; ID., in *Fonti latine e greche* I 262 n. 266. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 206.

Supplevi ut potui non sine dubiis. – [- -]OLIAE[- -] ANNIBALDI. – 1–2 ++ vestigia litt. incertarum.

Ex litterarum forma esse potest saec. III p. C. n.

7314 (= 6412) tit. sepulcralis

Stela fastigiata ex lapide calcario in fronte omnino adesa, infra in usum posteriorem resecta, a tergo scabra 47,5 × (42,8) × 2,8; in fastigio rosa insculpta est. Litt. 3,9–2,9.

Rep. extra Corfinium in effossionibus a. 1882 in fundo heredum domini *Antonio Clementi* institutis. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92549), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



*Ovidiae C(ai) l(ibertae)
Quartae; s̄or(or)
posit.*

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, NS 1882, 238 (= *Mem. Accad. Lincei* s. 3°, 10, 1882, 356) (= ID., *Scoperte archeologiche* 134) inde MOMMSEN supra 6412; COLELLA, *Inventarium ms.* n. D 76 cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1983, 186 n. 63 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 250 n. 194; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 522–523 n. E28 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 222 n. 264 cum im. phot. tab. XIX fig. 25; EUND., *Antiche genti* 48 cum im. phot. tab. XII fig. 30; EUND., *Forma Italiae* 146. 157; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 207; E. DUPRAZ, in *Écriture* 207; H. HOFMANN, *Giorn. Ital. Filol.* 69, 2017, 205.

Puncta triangularia.

Supplementa recepi ex VAN WONTERGHEM. – 1 [- -]idiae, – 2 [- -]artae DE NINO (ex quo MOMMSEN) et COLELLA. – 3 posit pro posuit.


Nomen gentilicium Ovidii Corfinii redit tantum in tit. Paeligno VETTER, *Handbuch* 215d = huius Corporis vol. I² 3245 = RIX, *Sabellische Texte* Pg25 = *Imagines Italicae* I 286, Paeligni / CORFINIVM 23, scil. Ob. Oviedis L.; nomen fusius pertractavit VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 11–12. 48–50.

Ex forma litterarum et monumenti (cf. DUPRAZ, *Vestigia* 440) saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7315 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fastigio minus prospiciente cum acroteriis in duas partes inter sese coniunctas fracta nullo autem inscriptionis detrimento in fronte et a tergo levigata, in marginibus dextro et sinistro scalpro dentato dolata 61,8 × 40,9 × 3,1. Area titulo inscribendo destinata excavata sulcis duobus cymatium imitantibus cincta, cuius pars superior postea resecta est ad aream ipsam ampliandam pro additamento textus, 38 × 32. Litt. 5,8/2,2 (litt. T vocabuli vixit v. 3 minoris mensurae 1,3). Dedicatio in fastigio incisa; in area scripturae infra ascia insculpta est (de qua vide supra ad tit. n. 7296). Rep. extra Corfinium temporis spatio inter a. 1931 ex. et a. 1932 in. comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae

– Valeriae situm (vide supra ad tit. n. 7242). A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



*D(is) M(anibus) s(acrum).
Paelino et
Iusto, qui vixit
an(nos) quattuor m-
enses IIII dies
XX; parentes
C(aius) Allius Iustus
et Allia Quartilla
filii «s»
infelicissim(is)
posuerunt.*

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7796).

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 21–22 n. 9 cum im. phot. fig. 9; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 186–187 n. 64 cum im. phot. (AE 1988, 436); ID., in *Fonti latine e greche* I 262 n. 267. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 196 n. 39–40. 242 n. 445. 243 n. 465; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 190; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 64.

Puncta triangularia haud semper signata.


4 quattuor pro quattuor. – 9 EILIS lapis.

Parentes C. Allius Iustus et Allia Quartilla suo filio Iusto a principio titulum posuerant; deinde, altero filio Paelino, qui de vita decesserat, nomen eius, scil. v. 1 *Paelino et*, in area tituli inscribendo destinata superne adiecerunt et correxerunt antiquiora desinentia vocabulorum v. 9–10 *filio infelicissimo* in *filis infelicissimis*. Contra ANNIBALDI suspicatus est locutionem *Paelino et* ad signum Iusti nec non verba *filis infelicissimis* ad lapsum quadratarum esse pertinentia. Nomen gentilicium Allii redit tit. n. 3204.

Ex litterarum forma nec non ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiata saec. II ex. p. C. n. tribuerim.

7316 = EE VIII p. 38 n. 151 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus imminuta, in fronte supra levigata nec non adesa, in medio scalpro dentato dolata infra rudis, a tergo expolita 152,3 × 40,3 × 17. Area titulo inscribendo destinata excavata sulco cymatium imitante cincta 45,2 × 38,2. Litt. 2,3–1,8. Rep. extra Corfinium effossionibus ad vinetum fortasse faciendum institutis in regione, q. d. *Impianata* (vide supra ad tit. n. 7251), in fundo domini *Camillo di Ciccio* sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita. A. 1982 vidi humi iacentem in viridario ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92512), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



*T(ito) Peticio C(ai) filio Sequano; «T(itus)» Peticius
T(iti) l(ibertus) Hispanus, P«e»ticia
T(iti) l(iberta) Caris
5 posierunt.*

Im. phot. a G. CALCAGNI sumptae (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7828. 7832).

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 198 (= ID., *Scoperte archeologiche* 271); inde ex ectypo chartaceo non satis expresso M. IHM, *EE VIII* p. 38 n. 151; COLELLA, *Inventarium ms.* n. D 72 cum im. del; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1983, 187–188 n. 65 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 251 n. 202; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 535–536 n. E69 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 222 n. 266–268; EUND., *Antiche genti* 45; M. G. TIBILETTI BRUNO,

Abruzzo 19, 1976, 119. 132. 146. 150; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 175; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 207; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 508. 514; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 65; EUND., in *Pluralidad* 127 cum im. phot.

Puncta triangularia in fine versuum quoque signata.

2 P pro T IHM (inde VAN WONTERGHEM); mihi videtur in principio quadratarium scripturum litteram P, quam litteram postea T ipse correxit. – 3 PETCIA IHM inde TIBILETTI BRUNO; *Petici[a]* COLELLA (nota ante vocalem E quadratarium alteram P scripturum). – 4 *Caris* pro *Charis*. – 5 *posuerunt* COLELLA; *posierunt* pro *posuerunt*, de qua forma vide TIBILETTI BRUNO, *l. l.*

Nomen gentilicium Peticii redit tit. n. 3188 (col. I, v. 6).

Nota cognomina Sequani et Hispani una laudata hic solum in tota regione Paeligna memorata esse (de cognomine Sequani vide H. SOLIN, *Arctos* 43, 2009, 172).

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7317 (= 3270) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte omnino adesa in usum posteriorem recte et transverse resecta. Etiam hodie eodem loco, quo BRUNN et DRESSEL recognoverunt, nempe Corfinii in turri campanarum ecclesiae S. Pelini extrinsecus loco edito, ubi a. 1982 et 1999 descripsi quatenus potui.



*D(is) M(anibus) s(acrum).
Petidiae C(ai) filiae
Noviae v(ixit) an(nis) XI
men(sibus) VII dieb(us) VII;
5 C(aius) Petidius Sec' u'nd(us)
sorori piissimae
fec(it).*

Im. phot. a M. B. sumpta.

ANTINORI, *ms.* XLV 179, qui titulum excerpit, ut videtur, e MASCITTI, *Italia detecta*; e schedis ANTINORI MOMMSEN, *Inscriptiones regni Neapolitani* 5425; e schedis MASCITTI P.

DESTEPHANIS apud CIRELLI, *Il regno delle due Sicilie* XVI, 160; e libro MASCITTI pendet summarium quoddam publici iuris numquam factum a DESTEPHANIS ipso, ut videtur, exaratum hodie servatum sine titulo Sulmone apud monasterium S. Nicholai minorum observantium (de quo vide V. ORSINI, *BDASP* 72, 1982 (1984), 386 n. 34); MOMMSEN, supra n. 3270, titulo a BRUNN et DRESSEL recognito; BUONOCORE, *Iscrizioni latine* 33 n. 22 cum im. phot. fig. 28; ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 189 n. 66 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 241 n. 128. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 223 n. 270–271; BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 435; EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 208; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 111 ad tit.; BRANCATO, *Repertorium* II 93; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293.

Puncta distingui nequeunt (fortasse triangularia).

1 S omisit, – 2 SVETIDIAE MOMMSEN supra n. 3270 (*Petidia* requiri monuit BORMANN apud MOMMSEN). – 3 NOVIAE, 5 in. C omisit MOMMSEN supra n. 3270.

De nomine Peti(e)dii, quod fusius in titulis Corfiniensibus memoratum reperies, vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, l. I. 153–154. Adde T. SIRONEN, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 345; S. PATRIARCA, in *Valle di Comino* VI 64–65.

Ex litterarum forma nec non ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiata saec. II p. C. n. tribuerim.

7318 tit. sepulcralis

Arca ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta operculo carens, marginibus laesa, posterius et a sinistra imminuta $32,3 \times (104,8) \times 40$; in margine sursum directo inspiciuntur alvei nonnulli ad operculum superimpositum cohibendum. Area titulo inscribendo destinata excavata $21,5 \times 74,5$. A sinistra patera (de speculo male cogitavit N. CIACIO, *Quad. Ist. Arch. Chieti* 5, 1995, 197) a dextra urceus insculpti. Litt. 4,8/1,9. V. 5 in margine infra aream scripturae incisus. Rep. *Vittorito* loco incerto nescio quando. Nunc exstat *Vittorito* humi iacens in cavaedio aedium gentis *Presutti* prope ecclesiam S. Michaelis Archangeli sitarum, ubi a. 1982 contuli.



*Plinio Proculo qui vixit
annis I mesebus X diebus III;
Plinius Restutus et Domitia
Augustiana filio ducissimo
5 posuerunt.*

Im. phot. a E. MATTIOCCO sumpta.

MATTIOCCO, *Contributi* 12 cum im. phot. fig. 13; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 200 n. 2b cum im. phot. fig. 261 (*AE* 1984, 308); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 189–190 n. 67 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 262 n. 268; CIACIO, l. I. 197 n. 6 cum im. del. tab. 2 (p. 196); DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 567 n. E161 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 209 n. 147. 224 n. 279–280; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 198. 208; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 67; BRANCATO, *Repertorium* II 92.

Puncta in circulorum formam redacta.

2 *annis I mesebus* pro *anno I mensibus*. – 3 *Restutus* pro *Restitutus*; *Restitutus*, – 4 *dulcissimo* haud recte CIACIO; *ducissimo* pro *dulcissimo*.

Nomen Plinii hic primum occurrit; Domitii autem redit tit. gemmae anuli n. 6084, 5, scil. *Domities utere felix*.

Ex forma litterarum temporis spatio inter saec. II et III p. C. n. comprehenso tribuenda videtur.

7319 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario infra latior in fronte levigata a tergo scabra $123,5 \times 78,9 \times 16/14,8$. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta $98,5 \times 58,4$. Litt. 13,5/6,5 accurate exaratae. Infra titulum a sinistra pecten, codex et forfex insculpti (de quibus anaglyphis disseruerunt G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 44 cum adn. 22–23 et EGO, *Scrittura e civiltà* 17, 1993, 309–315; etiam cf. A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 73–82; de forfice C. ZACCARIA, in *Opinione pubblica* 290–295). In lateribus a sinistra infra et a dextra foramina, ut lapis parieti sepulcri inseri posset, adhuc inspiciuntur. Rep. extra Corfinium ultra ecclesiam cathedrallem S. Pelini m. Oct. in. a. 1976, effossionibus ad sepulcretum detegendum ad km 172,7 viae Tiburtinae – Valeriae situm institutis in praedio domini *Panfilo Sebastiano* (vide supra ad tit. n. 3236). A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini vidi; nunc servatur *Corfinio* in aedificio comunali, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



*Ploceni
C(ai) Septimi
Bellici anc(illae),
Felix frater
5 p(osuit).*

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 72; G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 43–44 n. 6 cum im. phot. fig. 6 (*AE* 1983, 322); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 190 n. 68 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 262 n. 268. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 213; DUPRAZ, *Vestins* 440.

Puncta triangularia.

Nomen Septimii in titulis Corfinii repertis redit (cf. quae scripsi in *Suppl. It.*, l. I. 190). De forma *anc(illa)* cf. C. LETTA, in *Valle di Comino* VIII 91. C. Septimius Bellicus fortasse redit supra tit. n. 7280.

Ex litterarum forma esse potest saec. I medio p. C. n.

7320 = I² 3248 tit. sepulcralis

Plinthus, ut videtur, ex lapide calcario a sinistra infra et a dextra fracta in fronte, in facie sursum directa et a tergo levigata (9,1) × (27,5) × 5,8. Litt. 5,2. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini vidi; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92588), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



[- -] Pompona[e - -]
-----?

Im. phot. a M. B. sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7760).

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 29; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 25 n. 19, cum im. phot. fig. 19; A. LA REGINA – H. KRUMMREY, I² 3248 cum im. phot. tab. 82 fig. 8; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 191 n. 69 cum im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti*; ID., in *Fonti latine e greche* I 262 n. 270; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 538 n. E76 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 209; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 512; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 69; E. DUPRAZ, in *Onomastica* 329; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 85.


Titulum pleniorē exscripsi ex im. phot. a *Sopr. Arch. Chieti* sumpta.

Nomen gentilicium Pomponaei Corfinii primum occurrit.

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. vel potius paulo ante tribuerim.

7321 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario in fronte perquam adesa, infra fracta, a tergo in usum posteriorem resecta (29,2) × 57,8 × (3,4). Litt. 5,5. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Hodie exstat *Corfinio* inserta muro domus cuiusdam iuxta viam *Zambeccario* sitae, ubi a. 1982 et 1999 contuli.



T(itus) Postumi(us) T(iti) l(ibertus).

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 175 n. 2 cum im. phot. fig. 213, 4 (*AE* 1984, 301); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 191–192 n. 70 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 263 n.

271; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 536 n. E71. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12 adn. 19; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 210; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 515; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 70.

Puncta triangularia.

Postumi VAN WONTERGHEM.

Nomen gentilicium Postumii redit in titulo, qui sequitur (de casu nominativo singulari breviato *-i(us)* vide J. KAMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42; praetermittendum non est hoc nominativum brevium in titulis imperatoriae aetatis tribuendis fusius quoque occurrere).

Ex litterarum forma et ex nominis ratione tit. saec. I medio a. C. n. tribuendus mihi videtur.

7322 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario undique fracta a tergo in usum posteriorem resecta (19,8) × (83,5) × (3,7). Litt. 11,5. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Hodie exstat *Corfinio* inserta muro stabuli cuiusdam iuxta viam *Curia* siti, ubi a. 1982 et 1999 contuli.



-----?
[- -] Postumi lib(ert-)
-----?

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 175–176 n. 5 cum im. phot. fig. 213, 2 (*AE* 1984, 303); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 192 n. 71 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 263 n. 272; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 543 n. E89 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12 adn. 19; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 210.

Puncta triangularia etiam in fine versus.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae dubitanter tribuerim.

7323 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide undique fracta in fronte levigata a tergo rudis (12,5) × (13,5) × 3,5. Litt. 4,5. Rep. Corfinii m. Oct. a. 1880, effossionibus a latere ecclesiae cathedralis S. Pelini institutis. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini non vidi; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 describere potui.

[- -] C++ [- -]
[- -] us Pri [- -]
[- -] NTE [- -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

COLELLA, *Inventarium ms.* n. B 30 cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 192 n. 72; ID., in *Fonti latine e greche* I 263 n. 273. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 72.

2 punctum triangulare.



Supplevi. – [---]CI[---] | [---]s Pri[---] | [---]vi]x(it)
a[n(nis) ---] non sine dubiis in ed. pr. – 1 + prior fuit fortasse
litt. I vel T, posterior A vel M. – 2 supplementum [---]hastat]us
pri[or ---] mihi in mentem quoque venit, res autem incertis-
sima est; non excludo, quin ratio nominis quaedam fortasse
subsistat.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuo.

7324 = EE VIII p. 38 n. 152 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario in duas partes fracta in fronte levi-
gata, a tergo scabra 134,5 × 60,2 × 32,3. Area titulo
inscribendo destinata excavata sulcis duobus cymatium
imitantibus circumclusa 125,4 × 50,2. Litt. 6,1/3,5 (litt. R
altera vocabuli *ferre* et V verbi *potui* v. 12 minoris mensu-
rae 0,8 et 1,2). Rep. a. 1886 prope vicum *Pratola Peligna*
in praedio *Centi* inter vias, qua itur *Popoli* et *Bagnaturo*,
sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo poste-
rius adhibita. A. 1982 rursusque 1998 vidi et contuli *Sul-
mona* inter reposita musei municipalis.

D(is) M(anibus) s(acrum).

Primitius

Fadilles ser(vus)

Paeline

5 conservae,

quem succepi

annorum XI

et vixit mecum

annis XXVIII,

10 quovaei parem

gratiam re-

ferre non potui

in tanta sim-

plicitate;

15 b(ene) m(erenti) f(ecit).

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta et ope machinae com-
putatoriae coniuncta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1886, 135 (= id., *Scoperte
archeologiche* 234); inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE* VIII
p. 38 n. 152; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*⁵ 1140; DE RUG-
GIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4302; PISANI, *Testi latini
arcaici*² 148 n. B. 164; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I
251 n. 203; R. TUTERI, in *Storia di Pratola* 48. – Cf. BESNIER,
De regione Paelignorum 85; VAN WONTERGHEM, *Corfinium*
155. 242 n. 463. 243 n. 477; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo*
19, 1976, 116. 118; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 238;
BUONOCORE, *Suppl. It.* 4, 1987, 138 ad tit.; EUND., in *Temp-
tanda viast* 2 adn. 8; EUND., in *Fides amicorum* 106.



Puncta triangularia etiam in fine versus nec non in formam
hederae (v. 15) posita.

Titulus abundat erroribus grammaticis orthographicis et
phoneticis, scil.: 2 *Primitius* pro *Primitivus*. – 3 *Fadilles* pro
Fadillae (de forma genitivi exeuntis *-es* saepius in tit. Corfinii
reperitis memorata etiam vide A. SARTORI, *Riv. arch. Como*
177, 1995 [1996], 92 cum alia bibliographia). – 4 *Paeline* pro
Paelinae. – 6 *quem succepi* pro *quam suscepi*. – 10 *quovaei* pro
cui (nota *ou* pro *u* vetusto usu).

Primitivus titulum posuit conservae suae *Paelinae*, quam
annum decimum et unum agentem uxorem duxit et cum qua
per annos viginti octo vixit, cui autem uxori in tanta simplici-
tate (quam iuncturam primum invenies apud OVID. *met.*
5,400; etiam cf. TERT. *bapt.* 2,1 e *Hist. Apoll.* 32; maximas ago
gratias feminae doctae ROBERTA MARCHIONNI, quae me cer-
tiorum fecit) gratiam referre non potuit. Cognomen *Paelini* in
titulis Corfiniensibus passim memoratum est (titulos recensui
in *Epigraphica* 79, 1997, 246).

Ex litterarum forma nec non ex locutione *D(is) M(anibus)
s(acrum)* compendiata saec. II p. C. n. tribuerim.

7325 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fissuris laesa in fronte passim scalpro dentato dolata a tergo scabra 75 × 30 × 18. Litt. 5,1/3,8. Rep. Corfinii m. Sept. a. 1984, effossionibus arationis institutis in fundo gentis *Trippitelli* prope ecclesiam dirutam S. Mariae Gratiarum sito. A. 1987 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini descripsi; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



Primo, Lesbia
mater
p(osuit).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 192–193 n. 73 cum im. phot. (AE 1988, 437); ID., in *Fonti latine e greche* I 263 n. 274; E. DUPRAZ, in *Écriture* 206 n. 3; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 533 n. E59. – Cf. S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 514; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 73.

1 punctum triangulare.

Ex litterarum forma (imprimis notanda ratio scribendi litterae B) saec. I medio a. C. n. tribuo.

7326 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata a tergo rudis (35) × (26) × 2,8. Litt. 5,5–4. Rep. a. 1986 extra vicum *Raiano* in regione, q. d. *La Civita*. A. 1986 *Raiano* descripsi servatam in aedibus viri docti DAMIANO VENANZIO FUCINESE, qui me de re certiore fecit.



-----?
[---]Q+[---]
[---]nnius[---]
[Re]stitutu[s---?]
-----?

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 193 n. 74 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 263 n. 275.

Supplementa incerta. – 1 + est hasta recta. – 2 quomodo nomen gentilicium certe sit restituendum, nescio; vide ex. gr. nomina, quae sequuntur in tit. Corfiniensibus memoratis scil. Annius, Caesennius, Dannius et Ninnius (cf. quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l.).

Saec. I vel potius II p. C. n. esse videtur.

7327 = EE VIII p. 38 n. 153 tit. sepulcralis


Stela ex lapide calcario marginibus imminuta in fronte levigata nec non foramine quadrigono terebrata a tergo scabra 135,2 × 53,4 × 20,3. Litt. 9,5/4,5 (litt. O in fine v. 2 minoris mensurae 2,4). Rep. extra Corfinium effossionibus ad vinetum fortasse faciendum institutis in regione, q. d. *Impianata* (vide supra ad tit. n. 7251), sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

C(aio) Rufrio
C(ai) f(ilio) Arruntio
L(ucius) Accaus Helenus,
Acca Anapaumá
5 p(osuerunt).

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7891.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1888, 198 (= ID., *Scoperte archeologiche* 271); inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE VIII* p. 38 n. 153; COLELLA, *Inventarium ms.* n. D 73 cum im. del.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 251 n. 204. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 193 n. 16–17. 226 n. 297; EUND., *Antiche genti* 12. 13. 20; M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 129. 150; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 167. 175; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 188. 210; EUND., *Suppl. It.* 3, 1987, 138 ad tit.

Litterae conexae TI vocabuli *Arruntio* (v. 2) supra versum egredientes. Puncta in formam virgulae acclivis redacta.



Nomen Rufrii redit tit. n. 3260. 7234 (de nomine vide E. ROSCINI, *Arch. Class.* 63, 2012, 245). De Accavo saepissime in titulis Corfiniensibus memorato vide praesertim, quae scripsit VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 12–21.

Saec. I p. C. n. esse potest.

7328 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta a dextra imminuta 27 × (113) × 36. Litt. in duabus columnis ordinatae (I–II). Rep. a. 1899 *Vittorito* in aedibus domini *Luigi Fantasia*, cum cella vinaria instrueretur, sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex scheda DE NINO.

Col. I:

Salavia V(ibi) f(ilia)
sibi suisq(ue);
Accia L(uci) f(ilia);

Col. II:

C(aius) [Sa]l[avius] - - -],
L(ucius) S[a]l[av]i[us] - - -],
P(ublius) [M]am[m]ius - - -].

A. DE NINO, *NS* 1899, 299 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 415); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 194 n. 75; ID., in *Fonti latine e greche* I 263 n. 276. – Cf. BESNIER, *De regione Paelignorum* 119. 120; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 194 n. 29. 228 n. 305–307; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 188. 203. 211; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 516; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 75.

Supplementa recepi e DE NINO praeter v. 3 columnae alterius, quem autem non sine dubiis supplere conatus sum.

De nominibus in hoc titulo memoratis, quae gentilicia fusius Corfinii inveniri possunt, vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, *l. l.* De nomine Salavii vide O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 171. Notandum feminas duas cognomine carentes.

Ex nominum ratione esse potest saec. I medii a. C. n.

7329 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario fissuris laesa in fronte levigata a tergo scabra 61,5 × 85 × 6,8. Area titulo inscribendo destinata excavata a cymatio inverso cincta 43,5 × 62. Litt. 5/3,5. Rep. a. 1984 extra Corfinium in regione, q. d. *Bainzano*. A. 1986 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini descripti; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



Ex testamento;

Salvidia Sp(urii) f(ilia) Amphiola,

L(ucius) Helvius L(uci) l(ibertus) Amphio pater,

Salvidia =mulieris= l(iberta) Salvia mater,

5 *Salvidia =mulieris= l(iberta) Acume soror,*

Theopropus l(ibertus),

Salviae Decenti.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 194–195 n. 76 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 263 n. 277; H. SOLIN – P. CARUSO, *Sannium* 81/82, 2008/09, 92. – Cf. BRANCATO, *Repertorium* II 93. 97.

Puncta triangularia et in formam virgulae acclivis redacta.


1 *exs* SOLIN – CARUSO. – 2 de locutione *Spurii filius* in primis vide W. KUBITSCHKE, *WS* 47, 1929, 130–143; S. PANCIERA, in *L'onomastique latine* 201 (= EUND., *Epigrafi* III 1850–1851); J. J. WILKES, *PBSR* 44, 1976, 28–43; SALOMIES, *Vornamen* 50–55; B. RAWSON, *Antichthon* 23, 1989, 10–41; etiam FRIEDL, *Konkubinat* 143–146; M. CHRISTOL, *Epigraphica* 77, 2015, 167–171. – 5 *Acume* pro *Acme* (de hac forma, q. Graece anaptyxis dicitur, saepius ad hoc cognomen pertinente cf. ex. gr. SOLIN, *Namenbuch*² 1280).

Theopropus est libertus, ut videtur, Salviae Decentis. De nominibus gentiliciis disserui in *Suppl. It.*, *l. l.* 195. De locutione *ex testamento* insculpta in principio tituli vide SOLIN – CARUSO, *l. l.* cum alia bibliographia.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7330 tit. sepulcralis

Plinthus, ut videtur, ex lapide calcario undique fracta. A. DE NINO titulum descripsit a. 1877 Corfinii servatum in aedibus domini *Antonio Costantini* iuxta viam *Buona Fede* sitis. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 e scheda DE NINO.



Tit. ita traditus est: Fuit fere:
 V. SALVIDIE V(ibius) Salvidie[nus - - -],
 PE S Pe(tro) (scil. Salvidienus) S[- - -]

Im. a DE NINO del.

A. DE NINO, *ms.* I cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 195 n. 77 cum im. a DE NINO del. deprompta; ID., in *Fonti latine e greche* I 264 n. 278. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 211; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 513; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 77.

Supplevi ut potui, non sine dubiis.

2 nomen gentilicium Salvidieni supplendum est more antiquo ex versu, qui praecedit, cf. tit. huius Corporis vol. I² 1398. 1413. 1535. 1890. 1893. 1913. 3241 et cet. De nomine gentilicio Salvid(i)eni vide T. P. WISEMAN, *Class. Quart.* n. s. 14, 1964, 130; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 59, 1997, 151 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 833); I. DI STEFANO MANZELLA, *ZPE* 85, 1991, 181; J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 19; A. TORTIELLO, *Mem. Accad. Lincei* s. 9^o, 17, 2004, 555.

Titulos Corfinienses Osce et Latine scriptos praenomen Vibii memorantes recensui in *Suppl. It.*, l. l. (de hoc praenomine praesertim vide SALOMIES, *Vornamen* 96–97; EUND., in *Prénoms* 37; EUND., in *Onomastica* 517). Praenomen Petronis in tit. Corfiniensi quoque redit, scil. huius Corporis vol. I² 3233; de hoc praenomine vide imprimis SALOMIES, l. l. 85–86; EUND., in *Prénoms* 31–32 (cf. etiam RIX, *Cognomen* 180; S. M. MARENGO, in *Epigrafia e archeologia romana* 331–332). Aetatis liberae rei publicae labentis esse potest.

7331 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario undique adesus marginibus effractus 75 × 59 × 49. In usum posteriorem ita est adhibitus, ut frons inscripta, ubi circulus insculptus exstat, sursum versa columnam sustinuerit. Area titulo inscribendo destinata paulum excavata cymatio inverso cincta 53 × 43. Litt. 7,5–6. Rep. a. 1994 effossionibus institutis extra Corfinium in fano Herculis sub praedio *Fonte S. Ippolito* nuncupato sito (vide supra tit. n. 7227–7234. 7247–7248 et infra tit. n. 7358. 7368. 7380). Exstat *Corfinio* in aedificio communi, q. d. *Lapidario*, ubi a. 1995 descripsi et a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

C(aius) Salvidius
 Hyacinthus
 Vi[bi]ae
 Primae
 s coniugi.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 192–193 cum im. phot. fig. 29 (AE 1995, 409) (= ID., *Abruzzo e Molise* II 264); ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 126 n. 131 cum im. phot.; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 564 n. E151 cum im. phot.

1 punctum in formam circuli redactum.

De nominibus Salvidii et Vibii fusius disserui in *Xenia antiqua*, l. l. Adde tit. *Imagines Italicae* I 289, Paeligni / CORFINIVM (?) 26.



Ex litterarum forma saec. I medii p. C. n. esse videtur.

7332 tit. sepulcralis

Stela fastigiata ex lapide calcario fissuris laesa infra fracta, in fronte levigata, a tergo rudis 35,5 × 27,8 × 4,9. Litt. profunde insculptae 5–3. Rep. prope vicum *Roccacasale* nescio quando loco incerto. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini vidi; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communi, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92533), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



Seneia T(iti) l(iberta)
 Vettia mat-
 ri suae de s-
 uo posit Ca-
 5 viae Louci (scil. filiae)
 -----?

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7750).

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 25 n. 17 cum im. phot. fig. 17; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 195–196 n. 78 cum im. phot. (AE 1988, 438); ID., in *Fonti latine e greche* I 264 n. 279; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 568 n. E165 cum im. phot. – Cf. VAN WONGERHEM, *Corfinium* 205 n. 114. 230 n. 319; EUND., *Antiche genti* 36; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 196. 212; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 515; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 78; E. DUPRAZ, in *Écriture* 207.

Puncta triangularia.

1 *Seneia* ANNIBALDI; *Seneia* pro *Seneia* (de forma vide H. SOLIN – P. TUOMISTO, in *Valle di Comino* XII 171–172). – 4 *posit* pro *posuit*. – 5 *Louc*. ANNIBALDI; *Louci* pro *Luci*; cf. tit. huius Corporis vol. I² 1785 = VETTER, *Handbuch* 215o = RIX, *Sabellische Texte* Pg54, in quo nominatur Ter. Loucia L. I. Supplendum cognomen *Louci*[*ae*] vel etiam *Louci*[*liae*] parum probabile mihi videtur (cf. AE, l. l.): post enim vocalem I est spatium, ubi vocalem A vel litteram L quadratarius exarare potuisset.

Opinor in hoc titulo memorari Seneiam Titi libertam Vettiam, quae titulum de sua pecunia matri suae Caviae Lucii filiae posuerit, potius quam Vettiam quandam, quae titulum posuerit matri suae Seneiae Titi libertae et Caviae Lucii filiae. Nomen gentilicium Seneii hic primum in titulis Latinis occurrit (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 167). Cavius/Gavius passim in tit. Corfiniensibus memoratus (vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l. 140). Lucium autem, si recte opinatus sum, tit. n. 7384 Superaequi reperto tantum invenies.

Ex forma litterarum et monumenti (cf. DUPRAZ, *Vestins* 440) saec. I a. C. n. tribuerim.

7333 tit. sepulchralis

Stela ex lapide calcario in duas partes inter sese non coniunctas effracta nullo autem inscriptionis detrimento in fronte et in marginibus levigata a tergo autem scabra 160,2 × 60,1 × 30,9. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio recto cincta 111,8 × 43,2. Litt. 14,5/3,9. Rep. a. 1982 extra Corfinium effossionibus ad vinetum faciendum institutis in regione, q. d. *Impianata*, in fundo domini *Bruno Margiotta* (vide supra ad tit. n. 7278), ubi a. 1982 contuli. An in fundo ipso adhuc exstet, nescio.



Septimieae

mulieris libertae Urbanae

et Quinto Annio-

leno Hilario-

5 ni; Phileros Ninni (scil. servus)

et Glapyra filia,

Castor filius,

posuerunt).

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONGERHEM, *Forma Italiae* 317 n. 6 cum im. phot. p. 316 fig. 468 (AE 1984, 314); BUONOCORE, *L'Ant. Class.* 54,

1985, 298–299 n. 7 cum im. phot. tab. XVI fig. 7; ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 169–170 n. 36 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 258 n. 240. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 191. 213.

Puncta triangularia sursum directa etiam in fine v. 6 signata.

6 *Glapyra* pro *Glaphyra*.

Nomen Septimieae hic primum in titulis Latinis memoratur (SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 168; etiam O. SALOMIES, *Arctos* 46, 2012, 178); cf. autem nomen Septimii, si recte supplevi, tit. Corfiniensibus supra n. 7265 et infra n. 7379. Nomina Annioleni et Nin(n)ii saepius memorata (vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l.).

Temporis spatio inter saec. I et II p. C. n. comprehenso tit. tribuendus mihi esse videtur.

7334 = EE VIII p. 38–39 n. 154 tit. sepulchralis

Stela fastigiata ex lapide calcario in fronte supra levigata infra scalpro dentato dolata nec non foramine quadrigono perterebrata 114,5 × 54,3 × ?. Ornata in medio tympano aquila alis passis, utrimque acroteriis floralibus. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso supra a dextra et a sinistra cincta 76,3 × 45,2. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 5,1/3,2 (dedicatio *Dis Manibus sacrum* compendiata minoris mensurae 0,9 inscripta est in spatio supra aream marginatam). Rep. a. 1885 extra Corfinium iuxta viam, q. d. *Pero di Corvi*, in fundo domini *Pelino Scenna* sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita. Exstabat *Corfinio* muro inserta extrinsecus aedium quarundam iuxta viam *Bagni* vulgo appellatam sitarum, ubi a. 1982 et denuo 1999 contuli. Nunc servatur *Corfinio* in aedificio communi, q. d. *Lapidario*, ubi m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



D(is) M(anibus) s(acrum).

Severiae

Maximillae

vixit a(nnis) VI m(ensibus) X,

5 D(ecimus) Severius D(ecimi) lib(ertus)

Epigonus,

Decimia Gemella

parentes piissimi

posuerunt).

Im. phot. a M. B. sumpta.

A. DE NINO apud G. FIORELLI, *NS* 1885, 170 (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4^o, 1, 1885, 346) (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 146–147); inde M. IHM, *EE* VIII p. 38–39 n. 154; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 251–252 n. 205. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 208 n. 145. 291 n. 329–330; EUND., *Antiche genti* 48 EUND., *Forma Italiae* 175. 179; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 198. 213; EUND., *Suppl. It.* 3, 1987, 138 ad tit.

Litterae conexae LIB (v. 5) et ENTE vocabuli *parentes* (v. 8) supra versum egredientes. Puncta triangularia; hederam quoque in v. 7 habes.

1 omiserunt DE NINO et IHM.

Nomina gentilicia Decimii et Severii redeunt in titulis Corfinii repertis (vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l. 163 et 176).

Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II p. C. n. esse videtur.

7335 tit. sepulcralis

Plinthus vel potius epistylum ex lapide calcario cuius latera sinistrum et dexterum recte scissa ex eo, quod tabula, ut sane videtur, ex pluribus partibus inter sese coniunctis composita est; facies deorsum directa et a tergo levigata, facies autem seorsum directa rudis (30) × (90) × 15. Frons expolita in cuius margine inferiore pars fasciae decussae exstat. Litt. inter lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 9,5. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1998 descripsi et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



[- - -? Sta]beriae Q(uinti) f(iliae) [- - -].

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 126–127 n. 132 cum im. phot. (*AE* 2004, 485). – Cf. EUND., in *Donna e vita cittadina* 531.

Puncta triangularia.

Staberia Quinti filia eadem potest esse ac Staberia Quinti filia Sa[- - -] uxor Modiani cuiusdam tit. n. 7251 memorata, quae porticum ante sacrarium a solo sua pecunia fecit.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. esse potest.

7336 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, a dextra in usum posteriorem resecta, in fronte levigata, a tergo scabra (34,2) × (23,1) × 7,5. Litt. 6,8–4,8. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini descripsi; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

[- - -]aqe ++[- - -]

[- - -]dius E[- - -],

[- - -]us Sua[vis - - -?]

[- - -]ius <mulieris> l(ibertus) +[- - -],

5 [- - -] Dec[- - -]

[- - -]+[- - -]



Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 196 n. 79, cum im. phot.; *id.*, in *Fonti latine e greche* I 264 n. 280. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 217. 218; DUPRAZ, *Vestins* 440.

Puncta triangularia.

Supplementa haud certa. – 1, 4, 6 + vestigia litt. incertarum.

Ex litterarum forma temporis spatio inter saec. I et II p. C. n. comprehenso tribuenda mihi esse videtur.

7337 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fastigio minus prospiciente in fronte superiore scalpro dentato passim levigata in inferiore rudis, a tergo scabra 77,2 × 30 × 15,8. In margine superiore a sinistra dexteraque adhuc inspiciuntur duo foramina circularia ad quoddam ex aere sustinendum pertinentia: utrum de fascia prominente accommodata, qua frons cingebatur, an de acroteriis floralibus agatur, incertum est. Litt. 4,1/3,8 (litt. HO in fine v. 2 minoris mensurae 0,9). Rep. extra Corfinium loco incerto nescio quando. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini vidi; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communalis, q. d. *Lapidario* (inv. n. 92609), ubi m. Oct. a. 2018 denuo contuli.

L(ucio) Suellio

<mulieris> l(iberto) N[i]coma`cho´,

C(aius) Titacius

Tertius

5 posit.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 166 n. 13 cum im. phot. fig. 189, 5; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 197 n. 80 cum im. phot. (*AE* 1988, 439); *id.*, in *Fonti latine e greche* I 264 n. 281; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 539 n. E79 cum im. phot. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 231 n. 332. 233 n. 246 cum im. phot. tab. XX fig. 28; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 214. 215; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 80.

Puncta triangularia etiam in fine versuum signata.

2 *Nicomacho* VAN WONTERGHEM. – 5 *posit* pro *posuit*.

Nomina Suellii et Titacii Corfinii primum occurrunt.



Saec. I ex. a. C. n. mihi esse videtur.

7338 tit. sepulcralis

Cippus, ut videtur, ex lapide calcario undique fractus (127) × (33–27) × (24). Rep. a. 1890 in regione inter meridiem et occasum solis posita vici *Raiani*, iuxta declivitatem collis, q. d. *Varranije* vel *Rajano Vecchio*. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex scheda DE NINO.

SCIVS
C.F.T

Tit. ita traditus est:

SCIVS
C ◦ F ◦ T

Fuit fere:

[- - -] scius [- - -]?
[- - -] C(ai) f(il-) T[- - -]

Im. a DE NINO del.

A. DE NINO, *ms. III* cum apographo; ID., NS 1890, 194 (= ID., *Scoperte archeologiche* 296); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987,

197–198 n. 81 cum im. a DE NINO del.; ID., in *Fonti latine e greche* I 264 n. 282.

Supplevi ut potui, non sine dubiis.

Cui aetati titulus recte tribuendus sit, nescio.

7339 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario 90 × 45 × 45. Rep. a. 1891 prope vicum *Raiano* in regione appellata *S. Petronilla* in praedio dominorum *Luigi* et *Gaspere Lepore*. Periisse videtur. Contuli ut potui a. 1982 ad schedam PERSICHETTI.

L(ucius) Tatius L(uci) f(ilius).

N. PERSICHETTI, NS 1891, 295 cum im. del.; A. DE NINO, *ibid.* 1894, 195 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 335); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 198 n. 82 (AE 1988, 440); ID., in *Fonti latine e greche* I 264 n. 283. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 232 n. 338; EUND., *Antiche genti* 12; EUND., *Forma Italiae* 188; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9 1984, 214; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 509. 513; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 82.

L. Tatius L. f. (etiam vide tit. sequentem) idem potest esse ac L. Taties L. f. memoratus in titulo Osce scripto VETTER, *Handbuch* 215r = huius Corporis vol. I² 3251 = RIX, *Sabellische Texte* Pg43 = *Imagines Italicae* I 296, Paeligni / CORFINIVM 33 (cf. DUPRAZ et M. CRAWFORD in *Imagines Italicae*, qui non excludunt, quin de eodem titulo agatur).

Ex eo, quod vir cognomine caret, alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7340 = EE VIII p. 36 n. 145 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique ad usum posteriorem resecta (21) × (40) × (11). Rep. extra vicum *Roccacasale* loco incerto nescio quando. Servabatur in vico *Roccacasale* pro posti portae muri cuiusdam horti notarii *Enrico Patrizi* adhibita, ubi a. 1886 A. DE NINO inspexit et ectypum sumpsit. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex scheda DE NINO.

Fuit fere:

*C(aius) Tatius C(ai) l(ibertus) Alexan[der],
Tattia C(ai) l(iberta) Antemis,
[C(aius) T]attius C(ai) l(ibertus) Capito f(ilius)
posi[erunt].*

A. DE NINO apud G. FIORELLI, NS 1886, 424 (= ID., *Scoperte archeologiche* 241); inde ex ectypo chartaceo M. IHM, *EE VIII* p. 36 n. 145; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 250 n. 197. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 214; EUND., *Suppl. It.* 3, 1987, 137 ad tit.; EUND., in *Varia epigraphica* 99. 100 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 248. 250).

Supplevi ut potui. – C ◦ TATTIVS ◦ C ◦ L ◦ ALEXAN[- -] | TATTIA ◦ C ◦ L ◦ ANTEMIS | AIIVS CL ◦ CAPIO F | POSI[- -] DE NINO, ex quo IHM. – 1 an tabula a dextra integra sit necne incertum; cognomen non solum supplendum *Alexan[der]*, ut suspicatus sum, verum etiam solvendum *Alexan(der)* vel potius *Alexan[d(er)]*. – 2 *Antemis* pro *Anthemis* (cf. SOLIN, *Namenbuch*² 1079). – 3 *Tatius* pro *Tattius*. – 4 *posierunt* pro *posuerunt*; *posuit* [- -] male EGO in ed. priore.

Nomen gentile Tat(t)ii redit in tit., qui praecedit.

Esse potest saec. I medii a. C. n.

7340a tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario marginibus fracta infra latior alt. circ. 100. Rep. nescio quando in sepulcreto sito in regione *Madonna delle Grazie* extra Corfinium. Ubi exstet, ignoro. Descripsi ut potui ex scheda ANNA DIONISIO et im. phot. et del.



Tertio
[-] Maglat[ius]
Pampilus
pater pos(uit).

Im. del. ex neg. *Arch. Sopr. Chieti* sine inv. n. DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 532–533 n. E58 cum im. phot. – Cf. EAND., *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 14 adn. 41.

3 Pampilus pro Pamphilus.

Quamquam in tit. Corfiniensi n. 3267 memoratur C. Suetedius C. f. Ser(gia) Maglatius, excludendum non est, quin *Maglatius* nomen gentilicium esse quoque possit (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 110).

Ex forma litterarum saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7341 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta, in fronte scalpro dentato dolata et magna fissura a sinistra laesa, ab utroque latere levigata 33,2 × 61,5 × 49,8. Litt. optime insculptae 8–7,7. Rep. a. 1982 extra Corfinium effossionibus ad vinetum faciendum institutis in regione, q. d. *Impianata*, in fundo domini *Bruno Margiotta* (vide supra ad tit. n. 7278), ubi a. 1982 contuli. An in fundo ipso adhuc exstet, nescio.

P(ublius) Tettidius
L(uci) f(ilius) Balbus.

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 317 n. 4 cum im. phot. p. 316 fig. 466 (*AE* 1984, 312); BUONOCORE, *L'Ant. Class.* 54, 1985, 297 n. 5 cum im. phot. tab. XV fig. 5; ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 198–199 n. 83 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 264 n. 284; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 559 n. E139 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 214; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 509; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 83; EUND., in *Officina epigrafica* 220 n. 3 cum im. phot. fig. 6.



Puncta triangularia etiam in fine versus 1 sursum directa. Nomen gentilicium Tet(t)idii redit tit. n. 3272 et in tit., qui sequitur.

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. esse potest.

7342 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in marginibus imminuta undique levigata 75,1 × 33 × 24,5. Litt. 6/5,8. Rep. a. 1982 extra Corfinium effossionibus ad vinetum faciendum institutis in regione, q. d. *Impianata*, in fundo domini *Bruno Margiotta* (vide supra ad tit. n. 7278), ubi a. 1982 contuli. An in fundo ipso adhuc exstet, nescio.



P(ublius) Tettidius P(ubli) l(ibertus) Salvi(us),
posuerunt
sorores.

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 317 n. 5 cum im. phot. p. 316 fig. 467 (AE 1984, 313); BUONOCORE, *L'Ant. Class.* 54, 1985, 297 n. 4 cum im. phot. tab. XV fig. 4; ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 199 n. 84 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 265 n. 285; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 558–559 n. E138 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 214; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 515; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 84; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 293; BUONOCORE, in *Officina epigraphica* 220.

Puncta inspici nequeunt.

1 *Salvi* VAN WONTERGHEM; nota formam litterae L.

De nominativo singulari breviato *-i(us)* vide J. KAMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42.

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. esse potest.

7343 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte et transverse abscesa undique imminuta in fronte expolita. Servatur *Corfinio* muro sacrarii S. Alexandri extrinsecus loco edito inserta, ubi a. 1982, 1986 et 1999 descripti quatenus potui.



[- - -T]ettius
[- A]lexsa
[- - -fi]lio posit.

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Iscrizioni latine* 12 n. 1 cum im. phot. fig. 5; ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 199–200 n. 85 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 265 n. 286; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 553 n. E121 cum im. phot. – Cf. E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 514; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 85.

Supplevi non sine dubiis. – 1 [- - -] C(ai) l(iberto) +++++ male EGO in prima editione; nomen etiam supplendum, ex. gr., [M]ettius, [V]ettius vel similia (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 273; de nomine Tettii etiam vide tit. *Imagines Italicae* I 291, Paeligni / CORFINIVM (?) 28. – 2 [A]lexsa pro

[A]lexa (de cognomine cf. *TbLL* I 7, col. 1530 et praesertim SOLIN, *Namenbuch*² 201–202). – 3 *posit* pro *posuit*.

Ex litterarum forma saec. I ex. a. C. n. tribuenda esse mihi videtur.

7344 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a sinistra et in latere dextro fracta, in fronte fissuris laesa, a tergo rudis 57,2 × 39,8 × 17,6. Latera praedita sunt alveolis ad figendum, qui adhuc superne et infra cernuntur. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita sulcis duobus cymatium imitantibus cincta 43,9 × 28,1. Litt. 7,4/3. Rep. extra Corfinium ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini m. Oct. a. 1976 effossionibus ad sepulcretum detegendum ad km 172,7 viae Tiburtinae – Valeriae situm institutis in praedio domini *Panfilo Sebastiano* (vide supra ad tit. n. 3236). Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 13772), ubi a. 1979 et 1999 contuli.



D(is) M(anibus) s(acrum).
[T]hymeleni
Corfiniens(ium scil. servae),
Florentinus
5 conservae
b(ene) m(erenti)
p(osuit).

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 784.VW.83 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26429).

G. PACI, *Epigraphica* 42, 1980, 45–46 n. 7 cum im. phot. fig. 7 (AE 1983, 323); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 200–201 n. 86 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 265 n. 287.

Puncta triangularia in fine versus quoque redacta. – Litt. F supra verum eminens.

De serva publica vide WEISS, *Sklave* 205 n. 80 et E. CIMAROSTI, in *Donna e vita cittadina* 453 n. 5. Servi publici alii redeunt tit. n. 3219, i. e. Castorinus Corf(iniensium) servus, et n. 7271, i. e. Aemilianus rei pub(licae) Corf(iniensium scil. servus). Ut ex nomine gentilicio Corfinii a nomine urbis Corfinii sane deprompto elicitur, Caium Corfinium Natalem illum tit.

n. 6326 memoratum, antequam libertus esset, servum publicum civitatis quoque fuisse praetermittendum non est.

Ex locutione *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiata et ex litterarum forma saec. II medii vel potius prioris partis saec. III p. C. n. esse videtur.

7345 tit. sepulcralis

Urna supra et infra parallelepipedo instar ex lapide calcario arcam ferratam bullatam nec non claustrum praeditam imitans integra omnino nisi quod operculum deest $39,6 \times 42,1 \times 31,9$ (cf. alia exemplaria sine autem inscriptione Corfinii reperta eodem loco, quo urna ipsa prodit et in museo municipali Corfiniensi nunc servata [im. phot. a G. CALCAGNI sumpta; adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7759. 7771. 7775], de quibus praesertim vide G. COLONNA, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 14, 1959, 299–300; MATTIOCCO, *Contributi* 118–203, VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 194. 281–282, 298; DIEBNER, *Aesernia* 161–163 et passim; EAND., in *Romanisation du Samnium* 235–236; R. TUTERI, in *Filo di Arianna* 69; A. BUONOPANE, *SEBarc* 11, 2013, 113–114). Litt. affabre insculptae 2,9/2,1. In margine sursum directo inspiciuntur alvei nonnulli ad operculum superimpositum cohibendum. Rep. extra Corfinium temporis spatio inter a. 1931 ex. et a. 1932 in. comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae – Valeriae situm (vide supra ad tit. n. 7242). A. 1982 contuli inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



Troelia Primigenia
decessit annor(um) XV.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7836).

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 13; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 23 n. 12 cum im. phot. fig. 12; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 201–202 n. 87 cum im. phot. (AE 1988, 441); ID., in *Fonti latine e greche* 1265 n. 288; G. MARTELLA, *Abruzzo* 26/28, 1998/2000, 62. – Cf. G. COLONNA, *l. l.*; VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 234 n. 349; L. BINNI, *Guida ai Musei d'Abruzzo e Molise*, Milano 1982, 29; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 215; DIEBNER, in *Romanisation du Samnium*, *l. l.* 235; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 87.


Puncta triangularia.

Nomen gentilicium Troelii in tota regione hic primum occurrit.

Ex forma litterarum monumentique saec. I ex. p. C. n. esse potest.

7346 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario fastigio cum acroteriis minus prospiciente in fronte fissuris laesa, undique levigata $44,2 \times 23,2 \times 6,2$. Area titulo inscribendo destinata excavata supra a dextra et a sinistra sulcis duobus cymatium imitantibus cincta $24,1 \times 17,3$. Litt. actuarum 4,1–1,9. Dedicatio in fastigio incisa. Rep. extra Corfinium temporis spatio inter a. 1931 ex. et a. 1932 in. comprehenso effossionibus ad sepulcretum effodiendum institutis in praedio domini *Alessandro Colella* ultra ecclesiam cathedralem S. Pelini vicum *Raiano* versus posito a sinistra viae Tiburtinae – Valeriae situm. A. 1982 contuli inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc servatur *Corfinio* in aedificio communi, q. d. *Lapidario*, ubi m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



D(is) M(anibus) s(acrum).
Urbicae
alumnae
Corneliae;
5 *Faustinae*
conserve
dulcissimae p(osuit).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

LUCCI – DI FRANCESCANTONIO, *Inventarium ms.* n. 5; G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 22–23 n. 11 cum im. phot. fig. 11; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 203–204 n. 89 cum im. phot. (*AE* 1988, 442); ID., in *Fonti latine e greche* I 265 n. 290; BRANCATO, *Alumni* 86 n. 313. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Corfinium* 207 n. 134. 240 n. 415. 244 n. 504; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 197; EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 89.

8 punctum in formam circuli redactum.


2 VRRICAE, 5 EAVSTINA lapis. – 6 conserve pro conserve.

Nomen Cornelii saepius in tit. Corfinii repertis memoratur (titulos recensui in *Suppl. It.*, l. l. 204). De alumni inter al. vide H. S. NIELSEN, *Class. Med.* 38, 1987, 141–188; J. BELLEMORE – B. RAWSON, *ZPE* 83, 1990, 1–9; C. SAVIATO, *Epigraphica* 61, 1999, 288–292; BRANCATO, l. l. passim.

Ex litterarum forma saec. II vel potius III p. C. n. esse videtur, cui formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta sane congruit.

7347 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario superne et a dextra fracta, marginibus imminuta, in fronte et a tergo levigata (12,3) × (42,2) × 40,1. Litt. 4/3,9. Rep. a. 1982 extra Corfinium effossionibus ad vinetum faciendum institutis in regione, q. d. *Impianata*, in fundo domini *Bruno Margiotta* (vide supra ad tit. n. 7278), ubi a. 1982 contuli. An in fundo ipso adhuc exstet, nescio.



C(aius) et T(itus) Vibēdius [- filii)].

Im. phot. a M. B. sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 317 n. 3 cum im. phot. p. 316 fig. 465 (*AE* 1984, 311); BUONOCORE, *L'Ant. Class.* 54, 1985, 296–297 n. 3 cum im. phot. tab. XIV fig. 3; ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 204–205 n. 90 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 265 n. 291; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 558 n. E137 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 216; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 514; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 90; EUND., in *Epigrafia di confine* 290; EUND., in *Officina epigrafica* 220 n. 4.

Puncta triangularia.

[- filii] omiserunt VAN WONTERGHEM et EGO in *L'Ant. Class.*

Nota nomen forma singulari ad duos homines consanguinitate coniunctos pertinens (cf., ex. gr., *ILLRP* 123. 130a. 131); de re universa vide E. DUPRAZ, *Rev. Philol.* 78, 2006, 250–251. Nomen gentilicium *V(e)ibedii* redit in titulis Corfinii repertis, scil. n. 3228 (*Vibedia*), n. 3274 (*Veibedius*); etiam cf. titulos Osce scriptum VETTER, *Handbuch* 212a = huius Corporis vol. I² 3252 = RIX, *Sabellische Texte* Pg3 = *Imagines Italicae* I 292–293, Paeligni / CORFINIVM 29–30, scil. *Vibedis*; VETTER, *Handbuch* 213 = RIX, *Sabellische Texte* Pg9 = *Imagines Italicae* I 267–268, Paeligni / CORFINIVM 6, scil. *Vibdu*.

Ex litterarum forma et ex ratione nominis saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7348 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique imminuta in fronte levigata a tergo scabra (30,1) × (22,5) × 16. Litt. 4–3. Rep. Corfinii a. 1964 operibus ad ecclesiam cathedralem S. Pelini restituendam institutis. A. 1965 F. VAN WONTERGHEM titulum recognovit *Corfinio* inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini, ubi autem a. 1982 non repperi. Nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*, inv. n. 92515), ubi m. Oct. a. 2018 recognovi.



-----?

Vibia

C(ai) filia).

Im. phot. a F. VAN WONTERGHEM sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 164 n. 7 cum im. phot. p. 165 fig. 189. 3 (*AE* 1984, 298); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 205 n. 91 cum im. phot. a VAN WONTERGHEM comiter missa; ID., in *Fonti latine e greche* I 265 n. 292; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 536 n. E70 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 216–217; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 514; STERNINI, *Romanizzazione* 29; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 91; A. BENCIVENGA, *Incontri culturali* 18, 2012, 17.

2 punctum triangulare.

Nomen gentilicium *Vibii* saepissime in tit. Corfiniensibus invenies (vide, quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l. 205; adde VAN WONTERGHEM, *Antiche genti* 46).

Ex litterarum forma alterius partis saec. I p. C. n. esse potest.

7349 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario superne contracta in duas partes inter se coniunctas effracta, infra imminuta in marginibus dextro et sinistro resecta in fronte levigata a tergo scabra (101,2–88,3) × 62,2 × 26,3. Litt. 13/6. Rep. m. Dec. a. 1978 extra vicum *Popoli* in regione, q. d. *Valle del Canestro*. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23929), ubi a. 1979 et 1999 contuli.



Vibiae T(iti) l(ibertae) Nymphae
matri,
T(ito) Vibio Primo patri,
Aponia L(uci) l(iberta) Eromene
5 filia
p(osuit).

Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 804.VW.83 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26460).

G. IACULLI, *Quad. Ist. Arch. Chieti* 2, 1981, 212 cum im. phot. fig. 14; BUONOCORE, *Epigraphica* 44, 1982, 173–175 n. 3 cum im. phot. fig. 3 (AE 1984, 319); ID., *Suppl. It.* 3, 1987, 205–206 n. 92 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 266 n. 293. – Cf. EUND., *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 192. 216–217; S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; STERNINI, *Romanizzazione* 29; BRANCATO, *Repertorium* II 97; A. BENCIVENGA, *Incontri culturali* 18, 2012, 17.

Puncta in formam aculei sagittae.


3 PATR., – 4 EROMEN IACULLI.

De nomine Vibii cf. tit., qui praecedit. Aponium quendam invenies in titulo Osce scripto VETTER, *Handbuch* 215s = huius Corporis vol. I² 3235 = RIX, *Sabellische Texte* Pg49 = *Imagines Italicae* I 280, Paeligni / CORFINIVM 17, scil. Apunies (etiam cf. quae scripsi in *Suppl. It.*, l. l. 206).

Ex litterarum forma saec. I ex. vel potius saec. II in. p. C. n. tribuerim.

7350 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata, a tergo scabra (6,5) × (8) × 2,5. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 1,7. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini descripsi; nunc servatur *Corfinio* in museo municipali (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



[- - -] + AMA [- - -]
[- - -] FE [- - -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 206 n. 93 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 266 n. 294.

Puncta triangularia.

1 + fuit litt. L vel E; AMA [- - -] esse potest, ex. gr., initium cognominis cuiusdam scil. *Ama[ndus vel -nda]*. – 2 fortasse *fecit vel -ecerunt*; [- - -] + [- - -] EGO in editionibus praecedentibus. Attamen tota res incerta manet.

Cui aetati imperatoriae titulus tribuendus sit, nescio.

7351 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Corfinii, ut traditur, in lucem eruta m. Mai. a. 1889, effossionibus pone ecclesiam S. Mariae Gratiarum institutis. A. 1982 et rursus a. 1999 frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex COLELLA.

Tit. ita traditus est a Fuit fere:

COLELLA:

T ◦ C ◦ L -----?
T(itus) C(- - -) L(- - -) [- - -]
-----?

vel

-----?
[- - -] T(iti) (et) C(ai) l(ibert-) [- - -]
-----?

COLELLA, *Inventario ms.* n. B 63 cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 206 n. 94 cum im. del. a COLELLA deprompta; ID., in *Fonti latine e greche* I 266 n. 295.

Supplevi ut potui, non sine dubiis.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

7352 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in usum posteriorem undique resecta, in fronte levigata (39) × (21,5) × (13). Litt. 5,3. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Hodie exstat *Corfinio* inserta muro aedium quarundam iuxta viam *Teatro* sitarum, ubi a. 1982 et 1999 descripsi.



Pac(-) [- -].

Im. phot. a M. B. sumpta.
BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 207 n. 95 cum im. phot. a F. VAN WONTERGHEM comiter missa; ID., in *Fonti latine e greche* I 266 n. 296; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 539 n. E78. – Cf. VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 175 n. 1 nulla autem transcriptione cum im. phot. p. 176 fig. 213. 5.

Nota formam puncti in fine versus.

Agitur de praenomine Paccii, de quo vide SALOMIES, *Vornamen* 83–84 et EUND., in *Prénoms* 30–31 (cf. supra ad tit. n. 7278 et 7299); esse potest, ex. gr., *Pac(cius)* vel potius *Pac(ci) f(ilius)* vel similia.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse potest, in dubio autem adhuc maneo.

7353 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario, ut videtur, undique fracta in fronte levigata (29) × (49) × ?. Litt. circ. 14. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex im. phot.



[- -]PĒÇ[- -]

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7794.

G. ANNIBALDI, *Epigraphica* 20, 1958, 25 n. 20 cum im. phot. fig. 20; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 207 n. 96 cum im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti*; ID., in *Fonti latine e greche* I 266 n. 297.

Supplementa incerta. – De vocabulo *pecunia* vel etiam de ratione nominis vel sim. opinor; res autem incerta manet. Nota altitudinem litterarum.

Saec. I p. C. n. dubitanter tribuerim.

7354 tit. sepulcralis

Plinthus, ut videtur, ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte et transverse resecta, in fronte levigata (22,5) × (34,5) × ?. Litt. accurate insculptae 5,8. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Servabatur *Corfinio* inserta muro aedium quarundam iuxta viam *Canale*, ubi a. 1982 et 1999 descripsi. Ubi autem nunc exstet, ignoro.



[- -]dius Sten(i) f(ilius) [- -?].

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 207–208 n. 97 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 266 n. 298; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 551–552 n. E116 cum im. phot. – Cf. SALOMIES, *Vornamen* 92; E. DUPRAZ, in *Élites et leurs facettes* 515–516; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 114 ad n. 97.

Puncta triangularia.

Quomodo nomen gentilicium, quod terminatur in [- -]dius, supplendum sit, incertum. De rarissimo praenomine Stenii praesertim vide SALOMIES, *l. l.*; EUND., in *Prénoms* 35; etiam cf. tit. n. 3253. 7508 et S. M. MARENGO, in *Atti Roma* I 778.

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7355 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte rudis a tergo scabra (13,8) × (23,7) × 1,8. Litt. circ. 8. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini descripsi; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



-----?
 [--]ANA[--]

Im. phot. a M. B. sumpta.
 BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 208 n. 98 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 266 n. 299.

Litterae, quae supersunt, vestigia sunt fortasse cuiusdam nominis vel cognominis (cf. tit. n. 3283).

Litt. circ. saec. II p. C. n. esse videntur.

7356 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario (DE NINO) undique fracta. Rep. a. 1878 Corfinii in praedio domini *De Petris*. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ex scheda DE NINO.

Tit. ita traditus est a DE NINO:

OLI
 ATHE

A. DE NINO, *ms.* I cum im. del.; ID., apud G. FIORELLI, *NS* 1878, 255 (= *Mem. Accad. Lincei* s. 4^o, 2, 1878, 727) (= ID., *Scoperte archeologiche* 40); inde BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 208 n. 99; ID., in *Fonti latine e greche* I 266 n. 300. – Cf. M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 116.

2 [--]atbe i. e. cognomina *Agathe, Epagathe, Pantagathe, Thysagathe* vel similia. Tota autem res incerta manet.

Cui aetati tribuenda sit, nescio.

7357 tit. sepulcralis

Cippus, ut videtur, ex lapide calcario undique fractus (13) × (21) × (9). Rep. a. 1890 in regione inter meridiem et occasum solis posita vici *Raiani*, iuxta declivitatem collis, q. d. *Varranije* vel *Rajano Vecchio*. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi quatenus potui a. 1983 ex scheda DE NINO.



Tit. ita traditus est:

CVI
 ARIS

Im. a DE NINO del.

A. DE NINO, *ms.* III cum im. del.; ID., *NS* 1890, 194 (= ID., *Scoperte archeologiche* 296); inde BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 209 n. 100 cum im. del. a DE NINO deprompto; ID., in *Fonti latine e greche* I 267 n. 301.

Supplementa incerta manent. – Esse potest [*Feli*]cul[a vel -us (etiam [*Pro*]cul[a vel -us vel similia))] | [*coniugi c-* vel *r*]aris[simo vel -ae]. – 2 ARIS initium cognominis cuiusdam ex gr. *Aris*[t-] esse quoque potest.

Aetatis incertae.

7358 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra supra et infra fracta, in fronte et a tergo levigata (22,5) × (20) × 3,7. Litt. 8,5. Rep. a. 1995 effossionibus factis extra Corfinium in fano Herculis sub praedio *Fonte S. Ippolito* nuncupato sito (vide supra tit. n. 7371). Exstat *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1998 descripsi et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



 [--]diō
 [--]lio,
 [--]ius l(iibertus)

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 127 n. 133 cum im. phot.

Supplementa incerta. – 3 post IVS signum hastae aetatis recentioris.

Memoratur [--]dius [--]lius, cui vir alter, scil. [--]ius [--], titulum posuit.

Litt. circ. saec. I p. C. n. esse videntur.

7359 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra fracta in fronte et a tergo levigata (50,3) × (48,4) × 12,3. Area titulo inscribendo destinata excavata sulcis duobus cymatium imitantibus cincta, cuius pars supra et a dextera tantum servatur. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 10,1–8,6. Rep. extra Corfinium ultra ecclesiam cathedrallem S. Pelini vicum *Raiano* versus iuxta viam Tiburtinam – Valeriam. A. 1982 vidi inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini; nunc exstat *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo contuli.



[- -]-ero,
 [- -]-theo
 [- -]-c(oniugi) r(arissimo)

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

COLELLA, *Inventarium ms.* n. B 50 cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 209 n. 101 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 267 n. 302.

1 vide, ex. gr., cognomina Graeca sexus feminini, quae terminantur in *-ero*, scil. *Hero*, *Moero*, *Cratero*. – 2 supplementa incertissima; plurima enim sunt masculina Graeca cognomina, quae terminantur in [- -]-*theus* (cf. SOLIN, *Namenbuch*² 1535).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7360 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Corfinii, ut traditur, in lucem eruta a. 1880, effossionibus a latere ecclesiae cathedralis S. Pelini institutis. A. 1982 et rursus a. 1999 frustra quaesivi. Perit aut latet. Descripsi quatenus potui a. 1983 ex im. a COLELLA del.

Fuit fere:

-----?
 [- -]-LIC[- - -]
 [- -]-++[- - -]
 -----?

COLELLA, *Inventarium ms.* n. B 29 cum im. del.; inde BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 209–210 n. 102; ID., in *Fonti latine e greche* I 267 n. 303.

Supplementa incerta. – 1 mihi venit in mentem [Fel]lic[- - -].

Attamen non excludo, quin tit. idem ac tit. n. 7362 esse possit.

Cui aetati titulus tribuendus sit, nescio.

7361 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte et a tergo levigata (28,5) × (19,8) × 3. Litt. 8,2. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini descripsi; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



-----?
 [- - -]e <mulieris> l(ibert-) [- - -]
 [- - -]+
 -----?

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 210 n. 103 cum im. phot. errore versa; ID., in *Fonti latine e greche* I 267 n. 304.

2 est hasta recta fortasse ad litt. H vel I vel E vel F vel L vel N pertinens.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

7362 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra a sinistra et infra, ut videtur, fracta (36) × (18,5) × (1,8). Litt. 4,6–4,8. Rep. *Raiano* loco incerto nescio quando. A. 1965 F. VAN WONTERGHEM titulum recognovit *Raiano* pro posti portae aedium quarundam adhibitum iuxta viam *Fonde* sitarum, ubi a. 1982 non repperi. Descripsi quatenus potui a. 1983 ex scheda VAN WONTERGHEM.

[- - -]ILIO
 [- - -]TRO

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 180 n. 61a; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 210 n. 104; ID., in *Fonti latine e greche* I 267 n. 305.

Supplementa incerta. – 1 vide, ex. gr., nomina Latina in tit. Corfiniensibus memoratis, quae terminantur in *-ilius*, scil. Ancilius, Caecilius, Lucilius, Mamilius, Rutilius.

Attamen non excludo, quin tit. idem ac tit. n. 7360 esse possit.

Cui aetati tit. tribuendus sit, nescio.

7363 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario supra a sinistra et infra fracta, in fronte et in latere dextro expolita, a tergo scabra (26) × (27) × 34. Litt. circ. 6. Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. Asservabatur Corfinii muro inserta loco edito iuxta circuitum ad orientem vergentem. Nunc exstat *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1998 descripsi et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



[- -]u(s) Ti(beri) fil(ius).

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 127 n. 134 cum im. phot. (AE 2004, 486).

De praenomine Tiberii vide SALOMIES, *Vornamen* 55–56; EUND., in *Prénoms* 35.

Esse potest saec. I ex. a. C. n.

7364 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique fracta (52) × (30) × (15). Rep. Corfinii loco incerto nescio quando. A. 1894 A. DE NINO vidit titulum *Corfinio* pro posti portae aedium domini *Luigi Marrama* adhibitum. A. 1982 non repperi. Periiit aut latet. Descripsi quatenus potui a. 1983 ex scheda DE NINO.

Tit. ita traditus est:	Fuit fere:
	-----?
L o LI	[- -] L(uci) li[b(ert-)]
VS	[- -]us
TR	[- -]TR[- -]?
	-----?

A. DE NINO, *NS* 1894, 386 cum im. del. (= ID., *Scoperte archeologiche* 340); BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 210–211 n. 105 cum im. del. a DE NINO deprompta; ID., in *Fonti latine e greche* I 267 n. 306.

Supplevi ut potui, non sine dubiis.

Aetatis incertae.

7365 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte et a tergo expolita (16) × (9,5) × 3,5. Area titulo inscribendo destinata cymatio foliis ornato cincta, cuius pars supra tantum exstat. Corfinii, ut traditur, in lucem eruta m. Mai. a. 1889, effossionibus pone ecclesiam S. Mariae Gratiarum institutis. A. 1982 inter reposita ecclesiae cathedralis S. Pelini non repperi; nunc servatur *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1999 descripsi et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.

[- -]ius[- -]
[- -] T(iti) f(il-) +[- -]

Im. phot. a M. B. sumpta.

COLELLA, *Inventarium ms.* n. B 64 cum im. del.; BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 211 n. 106, ID., in *Fonti latine e greche* I 267 n. 307.


Supplevi non sine dubiis. ----- | [- -]us [- -]? | [- -] t(estamento) f(ieri) i(ussit) EGO in editionibus praecedentibus. – 2 + est hasta recta fortasse ad litt. H vel I vel E vel F vel L vel N pertinens.



Saec. I p. C. n. esse potest.

7366 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (32) × (37) × 2. Litt. 13/12. Rep. nescio quando loco incerto. In lucem rediit saec. XXI ex. *Raiano* in pavimento inserta secretarii (Italice *sagrestia*) ecclesiae Sanctae Mariae Maioris. Servatur muro cuidam interiori affixa secretarii eiusdem, ubi d. 31 m. Mart. a. 2003 DAMIANO VENANZIO FUCINESE descripsit et imaginem delineavit.



Im. a FUCINESE del.

2 [- -] arbit[atu] fortasse.

Aetatis imperatoriae incertae.

7367 tit. sepulcralis

Fragmentum ex lapide calcario (26) × (70) × ?; in latere dextero speculum insculptum est. Rep. in vico *Vittorito* loco incerto nescio quando. A. 1894 DE NINO titulum inspexit in vico *Vittorito* muro insertum ecclesiae S. Michaelis Archangeli. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi quatenus potui a. 1983 ex scheda DE NINO.


vix(it) ann(os) XIII mens(es) VII dies VI
-----?

A. DE NINO, *ms. II* cum im. del.; ID., *NS* 1894, 317 (= ID., *Scoperte archeologiche* 339); N. PERSICHETTI, *RASLA* 9, 10/11, 1894, 525; DE NINO, *ibid.* 10, 5, 1895, 40; a DE NINO BUONOCORE, *Suppl. It.* 3, 1987, 211 n. 107; ID., in *Fonti latine e greche* I 267 n. 308.

Aetatis imperatoriae incertae.

7368 tit. fortasse honorarius

Epistylum ex lapide calcario superne et ab utroque latere fractum, a tergo levigatum (52,5/22,3) × (62,7/28,5) × 43. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita infra crepidine mutila cincta. Litt. 13,5. Rep. a. 1995 effossionibus factis extra Corfinium in fano Herculis sub praedio *Fonte S. Ippolito* nuncupato sito (vide supra tit. n. 7371). Exstat *Corfinio* inter reposita musei municipalis (*Mus. Civ. Arch.*), ubi a. 1998 descripsi et m. Oct. a. 2018 denuo recognovi.



[- - -] Q̄(uinti) f(il-) +[- - -].

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 127–128 n. 135 cum im. phot.

+ est pars inferior hastae rectae.

Ex litterarum forma nec non praesertim ex ratione loci, ubi epistylum in lucem est erutum, priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

7369 tit. sepulcralis

Fragmentum ex lapide calcario. Rep. a. 1903 extra Corfinium effossionibus iuxta viam, qua vicum *Raiano* itur, loco incerto institutis. Frustra quaesivi. Periiit aut latet. Descripsi quatenus potui a. 1983 ex scheda DE NINO.

in fr(onte) p(edes) XX in [ag(ro) p(edes) - - -].


A. DE NINO, *NS* 1903, 173 (= ID., *Scoperte archeologiche* 453); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 268 n. 309; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 128 n. 137 (*AE* 2004, 487).

Supplevi.

Aetatis imperatoriae incertae.

7370 terminus sepulcri

Stela ex lapide calcario in fronte levigata, a tergo scabra 58 × 37 × 13. Litt. 7,6/2,5. Rep. extra vicum *Raiano* in praedio, q. d. *Pozzo*, operibus institutis ad deductorium agrorum faciendum. Nunc servatur Sulmone inter reposita musei municipalis, ubi a. 1991 descripsi.



In fr(onte) p(edes) LXXX
in ag(ro) p(edes) LXV.

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 165 n. 4 cum im. phot. tab. 3 fig. 5 (*AE* 1992, 331) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 367 n. 4); ID., in *Fonti latine e greche* I 268 n. 316; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 128 n. 136 cum im. phot.

Puncta triangularia.

Q. Octavius L. f. S[agitta] quinq. II ?] | sacras basilica[s restituendas] | et novas facien[da]s item forum ?] | reficiendum viam[que ad templum] | Romae et Augusti Ca[- - - curavit] DE NINO, quae supplementa magna ex parte recepi. – 4 [usque ad aedem] mihi venit in mentem; viam[que aedem] SOLIN per litteras. – 5 de supplemento Augusti Ca[es]ar[is] in dubio adhuc maneo.

Agitur de publicis operibus (de quibus etiam vide JOUFROY, *La construction publique* 77. 352 et M. VERZAR-BASS, in *Élites municipales* 217) a Q. Octavio Sagitta in municipio instructis, cum domum rediit (vide supra ad titulum, qui praecedit), fortasse ad thermas Superaequanas quoque pertinentibus (cf. VAN WONTERGHEM, *Superaequum* 23–29). Prope ecclesiam S. Agathae exstat fanum Herculis dei cum aquarum cultu saepe coniuncti (vide REGGIANI MASSARINI, *Santuario degli Equicoli* 69–70). De cultu deae Romae cf. FAYER, *l. l.*, qui cultus in tota regione quarta hic solum memoratur.

Ante a. 14 p. C. n.

7389 tit. fortasse honorarius viri ordinis equestris

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Unde prodierit, ignoro. Servatur *Castelvecchio Subequo* loco edito parieti cuidam exteriori affixa turris campanarum ecclesiae S. Ioannis, ubi a. 1984 et 1985 quatenus potui descripsi.



[C(aio) S]caefio C(ai) f(ilio) S(er)gia]
[Po]llioni, praef(ecto) qu[inqu]ennali -]
[Ca]esar(is), praef(ecto) equi[tum], trib(uno)]
[mil(itum), praef(ecto)] ço[h]ortis - - -]
 - - - - - ?

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 249 n. 3; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 305–306 (AE 1984, 293); ID., *Superaequum* 13–14; BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 434 cum adn. 35; H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 69, 1985, 200–202 n. 1 cum im. phot. tab. XI (AE 1985, 328); H. DEVIJVER, *ibid.* 215 n. 11bis; BUONOCORE, *Superaequum* 37 n. 16 cum im. phot. tab. VI fig. 15; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 113–114 n. 9 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 341 n. 46; SPADONI, *Prefetti* 85 n. 96; TRAVERSO, *Esercito* 119 n. 43. – Cf. E. RICCI, *Epigrafi* 39–40; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 138 ad n. 9; EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 85; FORNI, *Tribù* S164; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38.

Puncta triangularia.

Supplevi versus concinne ordinatos sequens bene monentem SILVIO PANCIERA. – C(aio) Alfio C(ai) f(ilio) S(er)gia) - c. 4–5 -]llioni, praef(ecto) qu[inq(uennali), proc(uratori) Ti(beri) ? Cae]sar(is), praef(ecto) equi[t(um), ---] | ----- EGO in prima editione; C(aio) Alfio C(ai) f(ilio) [- -]llioni praef(ecto) qu[inq(uennali) vel -aest(ori) --- Cae]sar(is) praef(ecto) equi[t(um) - - -] VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae*; [C(aio) S]caefio C(ai) f(ilio) S(er)gia) | [Po]llioni, praef(ecto) qu[inq(uennali)] | [Ti(beri) Ca]esar(is), praef(ecto) equi[t(um)] | [- -]CO[- -] VAN WONTERGHEM, *Superaequum*; EGO, *PP*; DEVIJVER – VAN WONTERGHEM, *ZPE*; DEVIJVER, *ibid.*; EGO, *Superaequum*.

In hoc titulo fortasse honorario memoratur C. Scaefius C. f. Serg(ia) Pollio praefectus quinquennalis Caesaris (Tiberi Caesaris DEVIJVER haesitans proposuit, nescio rectene; de praefectis municipalibus Caesaris etiam vide I. DIDU, *Ann. della Fac. di Lettere e Filosofia (Cagliari)* n. s. 5, 1983/84, 53–92; G. MENNELLA, *Epigraphica* 50, 1988, 65–85; M. S. BASSIGNANO, in *Actes du Colloque Degrossi* 515–537; G. AMODIO, in *Élites municipales* 71–98; G. BANDELLI, *ibid.* 149–157), praefectus equitum (deestne consuetudine priore nomen alae? cf. DEVIJVER, *ZPE* l. l.), tribunus militum (de quo etiam vide S. DEMOUGIN, in *Epigrafia* 2006 III 989 n. 30) et praefectus cohortis (vide *PME* IV 1714 n. 11bis; V 2230 n. 11bis). Alter C. Scaefius commemoratur tit. n. 7394; etiam cf. tit. n. 3326 (vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 212).

Ex litterarum forma aetatis Iuliae-Claudiaesse potest.

7390 tit. fortasse honorarius

Cippus ex lapide calcario a dextra et infra imminutus in fronte perquam adesus, a tergo paululum scaber (46) × (53,2) × (42,3). Litt. 3–2,5. Unde prodierit, ignoro. Servatur in vico *Castel di Ieri* in platea pone ecclesiam S. Mariae Assumptionis sita aedium domini A. Lombardi muro cuidam exteriori infixus, ubi a. 1984 descripsi et im. phot. sumpsi.



++D+A+[- -]
Helvorum civita[- -]
ex Gallia Coma[ta - -].

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 256 n. 13 cum im. phot. tab. XI (AE 1988, 451); ID., *Superaequum* 37–38 n. 17 cum im. phot. tab. VII fig. 16; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 114–115 n. 10 cum im. phot. (AE 1990, 233); ID., in *Fonti latine e greche* I 341 n. 47. – Cf. J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 472 (= EUND., *Roman Questions* II 393); BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 138 ad n. 10.

Puncta triangularia.

1 ++++ vestigia litterarum incertarum. – 2 civita[tes - -] EGO; civita[s - -] fortasse recte AE et M.-TH. RAEPSAET-CHARLIER, *L'Ant. Class.* 61, 1992, 535.

Legati civitatis potius quam civitatum Helvorum (qui fortasse sunt iidem ac Helvii, de quibus vide F. HAUG, *RE* VIII 1, 1912, col. 222–223), quae fuerunt Galliae Comatae, civi cuidam nobis ignoto Superaequano, qui in eorum territoriis honore quodam functus esset, titulum dedicaverunt. De formula Galliae Comatae (cf. tit. huius Corporis vol. XI 7553 = *ILS* 916; PACI, *Senatori e cavalieri* 30–40; EUND., in *Scritti Marcello Zambelli* 290–300) vide imprimis E. M. WIGHTMAN, *Cahiers Numismatique* 11. 39, 1974, 9–18.

Ex litterarum forma et ex formula Galliae Comatae aetatis Caesarianae vel triumviralis potius quam imperatoriae in. esse potest.

7391 tit. operis publici

Plinthus ex lapide calcario supra imminuta undique adesa, ex eo, quod limen domus cuiusdam usui fuit (18,5) × (46,3) × 35,4. Litt. 3–2,5. Rep. a. 1981 in fundo, q. d. *Ponte Vecchio*, prope oppidum *Gagliano Aterno*. Servatur ibidem in curia publica, ubi a. 1984 descripsi et im. phot. sumpsi.



Her(- -) Neri(us) aed(iles) ded(erunt)
pag(i) decre[[to], - -]
[[- - - -]]
mag(istris) pag(i) a(nte) d(iem) IX k(alendas) Dec(embres).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 247–248 n. 2 cum im. phot. tab. IX (AE 1988, 443); ID., *Superaequum* 53–54 n. 33 cum im. phot. tab. XI fig. 29; E. RICCI, *Ubicazione* 102–103 cum im. phot. fig. 34; ID., *Epigrafi* 27–28; BUONOCORE, *Suppl. It.* 5, 1989, 115 n. 11 cum im. phot. (AE 1990, 234); E. RICCI, *Esegesi* 11; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 341 n. 48; E. RICCI, *Nuova esegesi* 37; BUONOCORE, in *Epigrafia del villaggio* 51 n. 1; ID., *Panorami* 8. 1, 1996, 22 n. 1 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 33 n. 1); TARPIN, *Vici et pagi* 393 n. IV.8.25; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 620 (etiam cf. p. 637. 664); TODISCO, *Vici* 122 (etiam cf. p. 91. 131). – Cf. BUONOCORE, *Klio* 70, 1988, 576; C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 40–41 (cf. AE 1993, 571); EUND., *MEFRA* 104, 1992, 114 adn. 29; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 472–473 (= EUND., *Roman Questions* II 393–394); E. RICCI, *Secinaro* 88; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 138 ad n. 11; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 51, 2005 (2009), 90–91; EUND., *RCCM* 47, 2005, 91; EUND., in *Samnitice loqui* II 300–303; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 270; IASIELLO, *Samnium* 144; STEK, *Cult places* 131; C.

LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 296. 304; BUONOCORE, *Epigraphica* 75, 2013, 342; EUND., in *Valle di Comino* IX 30.

Puncta triangularia ad formam crucis figuram referentem constanter posita.

Errores RICCI omisi. – 1 praenomen *Her(- -)* in *Herennus* vel *Herius* solvendum est; de quo praenomine cf. SALOMIES, *Vornamen* 72–75 cum amplissimo commentario titulis collectis (titulus noster memoratur ad p. 74); H. SOLIN, *Ciceroniana* 10, 1998, 73; SALOMIES, in *Prénoms* 22; *Her(eius) Ner(ius) aed(ilis) ded(it)* haud recte TARPIN. – 4 *mag(istris)* EGO in editio-

nibus prioribus; *mag(istris)* recte LETTA, qui magistros eponimos fuisse suspicatur (incerti manent TARPIN, *l. l.* et SISANI, *l. l.*).

Agitur de dedicatione quadam (de donatione in fano quodam oblata LETTA, *l. l.* cogitat, nescio an recte) a duobus aedilibus vici cuiusdam facta. Magistros pagi scil. fortasse Boedini eponimos intellegas, cum commemorati sint una cum aedilibus pagi (vide supra ad tit. n. 3312).

Ex litterarum punctorumque forma saec. I medio a. C. n. tribuerim (cf. S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 355 [= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 355]).

7392 = I² 3255 tit. operis publici

Parallelepipedum ex lapide calcario basi foliis ornatae ut videtur impositum 46 × 70 × ?. Rep. a. 1912 iuxta *Via Vecchia* a *Castelvecchio Subequo* ab oppido *Secinaro* ad vicum ducentem circ. 1500 m ante *Secinaro* in loco, q. d. *La Ira*. Fuit in castello vici *Gagliano Aterno*, nunc autem ibi desideratur neque in museo Aquilano exstat. Descripsi ut potui a. 1983 ad im. phot. et ex PERSICHETTI.



*Sex(tus) Apicius V(ibi) f(ilius),
T(itus) Crispius L(uci) f(ilius),
T(itus) Pontius T(iti) f(ilius),
mag(istris) pag(i) iter(um)*

5 *paganicam fac(iendam)*

ex p(agi) s(ententia) c(urauerunt) eidemq(ue) p(robauerunt).

Im. phot. a PERSICHETTI sumpta.

N. PERSICHETTI, *RM* 29, 1914, 127–139 cum im. phot. (*AE* 1914, 270), inde OMNES, imagine ipsa photographica quoque repetita; SANTARELLI, *Voci e ricordi* 21; RICOTTI, *Castelvecchio Subequo* 12 cum im. phot.; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8^o, 13, 1968, 376. 433–434 cum im. phot. tab. XXV fig. 21; E. RICCI, *Peligni Superequani* 94–95; DEGRASSI – KRUMMREY, I² 3255 cum im. phot. tab. 84 fig. 5; IOVENITTI, *Paganica* 40–43 cum im. phot.; E. RICCI, *Elementi* 19–24; SPLENDORE, *Superaequum* 80–81 cum im. phot. fig. 30; E. RICCI, *Superaequum* 180–181; PLACIDI, *Pelutinum* 11; VAN WÖNTERGHEM, *Forma Italiae* 98–99 cum im. phot. fig. 81; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8^o, 40, 1985, 187–192 cum im. phot. fig. 1 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 655–671); ID., *Superaequum* 52–53 n. 32 cum im. phot. tab. XI fig. 28; E. RICCI, *Epigrafi* 46–50; BUONOCORE, *Suppl. It.* 5, 1989, 116 n. 12 cum im. phot.; E. RICCI, *Esegesi* 25–26; BUONOCORE, in

Fonti latine e greche I 341 n. 49; E. RICCI, *Nuova esegesi* 29–33; BUONOCORE, in *Epigrafia del villaggio* 51 n. 1; C. LETTA, *ibid.* 36–37 (cf. *AE* 1993, 570); BUONOCORE, *Panorami* 8. 1, 1996, 22–23 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 33–35); E. RICCI, *Secinaro* 88–89; TARPIN, *Vici et pagi* 393 n. IV.9.21; D. NONNIS, in *Sanctuaires* 48 n. 157 (etiam cf. p. 38); E. TODISCO, in *Epigrafia e territorio* VII 186–189 n. 1 (*AE* 2004, 492); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 271 n. 130; STEK, *Cult places* 179–180 cum im. phot. fig. 8.2 (etiam cf. p. 126); S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9^o, 27, 2011, 669. – Cf. BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 433; EUND., *Klio* 70, 1988, 575; A. M. GIUNTELLA, in *Domum tuam dilexi* 418 (errore scr. 3312); J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 473 (= EUND., *Roman Questions* II 394); BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 138–139 ad n. 12; C. LETTA, *Stud. Class. Orient.* 50, 2004 (2008), 241; EUND., *ibid.* 51, 2005 (2009), 90–91; EUND., in *Samnitice loqui* II 300–301. 307; EUND., *RCCM* 47, 2005, 91; S. SEGENTI, in *Quotidien municipi-*

pal 221; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 24; TODISCO, *Vici* 124; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 292. 296. 304; M. J. STRAZZULLA, in *Vestini* 203–204 adn. 36; A. DIONISIO, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 14.

Puncta, ut videtur, triangularia sursum directa.

4–5 iter | *Paganicam fac(iendum)* PERSICHETTI, qui *Paganicam* idem valere ac *Paganicam* scil. versus statuit (exstat etiam nunc vicus nomine *Paganica* prope *L'Aquila* situs, inde autem ab a. 873 p. C. n. tantum memoratus [cf. BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei*, l. l. 187–189; ROTELLINI, l. l. 5–25]), e quo OMNES fere pendent praeter me et AUCTORES, qui sequuntur: R. CAGNAT et M. BESNIER, in *AE*, l. l., solverunt *iter(um)* et intellexerunt *paganicam* ex. gr. aedem; LATTE, *Religionsgeschichte* 42 adn. 2 et A. GARZETTI, *Diz. epigr.* IV fasc. 71, 1983, 2249 interpretati sunt lustrationem *paganicam* in *Paganalibus* a pagi magistris effectam esse (ex quibus EGO, *Rend. Accad. Lincei* et *Superaequum*, l. l. quoque pendebam; attamen in *ThLL* X 1, 1, col. 77–78 s. v. *paganic(i)us* haec explanatio non invenitur); LETTA, in *Epigrafia del villaggio*, l. l. intellegens vocabulum *paganicam* pro *paganicum* errore scriptum, cogitat in hoc titulo memorari iter *paganicum* quoddam aliunde ignotum, quod iter coniungens vicos nonnullos inter se nec non cum fano omnium illorum utilitatis per regionem omnem ad pagum pertinentem transiret; quamquam autem non est cur excludam errorem lapicidae, qui scripserit, genere permutato, *paganicam* pro *paganicum* (*paganic(u)m* DUPRAZ) cf., ex. gr., locutionem *iter communem* pro *iter commune*, quam reperire potui tit. n. 2827 a. 19 p. C. n. nec non *thesarium veterem pro tensarium vetus* tit. a. 84 p. C. n. huius Corporis vol. XVI 30 (cf. p. 1963) = *ILS* 1997 [etiam cf. ex. gr. illud *perennem testimonium* tit. huius Corporis vol. X 4755. 5426], permaneo in mea pristina altera sententia (vide *Suppl. It.*, *Epigrafia del villaggio* et *Pano-*

rami, l. l.), quod illud *paganica* esse videtur nomen vel adiectivum ad quoddam opus pertinens, quod magistri pagi tres iterum (de iteratione magistrorum pagi cf. tit. huius Corporis vol. XI 3040 = *ILS* 106 [etiam vide L. GASPERINI – [R. ZUCCA], *Misc. Greca e Romana* 19, 1995, 248–270], in quo titulo memorantur duo magistri pagi *Stellatini* iterum, qui a. 4/3 a. C. n. aedem et signa de sua pecunia facienda curaverunt, et tit. huius Corporis vol. XIII 1670 = *ILS* 7036 *Lugduni*, ubi laudatur C. Gentius Olillus magister pagi bis) ex pagi sententia faciendum curaverunt idemque probaverunt (cf. tit. huius Corporis vol. VIII 16367. 16368 [de quo titulo vide FAGAN, *Bathing* 257 n. 83, etiam cf. ad p. 370]. 23326, ubi leges, quae sequuntur, scil. ... *paganicum pecunia sua a solo restituerunt* [16367], ... *paganicum et porticum et caldarium et cohortem cum omnibus ornamentis a solo sua pecunia fecit idemque dedicavit* ... [16368], ... *paganicum suum sua pecunia fecerunt* ... [23326]; vide R. REBUFFAT, in *Thermes Romains* 2. 14. 33–34; M. MAYER – I. PAGÁN, in *L'Africa Romana* 8, Sassari 1991, 421–428). De *paganica* etiam vide H. SOLIN, in *Wie die Blätter* 70; P. POCETTI, in *Campi aperti* 368. Praetermittendus quoque non est tit. *Histonii* repertus n. 2857, ubi memoratur P. Paquius P. l. Azmenus, qui sanctum refecit, pecunia publica idemque probavit. – 6 *eidemq(ue)* pro *idemq(ue)*. Alia bibliographia a TODISCO, l. l. collecta.

Nomen gentilicium *Crisplii*, ut videtur, novum (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 64); de aliis nominibus *Apicii* et *Pontii* (quod nomen redit tit. *Superequano* n. 3326) passim in tota regione *Paeligna* memoratis vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 192. 209.

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuerim (cf. S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 287 n. 356 [= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 358]).

7393 tit. operis publici

Opus musivum i. e. pavimentum antiquius pronai aedis cuiusdam saec. II labente exstructi (vide A. CAMPANELLI (Ed.), *Il tempio italico di Castel di Ieri: architettura e religione dell'antica area superequana*, Castel di Ieri (AQ) 2005; EAND., in *Castel di Ieri* 157–195; V. TORRIERI, *ibid.* 67–96) ex tessellis albis compositum et fascia continua ex tessellis nigris facta marginatum. Litt. ex tessellis nigris compositae. Rep. in effossionibus in praedio, q. d. *Madonna del Soccorso*, prope vicum *Castel di Ieri* a. 1988 institutus in situ suo. Titulum ibidem conservatum adhuc ineditum mihi libenter a. 1995 dedit edendum femina docta ADELE CAMPANELLI regionis *Aprutinae* antiquitatum rectrix, quae opus musivum effodit. Descripsi ut potui ad im. phot. et ad im. del., quas mihi ipsa officiose donavit.

Ç(aius) [-3?]-]idius C(ai) f(ilius) Ser(gia) Decr(ianus), L(ucius) P[et]iedius V(ibi) f(ilius),
[a]ede(m) fac(iundam) ex pag(i) de[cr(eto)] c(uraverunt) eid(em)q(ue) [p(robaverunt)].

Fig. α: Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 39790.

Fig. β: Im. del. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti*.

BUONOCORE, in *Epigrafia di confine* 288–290 n. 3 cum im. del. fig. 4; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 139–141 n. 58 cum im. phot. (*AE* 2004, 489); C. LEGA, in *Castel di Ieri* 122–130; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 271 n. 129; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9^o, 27, 2011, 650 (etiam cf. p. 665); C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 291–307 cum im. phot. fig. 1. 2a. 3–4 et im. del. fig. 2b; TODISCO, *Vici* 123. – Cf. A. CAMPANELLI, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 66, 1993/94 (1996), XX–XXI; BUONOCORE, *Abruzzo e Molise* I 41. 45 cum im. del. fig. 1; SPLENDORE, *Profilo archeologico* 253; D. NONNIS, in *Sanc-tuaires* 49 n. 158 (etiam cf. p. 29. 38); STEK, *Cult places* 129–130; A. SALCUNI, in C. ANGELELLI – F. RINALDI (Ed.), *Atti del XIII Colloquio dell'Associazione Italiana per lo Studio e la Conservazione del Mosaico (Canosa di Puglia, 21–24 febbraio 2007)*, Tivoli (RM) 2008, 277–288 cum im. phot. fig. 1; BUONOCORE, in *Tribù romane* 38; BENELLI – RIZZITELLI, *Culture funerarie* 84; E. PICCARDI, in *AISCOM* XVIII 338; PIVA, *Santuari* 8–9 cum im. phot. fig. XIV–XVI.

Puncta in formam quadrati redacta.

1 in. [...]idius lapis, inde, titulis regionis *Paelignae* collectis, supplere potuisses ex. gr. [Al]f[idius], [All]idius, [Ap]idius, [Ca(e)]idius, [Ob]idius et cet. – C(aius) [Ca]edius C(ai) f(ilius), Ser(gia) Decr(ianus) L. [- -]edius V(ibi) f(ilius) EGO, *Abruzzo e Molise*, l. l. 41; C(aius) [Ca]edius C(ai) f(ilius), Ser(vius) Decr(ius) L(uci) f(ilius), - -]edius V(ibi) f(ilius) ID., *ibid.* 45; C(aius) [Vib]idius C(ai) f(ilius) Ser(gia) Decr(ianus), L(ucius) P[et]iedius V(ibi) f(ilius) ID., *Epigrafia di confine* et *Suppl. It.*, l. l., ex quo TODISCO; C. [Vib]idius C. f., Ser. Decr(ius) L. f., [- -]edius V. [f.] SISANI; + [- c. 2–3 -]idius C. f. Ser(gia) Decr(ius ? / ianus), L. P[et]iedius V. f. LEGA (p. 292); + [- -]idius C(aii) f(ilius), Ser(vius) Decr(ius) L(ucii) f(ilius), [- T?]edius V(ibi) f(ilius) EAD. (p. 296). – 2 *eid(em)q(ue)* pro *id(em)q(ue)*.

Videntur memorari duo magistri fani potius quam pagi vel etiam curatores fani, qui aedem, nempe tres cellas templi, faciendam curaverunt et probaverunt ex pagi decreto. De re universa vide BUONOCORE et LEGA. De nomine gentilicio *Petiedii* vide H. SOLIN, in *Valle di Comino* VII 138. De cognomine *Decriani* EUND., *Arctos* 46, 2012, 201.

Forma litterarum punctorumque ad saec. I medium a. C. n. adducit profecto post bellum sociale.



Fig. α





Fig. β

7394 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario a dextra et infra fracta in fronte passim fissuris laesa (78,3) × (57,2) × circ. 33,2. Litt. affabre insculptae 8,5–3,5. Unde prodierit, ignoro. Nunc exstat muro cuidam exteriori infixa ecclesiae ruralis S. Agapiti prope oppidum *Castelvecchio Subequo*, ubi a. 1983, 1984 et 1987 recognovi et emendavi et im. phot. sumps.



Q(uintus) Octavius Q(uinti) l(ibertus)

Reutŭs,

C(aius) Scaefius C(ai) l(ibertus)

Seleucus,

5 *L(ucius) Vibius L(uci) l(ibertus) Stabilio,*

L(uci) Vibius Chrysus,

T(itus) Gavius T(iti) l(ibertus) Hilarŭs,

viocuri in via[m]

silice sternend[am]

10 *[ab] Ianu Gemin[o] ad*

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpsa.

SPLENDORE, *Superaequum* 82–83 cum im. phot. fig. 33; BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 253–255 n. 10 cum im. phot. tab. X; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 306 (AE 1984, 295); ID., *Superaequum* 14. 43–44; BUONOCORE, *Superaequum* 49–50 n. 29 cum im. phot. tab. X fig. 25; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 116–118 n. 13 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 342 n. 50; CAMPEDELLI, *Amministrazione* 215 n. 93. – Cf. BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 434; J. LINDERSKI, *JRA* 11, 1998, 473 (= EUND., *Roman Questions* II 394); S. SEGENNI, in *Quotidian municipal* 225; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 270; LAIRD, *Civic Monuments* 304 n. 82.

Puncta in formam acclivis redacta haud semper signata.

Supplevi. – *Q. Octavius Q. f. | [-----] | C. Scaefius [---] | Teleucus | [-----] | T. Vibius [---] | T. Vibius [---] | T. Gavius [---] | vio*cur*i in via [---] | silice*sternen [---] | [-----] SPLENDORE; *Q. Octavius Q. l. | Reutus | C. Scaefius C. l. | Seleucus | L. Vibius L. l. Stabilio | L. Vibius Chresus | T. Gavius T. l. Hilaro | viocuri in viam | silice sternend[am] | [---]++NV++++[---] EGO, ZPE, l. l.; Q. Octavius Q. l.**

*C[---]us | C. Scaefius C. l. | Teleucus | T. Vibius T. l. Spanio | T. Vibius Chresus | T. Gavius T. l. Hilaru[s] | viocuri in viam | silice sternend[am] | [---]nu gemin[---] VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae*; *Q. Octavius Q. l. | Reutus | C. Scaefius C. l. | Seleucus | L. Vibius L. l. Stabilio | L. Vibius Chresus | T. Gavius T. l. Hilaro | viocuri in viam | silice sternend[am] | [---]NV GEMINV[---] AE; Q. Octavius Q. l. | Primus | C. Scaefius C. l. | Seleucus | T. Vibius T. l. Stabilio | T. Vibius Chresus | T. Gavius T. l. Hilaru[s] | viocuri in viam | silice sternend[am] | [---]nu gemin[---] VAN WONTERGHEM, *Superaequum*.**

Est collegium quinque viocurorum libertorum, qui viam municipalem ab aede Iani Gemini (cf. sacellum Iani Gemini in Foro Romano fortasse situm: E. TORTORICI, in *Lexicon Topographicum* III, Roma 1996, 92–93) usque ad locum nobis ignotum sternendam curaverunt; cf. ex. gr. quattuor magistris Augustales, qui viam Augustam ab via Annia extra portam ad Cereris silice sternendam curaverunt sua pecunia (huius Corporis vol. XI 3083 = ILS 5373 = I. DI STEFANO MANZELLA, *Suppl. It.* 1, 1981, 133–134 n. 10). Officium viocuri in cursu quoque senatorio occurrit; de qua denominatione quattuorviri viarum curandarum imprimis in titulis Graecis sed quoque in Latinis usitata (etiam vide supra ad tit. n. 6519 olim n. 2342 et infra ad tit. n. 3384) amplius disseruerunt H.-G. PFLAUM, *JS* 1962, 117–118 (= ID., *Scripta varia* II 307–308); R. GELSOMINO, in *Antichità paleocristiane* 68–69; M. CHRISTOL – TH. DREW-BEAR, in *Colons et colonies* 204–207; aliam bibliographiam collegit G. CAMODECA, in *Studi Francesco Grelle* 28–30 (= ID., *Ceti dirigenti* 96–98). Locutio *ab Ianu* tit. quoque huius Corporis vol. X 4660 = ILS 5384 memoratur: Augustalis quidam pecunia sua stravit clivum ab Ianu ad Gisiarios porta[e] Stellatinae. De appellativo Gemini vide praesertim RADKE, *Die Götter Altitaliens*² 147–149, G. CAPDEVILLE, *MEFR* 85, 1972, 412–416, R. TURCAN, in *ANRW* II 17, 1, 1981, 385–387 et GUARDUCCI, *Scritti scelti* 165–179. Occurrunt Quinti Octavii alii tit. n. 3311. 7387. 7388. 7410. 7411; Scaefius quidam tit. n. 3326. 7389 (in hoc titulo praenomine Caii); Lucii Vibii tit. n. 3313. 3314. 7403 (tit. n. 3302 praenomine Sexti); Gavius quidam tit. n. 3319. 7386 (cave: tit. Corfiniensi n. 3231a T. Gavius T. l. Hilar[---] memoratur; utrum Hilar(us) an Hilar(io) fuerit, incertum). De cognomine Reuti nobis noto ex Cluviis (scil. tit. n. 2960) vide HOLDER, *Sprachschatz* II, 1904, col. 1180.

Ex litterarum forma primae aetati imperatoriae tribuerim.

7395 tit. operis fortasse publici

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata, a tergo paululum scabra (15) × (21,2) × (2,5). Litt. 4,8. Rep. a. 1981 prope *Castelvecchio Subequo* in fundo, q. d. *Sotto Castello*. Nunc ibidem in aedibus domini *Antonio Paolini* iuxta viam *Nazionale* sub n. 240 sitis, ubi a. 1984 descripsi et im. phot. sumps.



 [- -]dam +[- -]
 [- -] curav[- -]

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.
 BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 255 n. 11 cum im. phot. tab. XI
 (AE 1988, 450); ID., *Superaequum* 50 n. 30 cum im. phot. tab.
 X fig. 26; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 118 n. 14 cum im. phot.; ID.,
 in *Fonti latine e greche* I 342 n. 51.

1 [restituen]dam, [facien]dam, [sternen]dam et sim. – 2
 curav[it vel -erunt vel -ere].

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse
 potest.

7396 tit. sepulcralis magistratus municipii

Stela ex lapide calcario a sinistra fracta in fronte perquam
 adesa (62,5) × (17,3) × circ. 10. Area titulo inscribendo
 destinata sulcis duobus continuis cincta, quorum partes a
 dextra supra et infra servantur, 58,8 × ?. Litt. 3,5/3. Ubi
 reperta sit, ignotum. Nunc exstat *Castelvecchio Subequo*
 muro cuidam exteriori infixae aedium quarundam sitarum
 prope viam *Plainanino* appellatam, ubi a. 1984 et 1987
 descripsi et ectypum nec non im. phot. sumpsit.



[- -] Sex(ti) filio
 [- -] d]ecurioni,
 [civitatis vel municipi ? Su]peraeq(uanorum),
 [qui vixit a(nnis) -]XXII m(ensibus) XI;
 5 [- -]ciā <mulieris> [l(iberta)]

Im. phot. a M. B. sumpta.
 BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 250 n. 5 cum im. phot. tab. IX
 (AE 1988, 445); ID., *Superaequum* 45–46 n. 25 cum im. phot.
 tab. IX fig. 21; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 119 n. 15 cum im. phot.

(AE 1990, 235); ID., in *Fonti latine e greche* I 342 n. 52. – Cf.
 E. RICCI, *Secinaro* 91–92; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004,
 139 ad n. 15; EUND., in *Colons et colonies* 301.

Puncta triangularia.

Supplevi non sine dubiis. – 3 [civitatis Su]peraeq(uanorum)
 EGO, *ZPE* et *Superaequum*, l. l.; [patr(ono) civ(itatis) vel
 mun(icipi) ? Su]peraeq(uanorum) ID., *Suppl. It.* et *Fonti latine
 e greche*, l. l. – 5 [- -] p(osuit) EGO *ZPE* et *Superaequum*, l. l.

De decurione civitatis etiam vide C. ZACCARIA, in *San
 Giusto e la tradizione martiriale tergestina* (Ant. Alt. 60), Tri-
 este 2005, 44.

Esse potest saec. II p. C. n.

7397 tit. sepulcralis biselliarii

Stela ex lapide calcario in usum posteriorem recte scissa in
 fronte perquam adesa et in marginibus valde effracta
 (70,2) × (25,3) × ?. Litt. supra ex maxima parte detrita
 15,2/5,2. Nescio, quo loco reperta sit. Nunc in vici *Castel
 di Ieri* platea pone ecclesiam S. Mariae Assumptionis stipes
 ianuae muro cuidam exteriori aedium domini A. Lombardi
 infixae, ubi a. 1984 descripsi et im. phot. sumpsit.



-----?
 C++[- -]
 [- - - -]
 [- - - -]
 AE[- -]
 5 C(aius) [Al]bius C(ai) l(ibertus)
 [- -]i[us] +++[-]
 [- -] + biselli[o]
 [hono]rat[us], mat[ri]
 ç[ari]ssimae ben[e]
 10 de se meren[ti]
 posuere.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 253 n. 9 cum im. phot. tab. X (AE 1988, 449); ID., *Superaequum* 46–47 n. 26 cum im. phot. tab. IX fig. 22; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 119–120 n. 16 cum im. phot. (AE 1990, 236); ID., in *Fonti latine e greche* I 342 n. 53. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 139 ad n. 16; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 55, 2009 (2011), 267.

Puncta triangularia esse videntur.

11 *posuere pro posuerunt; posuer[unt]* EGO *ZPE* et *Superaequum*.

Nomen Albii in agro Superaequano adhuc ignotum (Sulmone quidem occurrit; de quo nomine vide G. PACI, in *Atti Tibullo* 275–290).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuenda.

7398 tit. sepulcralis sacerdotis

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem scissa in fronte et a tergo levigata (27,5) × (60) × 16,5. Litt. affabre insculptae 4,5–3,5. Rep. a. 1911 una cum aliis titulis (vide ad tit. n. 7384) prope vicum *Secinaro* muro exteriori infixa fontis cuiusdam in fundo, q. d. S. Gregorio. Nunc servatur *Secinaro* in curia publica, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit.



[sa]cerdoti Cereris,
[et] Veneris et M(atris) Deu-
m; Sex(tus) Agrivus Asiati-
[c]us filius fecit.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. D. A. I. Rom 1021.VW.83).

N. PERSICHETTI, *RM* 29, 1914, 129 adn. 2; SANTARELLI, *Voci e ricordi* 21; G. COLONNA, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 14, 1959, 299 adn. 5; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 428 adn. 409; E. RICCI, *Peligni Superequani* 68–69 cum im. phot. fig. 28; SPLENDORE, *Superaequum* 102; E. RICCI, *Superaequum* 147; POCSETTI, *L'area superequana* 26 adn. 46; BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 251–252 n. 6 cum im. phot. tab. X (AE 1988, 446); E. RICCI, *Ubicazione* 34–38 cum im. phot. fig. 5; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 96–97 n. 14. 1a cum im. phot. fig. 77; BUONOCORE, *Superaequum* 43–45 n. 23 cum im. phot. tab. VIII fig. 19; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 120–121 n. 17 cum im. phot. (AE 1990, 237); E. RICCI, *Bosco sacro*² 23. 36; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 342 n. 54; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 54 n. 24 (etiam cf. p. 35). – Cf. E. RICCI, *Elementi* im. phot. fig. 25; BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 432; VAN WONTERGHEM, *Superaequum* 36; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 139 ad n. 17; EUND., in *Dediche sacre* 270; S. EVANGELISTI, in *Colons et colonies* 334; A. DI MEO, *Veleia* 30, 2013, 40 n. 11; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 357.

Puncta triangularia.

Supplevi secundum VAN WONTERGHEM. – 1 [---]clau[.]cl PERSICHETTI; [---] Clau[di]a C. l. [sacerdos] COLONNA, POC-

CETTI; omiserunt SANTARELLI, RICCI (*Peligni Superequani; Superaequum; Bosco sacro*²), SPLENDORE; sacerdos RICCI (*Ubicazione*). – 2 *Veneris et de* PERSICHETTI, *Veneris et [Ce]re[ris]* COLONNA, POCSETTI; *Veneris et M(atris) Deu(m)* SANTARELLI, RICCI (*Peligni Superequani; Superaequum; Bosco sacro*²), SPLENDORE; *Veneris et M(atris) Deu(m) I(deae) EGO* (*ZPE; Superaequum*). – 2–3 [et] *Veneris et M(atris) Deu(m)* iam recte VAN WONTERGHEM. – 3–4 *Asiati[c]us* PERSICHETTI, COLONNA, POCSETTI, RICCI (*Ubicazione*); *Asiati [---]* | [---]us SANTARELLI, RICCI (*Peligni Superequani; Superaequum*), SPLENDORE; *Asiati[c]us* recte VAN WONTERGHEM; *Asiati[c]us* EGO (*ZPE; Superaequum*) et RICCI (*Bosco sacro*²).

Sacerdotium Cereris et Veneris cum eo Matris Deum coniunctum in agro Superaequano hic primum occurrit (cf. CCCA III n. 5; de cultu Matris Magnae etiam vide M. SILVESTRINI, *Epigraphica* 51, 1989, 67–84 et S. M. MARENGO, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 566, ubi aliam bibliographiam invenies); de sacerdotio Cereris saepius, ut constat, una cum Veneris in titulis Paelignis saepius memorato etiam vide G. COLONNA, *Arch. Class.* 8, 1956, 216–217; I. CHIRASSI COLOMBO, in *ANRW* II 17, 1, 1981, 426; POCSETTI, *L'area superequana* 22–26; praesertim G. ROCCA, in *Tavola di Agnone* 645–658, cum qua EGO adhuc consentio; contra vide C. LETTA, *Abruzzo* 31, 1993, 30–31 et EUND., *Epigraphica* 61, 1999, 9–26. Titulos Cereri et Veneris sacros in regione quarta repertos recensui in *ZPE* 56, 1984, 251–252, in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 219. 228–229 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 145–146. 159–160) et in *Xenia antiqua* 4, 1995, 188–189. Nomen Agrii memoratur tit. Corfiniensis n. 7273. De Sexto Agrio Asiatico etiam vide VAN WONTERGHEM, *Superaequum*, l. l.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

7399 tit. sepulcralis sacerdotis

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem supra et a dextra recte scissa, in fronte et a tergo levigata (56,3) × (41,8) × 18,2. Litt. 6,1–5,8. Rep. a. 1911 una cum aliis titulis (vide ad tit. n. 7384) prope vicum *Secinaro* muro exteriori infixa fontis cuiusdam in fundo, q. d. S. Gregorio. Nunc servatur *Secinaro* in curia publica, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit.



-----?
Rutiliae [---]
sacerdoti [---]
Stephanus [---]

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. D. A. I. Rom 1016.VW.83).

E. RICCI, *Peligni Superequani* 8–9 cum im. phot. fig. 3; MATTIOCCO, *Il culto* 13; PACE – SCARASCIA, *Antiche civiltà* 86 n. 34; BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 252 n. 7 cum im. phot. tab. X (AE 1988, 447); VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 96–97 n. 14. 1b cum im. phot. fig. 77 (AE 1984, 290); BUONOCORE,

Superaequum 45 n. 24 cum im. phot. tab. VIII fig. 20; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 121–122 n. 18 cum im. phot.; E. RICCI, *Bosco sacro*² 37; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* I 343 n. 55; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 54 n. 25 (etiam cf. p. 30); DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 603–604 n. E269 cum im. phot. – Cf. E. RICCI, *Elementi* im. phot. fig. 26; BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 432; H. SOLIN, *Arctos* 18, 1984, 144 (= EUND., *Analecta Epigraphica* 216–217); BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 139 ad n. 18; EUND., in *Dediche sacre* 270; HEMELRIJK, *Hidden Lives* 382.

Puncta nulla.

Supplevi. – 1 omiserunt RICCI, *Peligni Superequani*), MATTIOCCO, PACE – SCARASCIA; *U[rs]iliae* EGO, *ZPE*), unde SOLIN, *l. l.* cognomen Ursillae legere conatus est, quem RICCI (*Bosco sacro*²) est secutus (etiam vide PROSPERI VALENTI); [- -]jilia[- -] VAN WONTERGHEM. – 2–3 SA[- -]RDOII | SIII[- -]PIIANVS RICCI, PACE – SCARASCIA. – 3 *Stifanus* MATTIOCCO.

Fuitne sacerdos Cereris vel Veneris? Nomen gentilicium Rutilii in titulis Superaequanis non memoratur. Stephanus fortasse libertus fuit.

Ex litterarum forma I saec. p. C. n. tribuenda esse videtur.

7400 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a sinistra fracta in fronte paululum levigata a tergo scabra 105 × (61) × 21. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta 74 × 51. Litt. 10/3.8. Recentiore aetate aliis litteris inscriptis deturpata. Ubi reperta sit, ignoro. Nunc humi iacet in aedibus domini *D. Di Berardino* in vico *Secinaro* sitis, ubi a. 1991 descripsi et im. phot. sumpsi.



Scriboniae
 (=mulieris) (=libertae) *Helice*,
 cultores *Larum*
 et *Fortunae*
 5 'L(uci)' *Caedi Cordi*
 p(osuerunt).

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

E. RICCI, *Nuova esegesi* 48–53 cum im. phot. fig., cuius et lectionem et interpretationem sprevis; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 171–173 n. 11 cum im. phot. tab. VI fig. 12 (*AE* 1992, 334) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 372–373 n. 11); ID., in *Fonti latine e greche* I 343 n. 56; ID., *Suppl. It.* 22, 2004, 141–142 n. 59 cum im. phot. – Cf. EUND., *BDASP* 80, 1990 (1992), 51–56; EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 83; EUND., in *Dediche sacre* 270; EUND., *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 321; C. LEGA, *ibid.* 293; BUONOCORE, in *Colons et colonies* 301.

Puncta distingui nequeunt.

Restitui.

Cultores *Larum* et *Fortunae* L. Caedii Cordi (de collegio funeraticio agitur) titulum posuerunt *Scriboniae* mulieris libertae *Helice*, quae in hoc collegium intrare voluit (cf. tit. huius Corporis vol. XIV 2112 = *ILS* 7212). *Fortuna* et *Lares* hic primum in *Paelignis* occurrunt; de *Fortuna* hominum vide I. KAJANTO, *ANRW* II, 17, 1, 1981, 514–515; de *Laribus* G. VITUCCI, *Diz. epigr.* IV, 394–406 s. v. *Lares* (cf. tit. *Saepini* n. 2481, ubi memoratur collegium *Larum Marcellini*). Titulos in regione quarta repertos *Fortunae* et *Laribus* dicatos recensui in ephemeride *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 220–221. 224 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148. 152–153). De nomine gentilicio *Scriboniae* vide, quae scripsi in *BDASP*, *l. l.* *Caedius* quidam redit tit. *Superaequi* reperto, scil. n. 3312 (C. *Caedius* T. f. *Pansa*). De *Scribonia* etiam vide K. WACHTEL, *PIR*² S 274; D. HUNTSMAN, *Anc. Soc.* 39, 2009, 141–153; G. MARTINA, *Cahiers du Centre G. Glotz* 26, 2015, 67–78.

Litterae primae aetatis imperatoriae esse videntur.

7401 tit. sepulcralis seviri Augustalis

Tabula ex lapide calcario anaglypho fastigii triangularis, in quo corona vittata incisa, ornata infra fracta undique levigata (33,2) × 48,1 × 7. Area titulo inscribendo destinata sulco continuo cincta ? × 44,2. Litt. 4,5–4,3. Rep. a. 1980 in fundo, q. d. *Sotto Castello* prope *Castelvechio Subequo*. Nunc servatur ibidem in aedibus domini *Antonio Paolini* iuxta viam *Nazionale* sub n. 240 sitis, ubi a. 1984 descripsi.



D(is) M(anibus) s(acrum).
C(aio) Iulio (=mulieris) lib(erto) Ste-
phano VI vir(o) Aug(ustali)
 et *Antoniae Zosi-*

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 252–253 n. 8 cum im. phot. tab. X (*AE* 1988, 448); ID., *Superaequum* 48 n. 28 cum im. phot. tab. XII fig. 30; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 122 n. 19 cum im. phot. (*AE* 1990, 238); ID., in *Fonti latine e greche* I 343 n. 57. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 22, 2004, 139 ad n. 15.

Puncta triangularia.


4–5 *Zosi*[mae vel -me vel -meni] (cf. SOLIN, *Namenbuch*² 890–894).

In agro Superaequano seviri Augustales hic primum memorantur (cf. BUONOCORE, *ZPE* 108, 1995, 137 [= EUND., *Abruzzo e Molise* I 95–96]). Nomina gentilicia Antonii et Iulii non reperiuntur in aliis titulis eiusdem loci.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7402 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in angulis et superioribus et inferioribus imminuta, in fronte et a tergo levigata 85,3 × 44,4 × 17,6. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 68 × 32. Litt. 7/4,3. Rep. a. 1967 una cum aliis titulis (vide ad tit. n. 7384) prope vicum *Secinaro* muro exteriori infixi fontis cuiusdam in fundo, q. d. S. Gregorio. Nunc servatur *Secinaro* in curia publica, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit.



Attice
P(ubli) Timini
Serani anc(illae)
v(ixit) a(nnis) XV;
5 Phrates dis(pensator)
conservae
p(osuit).
Have et tu.

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta (adde neg. D. A. I. Rom 1019.VW.83).

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 428 adn. 409; E. RICCI, *Peligni Superequani* 75–77 cum im. phot. fig. 30; SPLENDORE, *Superaequum* 101–102; BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 255–256 n. 12 cum im. phot. tab. XI; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 97 cum im. phot. fig. 78 (*AE* 1984, 291); BUONOCORE, *Superaequum* 55–56 n. 36 cum im. phot. tab. XIII fig. 32; E. RICCI, *Bosco sacro*² 22; BUONOCORE, *Suppl. It.* 5, 1989, 123 n. 20 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 343 n. 58. – Cf. E. RICCI, *Elementi* im. phot. fig. 28; EUND., *Superaequum* 173; BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 433; S. DIEB-

NER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 139 ad n. 15.

Puncta triangularia.

3 *Seraniano* RICCI, *Peligni Superequani*, SPLENDORE; *Serani anc(illa)* LA REGINA, VAN WONTERGHEM. – 5 *Ihrates dis* RICCI, *Peligni Superequani*, SPLENDORE; *Phrates (et) Dis* LA REGINA; *Phrates dis(p)ensator (?)* VAN WONTERGHEM; forma *dis(pensator)* redit ex. gr. tit. *AE* 1990, 75.

Nomen gentilicium Timinii novum in Paelignis. Phrātes idem est P(h)rahates, gr. Φραάτης (cf. PERIN, *Lexicon* II 486). De locutione *have et tu* vide ex. gr. P. CUGUSI, *Epigraphica* 44, 1982, 79 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 554–555); EUND., *Aspetti letterari*² 79; EUND., in *Metrische Inschriften* 29 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 128) et praesertim G. L. GREGORI, in *Comunicazione* 83–86.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuo.

7403 tit. sepulcralis

Fuit, ut ex diagrammate a PICCIRILLI delineato elicitur, stela ex lapide calcario anaglypho fastigii triangularis, in quo rosa incisa, ornata 145 × 45 × ?. Rep. a. 1911 in fundo, q. d. *Pescherenice*, pone viam, qua itur ad stationem viae ferratae vici *Molina Aterno*, in praediis gentis *Pignatelli*. Nunc desideratur. Descripsi ut potui a. 1983 ex PICCIRILLI.

Apolloniae,
L(ucius) Vibius Eucha-
rus coniugi suae
p(osuit).

P. PICCIRILLI, *NS* 1911, 352, ex quo OMNES pendunt; SPLENDORE, *Superaequum* 79; BUONOCORE, *Superaequum* 70–71 n. 59; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 123–124 n. 21 cum titulo typis expresso ex PICCIRILLI repetito; ID., in *Fonti latine e greche* I 343 n. 59. – Cf. MATTIOCCO, *Pietro Piccirilli* 147.

De nomine gentilicio Vibii vide supra ad tit. n. 7394.

Primae partis saec. I p. C. n. esse videtur.

7404 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra, a dextra et infra fracta in fronte levigata, a tergo scabra (22,1) × (23) × 11,5. Litt. 3,8. Rep. a. 1982/83 in fundo, q. d. *Salitto*, prope vicum *Secinaro*. Nunc exstat in aedibus domini *Evandro Ricci Sulmonensis*, ubi a. 1984 descripsi et im. phot. sumpsit.



[- -] Cn(aei) f(il-) Caen[- -]
[- -] + ...
- - - - -

Im. phot. ab E. RICCI sumpta et ope machinae computatoriae tractata.

BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 258 n. 18 cum im. phot. tab. XII (AE 1988, 455); E. RICCI, *Ubicazione* 78–79 cum im. phot. fig. 16; BUONOCORE, *Superaequum* 71–72 n. 62 cum im. phot. tab. XVII fig. 48; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 124 n. 22 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 343 n. 60.

Puncta nulla.

1 *Caef*[- -] RICCI; potest fuisse cognomen *Caen[eus]*, *Caen[ianus]*. – 2 +++ vestigia litterarum incertarum.

Ex litterarum forma primae aetati imperatoriae tribuo.

7405 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in duas partes inter se magna ex parte coniunctas composita, in fronte levigata a tergo paululum scabra corona pulvini instar cum vitta laurea acroteriisque pseudofloralibus ornata praedita infra rudis 99,5 × 32,2 × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata alt. 54. Litt. affabre insculptae 10,2/3,5 (fusus litterae nonnullae minoris mensurae circ. 1,5/1,2 exaratae, scil. vocales O vocabulorum *Claudio* v. 1 et *Decembro* v. 2, et I vocabuli *Claudio* v. 1, litterae *mo* vocabuli *piissimo* v. 5). Rep. a. 1921 in fundo, q. d. *Pietragalla* vel *Peschio di Nisio*, prope vicum *Castelvecchio Subequo* iuxta viam, qua itur ad stationem viae ferratae vici *Molina Aterno*. Servatur *Castelvecchio Subequo* in claustro conventus S. Francisci, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit.



Ti(berio) Claudio
Decembro,
Claudia
Dionysia
5 *filio piissimo*
p(osuit).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.


G. BENDINELLI, *NS* 1921, 290; E. RICCI, *Peligni Superequani* 37; SPLENDORE, *Superaequum* 79 cum im. phot. fig. 27; BUONOCORE, *Superaequum* 61 n. 44 cum im. phot. tab. XIV fig. 37; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 124–125 n. 23 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 343 n. 61.

Puncta triangularia redacta. – Litterae T (v. 1) et F (v. 5) et vocalis Y (v. 4) supra versum eminentes. TI CLAUDIO | DECIMBRO || DIONISIA | FILIO | PISS ... | P RICCI, qui duas partes errore non coniunxit. – 2 *decimb*ro SPLENDORE.

Saec. I medii p. C. n. mihi esse videtur.

7406 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario a sinistra et infra fractus, a tergo scaber (46,2) × (38,2) × 17,5. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et a dextra servantur, crass. 29,5. Litt. affabre insculptae 8/4,5 (littera altera R vocabuli *Scurrae* v. 3 minoris mensurae 1,5). Rep. a. 1911 in fundo, q. d. *Pescherenice*, pone viam, qua itur ad stationem viae ferratae vici *Molina Aterno*, in praediis domini *Pignatelli*. Servatur *Castelvecchio Subequo* in claustro conventus S. Francisci, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit.



Cydno
C(ai) Cavi
Scurrae
ser(vo)
5 *fratres*
p(osuerunt).

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

P. PICCIRILLI, *NS* 1911, 352; E. RICCI, *Peligni Superequani* 37; SPLENDORE, *Superaequum* 79 cum im. phot. fig. 29; BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 257 n. 15 cum im. phot. tab. XI (AE 1988, 453); ID., *Superaequum* 59–60 n. 42 cum im. phot. tab. XV fig. 39; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 125–126 n. 24 cum im. phot. (AE 1990, 239); ID., in *Fonti latine e greche* I 344 n. 62. – Cf. S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 139 ad n. 24; MATTIOCCO, *Pietro Piccirilli* 147–148.

Puncta nulla. – Litt. Y (v. 1) supra versum eminens.

1 GYDNO RICCI. – 2 praenomen omiserunt PICCIRILLI et RICCI; P SPLENDORE et EGO in editionibus prioribus. – 6 D RICCI.

Nomen gentilicium Cavii vel Gavii redit tit. n. 3319. 7386. 7394. De cognomine Scurrae etiam cf. H. SOLIN, *Arctos* 47, 2013, 277.

Dubito, an saec. II p. C. n. tribuendus sit.

7407 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in usum posteriorem scissa (38,2) × (22) × ?. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 5,5/2. Unde prodierit, ignoro. *Castelvecchio Subequo* in claustro conventus S. Francisci parieti infixam a. 1985 contuli im. phot. quoque sumens.



*D(is) M(anibus).
Expectato,
Repentinus
patri karissi-
mo posuit;
p(osuit).*

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

SPLENDRE, *Superaequum* 80 cum im. phot. fig. 29; VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 87 cum im. phot. fig. 53 (*AE* 1984, 286); BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 258 n. 19 cum im. phot. tab. XII; ID., *Superaequum* 72 n. 63 cum im. phot. tab. XVII fig. 49; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 126 n. 25 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 344 n. 63.

Puncta distingui nequeunt.

Errores SPLENDORE sprevi. – 2 *Expectat[o]*, 4–5 *carissim[o]* VAN WONTERGHEM; *karissimo* pro *carissimo*.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7408 tit. sepulcralis

Tabula marmorea undique fracta, in fronte valde pessumdata (19) × (26) × ?. Litt. actuariae 2. Unde prodierit, ignoro (non excludo, quin ex urbe Roma vel Ostia sit translata). Fuit muri cuidam interiori infixa cellae castris vici *Gagliani Aterni*, ubi F. VAN WONTERGHEM descripsit et im. phot. sumpsit; periit aut latet. Descripsi ut potui a. 1983 ad im. phot. et ex VAN WONTERGHEM.



-----?
*parentes Quintia [et - -]-
nus, Florentiae [filiae]
dulcissime, que [- -]
vixit annis XXIII [- -].*

Im. phot. a VAN WONTERGHEM sumpta.

VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 93 cum im. phot. fig. 70 (*AE* 1984, 287); BUONOCORE, *Superaequum* 72–73 n. 64 cum im. phot. tab. XVIII fig. 51; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 126–127 n. 26 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 344 n. 64.

Puncta triangularia esse videntur.

Supplevi. – *Parentes Quintianus, Florentiae | dulcissime-que | vixit annis XXIII [- -]* VAN WONTERGHEM. – 3 *dulcissime, que* pro *dulcissimae, quae* iam recte in *AE*.

Litterae saec. III p. C. n. esse saltem videntur.

7409 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte perquam adesa, a tergo paululum scabra (32,6) × (65) × 6,2. Litt. circ. 11–6,5. Unde prodierit, ignoro. Nunc gradus scalarum, qua itur ad organum ecclesiae S. Mariae Assumptionis, usui est in vico *Castel di Ieri*, ubi a. 1983 contuli et im. phot. sumpsit.



-----?
*[- -] Methe [- -]
[- - vix(it)] q(nnis) XV+[- -]*

Im. phot. a G. CALCAGNI sumpta.

SPLENDRE, *Superaequum* 93; BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 258 n. 20 cum im. phot. tab. XII (*AE* 1988, 456); ID., *Superaequum* 73 n. 65 cum im. phot. tab. XIX fig. 52; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 127 n. 27 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 344 n. 65.


Supplevi. – *[- -]ETHE | [- -]A[- -]* SPLENDORE. – 2 *[- -]AV[- -] EGO* (*ZPE* et *Superaequum*).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. non sine dubiis tribuerim.

7410 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata (27) × (48) × ?. Litt. 3,5–3. Unde prodierit, ignoro. Exstat humi iacens in gallinario aedium quarundam privatarum

extra vicum *Goriani Valli* sitarum, ubi a. 1994 femina docta FLAVIA DE RUBEIS descripsit et im. phot. sumpsit, quam mihi ipsa officiose donavit. Descripsi ut potui a. 2001 ad im. phot. DE RUBEIS.



[- - -] Ca]lendio pater et
 [- - -] m]ater et C(aius) Octavius (!)
 [- - -] Oc(c)t]aviae C(ai) f(iliae) Exsoceni et
 [- - -] s et Colcini +S+[- - -]
 5 [- - -] ni]o C(ai) l(iberto) +[- - -]
 - - - - - ?

Im. phot. a F. DE RUBEIS sumpta.
 BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 142 n. 60 cum im. phot. (*AE* 2004, 490).

Puncta triangularia.

Supplementa incerta manent. – 2 *Octavius* pro *Octavius* (cf. ex. gr. tit. *NS* 1919, 294 n. 10). – 3 *Exsoceni* pro *Exocheni*. – 4 *Colcini* cognomen decl. fem., inde nom. in *-is*, dat. sing.

In titulis *Superaequanis* Quintos Octavios semper habes (vide infra titulum, qui sequitur); notandum autem Quintum Octavium Sagittam illum (de quo supra ad tit. n. 7387) nepotem Caii Octavii cuiusdam fuisse.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. saltem tribuerim.

7411 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra et a dextra imminuta in fronte valde pessumdata, a tergo levigata (35) × (88) × 13. Litt. attritae 4,9. Unde prodierit, ignoro. Servabatur in conventu S. Francisci in vico *Castelvecchio Subequo* sito, ubi F. VAN WONTERGHEM descripsit et im. phot. sumpsit, quam mihi ipse officiose donavit. Descripsi ut potui a. 1983 ad im. phot. VAN WONTERGHEM.



 cō[n]i]ug]i, Octavia[e]
 Q(uinti) l(ibertae) Nome matr[i],
 Daphnus p[osuit].

Im. phot. a VAN WONTERGHEM sumpta.
 VAN WONTERGHEM, *Forma Italiae* 86–87 cum im. phot. fig. 50 (*AE* 1984, 285); H. DEVIJVER – F. VAN WONTERGHEM, *ZPE* 59, 1985, 202–204 n. 2 cum im. phot. tab. XI; BUONOCORE, *Superaequum* 65 n. 50 cum im. phot. tab. XV fig. 41; ID., *Suppl. It.* 5, 1989, 127–128 n. 28 cum im. phot.; ID., in *Fonti latine e greche* I 344 n. 66; DIONISIO, *La Valle del Sagittario* 605 n. E272 cum im. phot. – Cf. BUONOCORE, *PP* 39, 1984, 431.

Puncta in formam circuli signata.

In titulo supplendo magna ex parte sum secutus DEVIJVER – VAN WONTERGHEM. – 1–2 *Co[- - -]i Octavia | Q. l. Nome matr[er] | Daphnus l(ibertus) [- - -] VAN WONTERGHEM.* – 1–3 *co[n]i]ug]i Octavia[e ?] | Q. l. Nome matr[i] [- - -] | [- - -] | Daphnus T (?) DEVIJVER – VAN WONTERGHEM.* – 4 *Daphnus l(ibertus) [- - -] EGO (ZPE et Superaequum).* Errores DIONISIO omisi.

Quinti Octavii alii *Superaequani* commemorantur tit. n. 3311. 7387. 7388. 7394. 7410.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse potest.

7412 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario in media parte ad usum posteriorem perterebratus cum inscriptionis detrimento a tergo scaber (90) × (60) × 40. In latere dextro insculpti sunt gladius et ascia, in sinistro urceus et baculum. Area titulo inscribendo destinata levigata paululum excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a dextra tantum adhuc inspicitur. Litt. attritae 9,5/3,5. Rep. nescio vel quo loco vel quando, fortasse prope vicum *Secinaro*. Servatur humi iacens in cavaedio aedium domini C. *Sabatini* sub praedio, q. d. *La Villa*, prope vicum *Secinaro* sitarum, ubi a. 1998 vir doctus EVANDRO RICCI descripsit et im. phot. sumpsit, quam mihi ipse officiose donavit. Descripsi ut potui a. 2002 ad im. phot. et ex RICCI.



 [- - -] +
 [- - - - -]
 [- - -] E
 [- - -] +
 5 +[- - -] +
 M[- - -] E
 Q(uintus) [- - -] A
 T(itus) I[- - -]
 Q(uintus) +[- - -]
 10 [h]eredes b(ene) m(erenti vel -erentibus)
 p(osuerunt).

Im. phot. ab E. RICCI sumpta.

E. RICCI, *Secinaro* 20–21 cum im. phot. 9–13; BUONOCORE, *Suppl. It.* 22, 2004, 142–144 n. 61 cum im. phot. (AE 2004, 491).

Supplevi quae supersunt magno ex modo ac RICCI. – 1–6 omisit, – 7 *Q(uintus)* [- -], – 8 *T(itus) P[- -]*, – 9 *Q(uintus)* [- -] RICCI, qui mea alia supplementa per litteras missa partim recepit. – 10 *h[eredes b(ene) m(erenti vel -erentibus)]* EGO errore.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuendus.

7413 tit. sepulcralis

G. CHERUBINI, apud *Autografi Ferrajoli – Raccolta Minervini* 912–913 cum im. del. (agitur de epistula a GABRIELLO CHERUBINI scripta ex urbe Hadria d. 24 m. Apr. a. 1854 ad GIULIO MINERVINI missa, nunc in Bibliotheca Apostolica Vaticana servata); ex quo BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 9, 1984, 249–250. 252; ID., *Tradizione manoscritta* n. 64–65; ID., in *Fonti latine e greche II* 853 n. 33; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 38; ID., in *Dediche sacre* 272 n. 138; ID., in *Pinna Vestinorum II* 230 n. 6 cum im. del. fig. 370 e CHERUBINI repetita.

Supplevi ut potui, non sine dubiis.

1 Com(inius) vel etiam Com(isius), Nam(a) vel sim. – 2 Minervai pro Minervae.

Dea Minerva hic primum Pinnae nominatur; titulos in regione quarta repertos Minervae dicatos recensui in ephemeride *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 225–226 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 155).

Cui aetati titulus tribuendus sit, nescio; saec. I a. C. n. esse quoque potest.

7456–7460 lateres nominibus dearum inscripti

Decem lateres alteri parti saec. I a. C. n. tribuendos nominibus dearum litteris Latinis eminentibus scriptos, qui sequuntur sub his numeris posui. Quas tegulas urbanas aut in aedificando vel potius in reficiendo sacello templove deae cuidam dicato insertas esse compertum habemus; vir doctus ADRIANO LA REGINA casum nominativum, ut constat, fortasse explicari putavit ex eo, quod titulus significaret tegulas in patrimonio civitatis Pinnensis potius quam dearum esse. Rep. Pinnae magna ex parte effossionibus in regione ecclesiae cathedralis post a. 1955 institutis. A. 1991 et 1999 omnes inspexi et recognovi una cum CANDIDO GRECO, qui im. phot. sumpsit. De re universa vide, quae scripserunt imprimis A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 417–419 et BUONOCORE, *ZPE* 90, 1992, 113–116; ID., *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 177; ID., *Epigraphica* 67, 1997, 250–252; ID., in *Epigrafia d'età augustea* 37; ID., in *Dediche sacre* 272; DUPRAZ, *Vestins* 172–175; A. R. STAFFA, in *Pinna Vestinorum II* 28–29. 94. 157–159. 273. 277 cum im. phot. fig. 26–27. 417. 424. De figlinis fani etiam vide M. TORELLI, in *Brique antique* 331–332, S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 588–589 et M. G. GRANINO CECERE – S. M. MARENGO, in *Instrumenta Inscripta III* 159–184.

7456

(47) × (31) × 7; spatium scripturae 5,5 × 15. Litt. 4,9/4,8. Rep. *Penne* a. 1990 in regione, q. d. *Colle Castello*, parieti cuidam exteriori fontis aetatis Romanae vulgo *Fontemante* appellati inserta. Exstat *Penne* in museo episcopali.



Fig. α




Fig. β

Ceres.

Fig. α: Im. phot. a C. GRECO sumpta.

Fig. β: Im. a M. B. del.

M. BUONOCORE, *ZPE* 90, 1992, 113–116 cum im. phot. tab. XX litt. a; ID., *Misc. Graeca e Romana* 17, 1992, 177 n. 15 cum im. phot. tab. VII fig. 16 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 377 n. 15) (*AE* 1992, 335); ID., in *Fonti latine e greche* II 857 n. 57; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 67; ID., in *Pinna Vestinorum* II 231 n. 7 cum im. phot. fig. 371; M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161.

7457


(30) × (38,5/36) × 5; spatium scripturae 5 × 15. Litt. 4,9/4,7. Rep. *Penne* post a. 1955 in operibus ad ecclesiam cathedralem reficiendam institutis. Servari videtur *Penne* in aedibus gentis *Leopardi*, ubi autem a. 1991 et 2004 non repperi.

Iuno.

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 418 n. 3 cum im. del. et im. phot. tab. XXII fig. 45 (*AE* 1968, 160 c); RUBINI, *Storia di Penne* 48 n. 23; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 857 n. 58; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 68; ID., in *Pinna Vestinorum* II 231 n. 8; M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161.

7458

a) = I² 3484. (25) × (21,5/20) × 5; spatium scripturae 3,5 × 8,5. Litt. 2,8/2,5. Rep. *Penne* effossionibus in regione ecclesiae cathedralis post a. 1955 institutis. Exstat *Penne* in aedibus gentis *Leopardi*, ubi a. 1991 contuli.



Opes.

Im. phot. e Corpore repetita.

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 418 n. 5 cum im. del. et im. phot. tab. XXII fig. 42 (*AE* 1968, 160 e); A. DEGRASSI, I² 3484 cum im. phot. tab. 121 fig. 5; RUBINI, *Storia di Penne* 48 n. 28; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 857 n. 60; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 67; ID., in *Pinna Vestinorum* II 231 n. 9a; DUPRAZ, *Vestins* 381–385 n. 33 (etiam cf. p. 14. 74. 172–175); M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161. – Cf. BUONOCORE, *ZPE* 90, 1992, 114–116; EUND., *Epigraphica* 67, 1997, 250–251 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 333–334); EUND., *Latomus* 71, 2012, 888.

Opes iam legit LA REGINA apud DEGRASSI, I². – *Opec(- -)* vel *O(vi) Pec(- -)* legere maluit DEGRASSI in vol. I² (*Opes* est casus nominativus pro *Ops*; cf. tit., qui sequitur; invenio in tit. Beneventano formas *Opes Votiva* et *Opes Festiva*: G. RIBEZZO, *RIGI* 8, 1924, 150 n. 21); apud Plautum, scil. Bacc. 893 (cf. etiam PAUL. FEST. 187 M = 203 L) habes formam

Opis; de re universa *ThLL* IX 2, col. 809. DUPRAZ, *l. l.* non excludit, quominus forma *Opes* sit vel gen. sing. vel etiam nom. plur. Titulos *Opi* sacros in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 226 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 156); de qua dea vide, praeter LATTE, *Religionsgeschichte* et RADKE, *Die Götter Altitaliens*² 238–240, POUTHIER, *Ops* passim; etiam M. TORELLI, *Ostraka* 17, 2008, 181–185 et D. MIANO, *Bull. Inst. Class. Stud.* 58, 2015, 98–127.

b) (22,5) × (39,3) × 6,2; spatium scripturae 3,1 × 7,5. Litt. 2,9/2,7. Rep. *Penne* a. 1996 extra portam *Marzia*. Exstat *Penne* in aedibus privatis, ubi a. 1996 descripsi.



Ops.

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 67, 1997, 250–252 n. 9 cum im. phot. fig. 10 (*AE* 1997, 460); ID., in *Fonti latine e greche* II 857 n. 59 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 333–334); ID., in *Valle del Fino* 160 n. 70; ID., in *Pinna Vestinorum* II 231 n. 9b cum im. phot. fig. 372; DUPRAZ, *Vestins* 387–388 n. 34 (etiam cf. p. 74. 172–175); M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161 cum im. phot. fig. 1. – Cf. BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 888; D. MIANO, *Bull. Inst. Class. Stud.* 58, 2015, 119.

7459

a) (30) × (38,5/36) × 5; spatium scripturae 5 × 15,5. Litt. 4,9/4,7. Rep. *Penne* effossionibus in regione *Rione da Piazza* vulgo appellata prope ecclesiam cathedralem post a. 1955 institutis. Exstat *Penne* in aedibus gentis *Leopardi*, ubi a. 1991 et a. 2004 contuli.

Venus.

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 418 n. 2 cum im. phot. tab. XXII fig. 45 (*AE* 1968, 160 a); RUBINI, *Storia di Penne* 48 n. 26; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 857 n. 61; ID., *Valle del Fino* in 160 n. 71; ID., in *Pinna Vestinorum* II 231 n. 10a; M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161.

b) (48) × (29) × 6,5; spatium scripturae 6 × 15,5. Litt. 5/4,7. Rep. *Penne* a. 1991 in sepulcro aevi medii posterioris adhibitus in via *Ringa* vulgo appellata. Exstat *Penne* in museo, ubi a. 1999 descripsi.

Venus.

BUONOCORE, in *Pinna Vestinorum* II 231 n. 10b cum im. phot. fig. 373 et 417; M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161. – Cf. BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 888.

7460 = 6078, 173 b

a) Rep. Penne loco incerto saec. XIX medio. Exstat Penne muro exteriori loco edito affixus aedificii ex Seminario ante ecclesiam cathedralem siti, ubi a. 1991 et denuo 2004 contuli (attamen mensuras sumere non potui).



Vesta.

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

H. DRESSEL, supra n. 6078, 173 b; RUBINI, *Storia di Penne* 47 n. 19; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 176–177 n. 14 cum im. phot. tab. VII fig. 14 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 377 n. 14); ID., in *Fonti latine e greche* II 857 n. 55; ID., in *Valle del Fino* in 160 n. 72; ID., in *Pinna Vestinorum* II 231 n. 11a cum im. phot. fig. 361 et 374; M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161 cum im. phot. fig. 2. – Cf. COLASANTI, *Pinna* 63; P. POCSETTI, in *Campi aperti* 359.

b) $(30,5/31) \times (45/44) \times 5$; spatium scripturae $5 \times 15,5$. Litt. 4,8/4,7. Rep. Penne effossionibus in regione ecclesiae cathedralis post a. 1955 institutis. Servatur Penne in museo municipali, ubi a. 1991 et denuo a. 2004 contuli.



Vesta.

Im. phot. a LUISA FRANCHI DELL'ORTO sumpta.

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 418 n. 1 cum im. del. et im. phot. tab. XXII fig. 46 (AE 1968, 160 b); RUBINI, *Storia di Penne* 48 n. 24; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 857 n. 55; ID., in *Valle del Fino* in 160 n. 73; ID., in *Pinna Vestinorum* II 232 n. 11b cum im. phot. fig. 375; M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161.

c) Rep. a. 1933 circ. in regione Colle Fiorano nuncupato inter septentrionem et occasum extra vicum Loreto Aprutino sito a domino Luigi Constantino, qui donum dedit T. B. Stoppa eiusdem vici. Ubi exstet, nescio; periiit aut latet.

Vesta.

G. LEOPARDI, NS 1954, 292, inde BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 857 n. 55; ID., in *Valle del Fino* in 160 n. 74; ID., in *Pinna Vestinorum* II 232 n. 11c; M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161.

d) $(24/17) \times (31) \times 5$; spatium scripturae 5×15 . Litt. 4,9/4,7. Rep. Penne nescio quando loco incerto. Exstat Penne in aedibus privatis muro cuidam exteriori insertus, ubi a. 1991 descripsi.



Vesta.

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, in *Pinna Vestinorum* II 232 n. 11d cum im. phot. fig. 376; M. G. GRANINO CECERE, in *Instrumenta Inscripta* III 160–161. – Cf. BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 888.

7461 tit. sacer Divae Augustae

Tabula ex lapide calcario ab utroque latere et infra fracta, in fronte levigata $(20) \times (28,5) \times ?$. Supra servatur vestigium fasciae continuae, qua area titulo incribendo destinata cincta erat. Litt. affabre insculptae 3,5–1,8. Rep. Penne a. 1997 in conclavi epulari (Italice refettorio) monasterii appellati Carmine. Ibidem servatur muro cuidam interiori affixa, ubi a. 2004 descripsi.

[Div]ae Poppaeae [Augustae]
[...ria Q(uinti) f(ilia) Quin[ta? - - -]
[sacerd]os eius posuit; eq[dem - - -]
[- - - se]viris et mulieribu[s - - -].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, in *Valle del Fino* 160 n. 59; ID., *Epigraphica* 71, 2009, 332–334 n. 5 cum im. phot. fig. 232 (AE 2009, 284); ID., in *Pinna Vestinorum* II 232–233 n. 12 cum im. phot. fig. 377; GRANINO CECERE, *Flaminato femmine* 100–101 n. 26 cum im. phot. tab. VIII fig. 19.



Puncta triangularia.

Si recte supplevi, videtur titulus dicatus Divae Poppaeae Augustae Neronis uxori, de qua vide inter al. KIENAST,

*Kaisertabelle*⁶ 91; K. WACHTEL, *PIR*² P 850; P. KRAGELUND, *Class. Quart.* 60, 2010, 559–568; S. ANTOLINI – S. M. MARENGO, in *Epigrafia e ordine senatorio, 30 anni dopo* II 670. Cf. ex. gr., tit. huius Corporis vol. VI 3752 = 31290 (cf. p. 3778) = 40419, et tit. huius Corporis vol. XI 1331 = *ILS* 233 (etiam cf. I. COGITORE, in *Élites municipales* 265); quem titulum dicavit sacerdos eius [- -]ria Q. f. Quin[ta ?]; etiam vide HEMELRIJK, *Hidden Lives* 412. 489; de nomine gentilicio in tit. Pennensibus, quod terminatur in -ria, vide Arrium (n. 3364), Curium (n. 3354), Florium (n. 7476) et Varium (n. 3356. 7481). De cognomine Quintae, si recte sum interpretatus, vide SALOMIES, *Vornamen* 165–166; EUND., in *Roman Miscellany* 89–91 (praesertim p. 90); de aliis supplementis vide

SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 383–384. De sacerdotibus Divarum vide M. G. GRANINO CECERE, in *Acta Barcelona* I 643–654; E. A. HEMELRIJK, *L'Ant. Class.* 75, 2006, 85–117; C. ZACCARIA, in *Nuove ricerche* 236–240; R. FREI STOLBA, in *Egypte – Grèce – Rome* 345–395. Etiam vide infra tit. n. 7468, ubi laudatur Iunia C. f. Procula, quae fuit sacerdos Divae Drusillae. [- -]ria Q. f. Quin[ta ?] ob tituli dedicationem seviris potius quam viris (attamen vide A. E. COOLEY – B. SALWAY, *JRS* 102, 2012, 201, qui *viris* legere malunt) et mulieribus distributiones fecisse videtur.

Dedicata inter aestatem priorem a. 65 p. C. n., cum Poppea inter Divas relata est (vide KIENAST et WACHTEL, *PIR*², *I. l.*), et mortem Neronis d. 9 m. Iun. a. 68.

7462 tit. operis publici ab imperatore dedicati

Tabula ex lapide calcario supra et infra a dextra imminuta, in fronte et a tergo levigata (31) × (59) × 8,8 (inf.)–5,5 (sup.). Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta lat. 23, cuius partes a sinistra, a dextra et infra tantum servantur. Litt. accurate insculptae 5,5–2,9. Rep. *Penne* effossionibus in regione ecclesiae cathedralis post a. 1955 institutis. Exstat *Penne* in museo civico dioecetano, ubi a. 1991 et a. 2008 contuli.



[Imp(erator) Caesar divi Septimi Severi]

[Pii Arab(ici) Adiab(enici)]

[Parth(ici) max(imi) fil(ius)]

[divi M(arci) Antonini Pii Germ(anici) Sarm(atici)]

5 [nepos divi Antonini Pii pronep(os)]

[divi Hadriani abnep(os)]

[divi Traiani Part]h(ici) et divi

[Nervae a]d[nepos]

[M(arcus) Aurel]i[us] Antoninus Aug(ustus)

10 [P]ar[th]i[ci] max(imus) Britt(annicus) max(imus) Germ(anicus) m[ax(imus)],

pont(ifex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) XVI, imp(erator) [III],

co(n)s(ul) IIII, p(ater) p(atriciae), balneum vetu[s]tate

corrupt(um) ad pristin(am) faciem r[estit]uit).

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8^o, 13, 1968, 416–417 cum im. phot. tab. XXI fig. 39 (*AE* 1968, 157); RUBINI, *Storia di Penne* 51 n. 32; I. SGANDURRA, *Quad. Urb.* 55, 1997, 123–126 (cf. *AE* 1997, 462); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 853 n. 34; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 24; HORSTER, *Bauinschriften* 299–300 n. IV.3; FAGAN, *Bathing* 236 n. 11,

quae pendet ex *AE* 1968, 157; BUONOCORE, in *Valle del Fino* 160 n. 39; ID., in *Pinna Vestinorum* II 233–234 n. 13 cum im. phot. fig. 378; FUSCO, *Gestione delle acque* 313–314 n. 80 (etiam cf. p. 245). – Cf. J. DE LAINE, in *Roman Baths* 72; A. R. STAFFA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 73, 2000/01 (2002), 308; G. ALFÖLDY, *Epigraphica* 64, 2002, 142; A. R. STAFFA, in *Valle del Fino* 146.

Supplevi versus velut concinne ordinatos. – 1–7 supplementa non temptaverunt LA REGINA (ex quo AE) et SGANDURRA. – 7 [divi Traiani Parthici], – 9 [M. Aurelius LA REGINA, ex quo AE et SGANDURRA. – 10 Britt(annicus) max(imus) omisit AE; Cerm(anicus) SGANDURRA. – 11 imp(erator) [II] LA REGINA, ex quo AE; imp(erator) [III] iam recte SGANDURRA. – 13 ex. r[estituit] LA REGINA, ex quo AE; r[eduxit] SGANDURRA nescio an recte. – [Imp(erator) Caesar] | [divi Septimi Severi fil(ius) divi M(arci)] | [Antonini Pii nepos divi Antonini Pii] | [pronep(os) divi Hadriani abnep(os)] | [divi Traiani Parthici] et divi | [Nervae a]dnepos | [M(arcus) Aurell]ius Antoninus Augustus | [Pa]rt(bicus) max(imus)


Britt(annicus) max(imus) Germ(anicus) m[ax(imus)] | pont(i-fex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) XVI, imp(erator) [II], | co(n)s(ul) IIII, p(ater) p(atriciae), balneum vetus[tate] | corrup(tum) ad pristin(am) faciem r[estituit] temptavit HORSTER.

Cf. tit. n. 7467, qui, ut videtur, ad thermas Pinnenses quoque pertinet. De munificentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 149.

Dedicata a. 213, scil. post finem m. Sept., cum Caracalla Germanicus maximus appellatus est, et d. 10 m. Dec., cum tribuniciam potestatem decimam et septimam iniit; consul quartus inde ab a. 213, imperator tertius inde a fine m. Sept. eiusdem anni fuit (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*⁶ 157).

7463 tit. sepulchralis magistratus municipii

Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra in usum posteriorem recta scissa, in fronte levigata (97) × (120) × ?. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata fascia continua cincta. Litt. affabre insculptae 8–6. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur Penne muro cuidam exteriori affixa viridarii aedium gentis *Tranquilli* iuxta viam S. Francesco sitarum, haud longe ab ecclesia nunc deperdita S. Francisci, ubi a. 2004 descripsi.



[- - - honore quinq]uennialitatis
[- - - fun]ctus est,
[- - -? Pinnen]sium
[- - - flam]en divi
5 [- - - sib]i et
[- - -] mat[ri],
[- - -] i[ure] d[icundo]
[qui vi]xit

Im. phot. ab A. R. STAFFA sumpta.

BUONOCORE, in *Valle del Fino* 160 n. 42; ID., *Epigraphica* 71, 2009, 327–328 n. 1 cum im. phot. fig. 1 (AE 2009, 280); ID., in *Pinna Vestinorum* II 238 n. 21 cum im. phot. fig. 384. – Cf. EUND., in *Dediche sacre* 272.

Puncta triangularia in fine versus quoque insculpta.

3 [- - -? tribunus mili]tum EGO haud recte ed. pr.

Videtur laudari vir quidam, qui fuit quattuorvir quinquennialis nec non flamen divi cuiusdam (etiam cf. tit. Pinnenses n. 3361–3362), qui titulum posuit sibi, matri et fortasse fratri, qui officio quattuorviratus iure dicundo est functus.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. sane adducit.

7464 tit. operis publici

Cippus ex lapide calcario in fronte perquam adesus, a tergo levigatus, marginibus imminutus (46) × (41) × 8. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta 40 × 32 circ., cuius partes a sinistra et a dextra tantum adhuc cerni possunt. Litt. graciles 4–2,6 (nota litteras hic et illuc a manu recentiore rescriptas esse). Rep. a. 1930 circ. extra

vicum *Alanno* prope viam ferratam iacens in alveo fluminis Aterni nunc *Pescara* appellati. Exstat *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 9100; olim A. T. 384), ubi a. 1982 et 1999 contuli.



Teatini Ma[r(rucini)]
munire d[e]-
bent via(m) V[a]-
leria(m) ab an-
5 crabas hic (!)
mil(ia) p[assuum] VI.

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 24848.

SCENNA, *Archeologia teatina* 185–186; P. FRACCARO, *Aethnaeum* 29, 1941, 44–58 cum im. phot. fig. 2 (AE 1947, 42) (= ID., *Opuscula* III, 1, 273–287 cum im. phot. tab. L fig. 2); PEKÁRY, *Untersuchungen* 127–129; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 854 n. 39; M. CRAWFORD, in *Itinera archaeologica* 142; BUONOCORE, in *Valle del Fino* 160 n. 40; ID., in *Pinna Vestinorum* II 240–241 n. 26 cum im. phot. fig. 387; CAMPEDELLI, *Amministrazione* 206–207 n. 85. – Cf. G. ANNIBALDI, *BCAR. Notiziario* 70, 1941 (1953), 68; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 421 adn. 363; ECK, *Organisation* 48–49. 60–61 [= EUND., *L'Italia nell'impero romano* 62–63. 77–78]; A. DONATI, *Epigraphica* 36, 1974, 162 adn. 6; BUONOCORE, *Suppl. It.* 2, 1983, 167; BUCCI, *Studio* 149–151; IASIELLO, *Samnium* 58; S. SEGENTI, in *Quotidien municipal* 225; ZENODOCCHIO, *Viabilità* 221–222; D. AQUILANO, *Considerazioni* 2014, 63.

Puncta nulla.

1 [T]eatini, – 4–5 ab a[n]crabas FRACCARO et DONATI; *ancrabas hic* pro *ancrabus huc*. – De forma casus dat. plur. primae declinationis, quae terminatur in *-abus* cf. ex. gr. LEUMANN, *Laut- und Formenlehre*² 281; de forma *hic pro huc*

haud rara in titulis aetati imperatoriae labenti tribuendis vide *ThLL* VI 3, col. 2763.

Notandum est magis quam mirandum hunc Teatinorum Marrucinatorum titulum suo quidem loco, tamen in agro Pinnensi, ut videtur, erutum esse (etiam cf. titulum Superaequanum n. 3308); ut sane elicitur, via Claudia Valeria a civibus Teatinis munienda inde ab ancris quibusdam ipsius viae usque ad confinium regionis Pinnensis; quae ancræ, scil. convalles vel arborum intervalla (de vocabulo *ancrae*, praeter *ThLL* II 1, col. 31 et FRACCARO, *l. l.*, cf. G. ALESSIO, *Abruzzo* 9, 1971, 34–35 et imprimis ALESSIO – DI GIOVANNI, *Preistoria e protoistoria* 209–210 cum alia bibliographia) tit. Marrucino n. 6982 quoque redeunt.

Ex litterarum forma saec. IV medio p. C. n. saltem tribuerim.

7465 tit. operis fortasse publici

Tabula ut videtur supra et a sinistra fracta rep. casu et fortuito a. 1931 apud *Nocciano* in regione, q. d. *Casali-Follonica*, sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita “lunga circa m 2, realizzata con mattoni proprio a forma di cassa, con pareti di intonaco di creta liquida spalmata sulle pareti stesse, e defunto inumato dopo che all’interno della cassa era stato acceso del fuoco in modo che la creta venisse attaccata alle pareti stesse” (STAFFA). Periit aut latet. Descripsi ut potui a. 2009 ex scheda STAFFA.

-----?

[- - -] puteum fac(iendum) curavit de suo.

A. R. STAFFA, in *Valle del Fino* 178; BUONOCORE, *Epigraphica* 71, 2009, 337–338 n. 10 (*AE* 2009, 289); ID., in *Pinna Vestinorum* II 240 n. 24. – Cf. STAFFA, *ibid.* 295.

C. Peiaucio (?) *puteum fac(endum) (!) curavit de suo* STAFFA, qui pendet ex scheda d. 5 m. Sept. a. 1931 facta a vicario in custodiis SIMONCINI, nunc servata *Chieti* in archivio praefecturae antiquitatum sign. *pratica* PE 26.IC 1/1. Fortasse legendum *pluteum* potius quam *puteum* (cf. ex. gr. tit. *AE* 2016, 469). Res autem tota incerta manet.

Inter saec. I/II p. C. n. tribuenda esse videtur.

7466 tit. incerti generis

Stela marmorea (?) supra cuspidata 80/90 × 30/40. Rep. inter a. 1988/89 in regione appellata *Colle S. Giovanni*. Periit. Descripsi a. 2009 ex scheda STAFFA, qui pendet ex ANNA GENOVESE.

Pin(nensis) po(pulus).

A. R. STAFFA, in *Valle del Fino* 192; BUONOCORE, *Epigraphica* 71, 2009, 336–337 n. 9 (*AE* 2009, 288); ID., in *Pinna Vestinorum* II 240 n. 25. – Cf. A. R. STAFFA, *ibid.* 175.

Res tota incerta manet. Nam nescio, utrum de determinatione pratorum publicorum Pinnae agatur (inde subest locutio ex. gr. *finis Pinnensis populi*. De re universa vide A. DONATI, in *Pluralidad e integraci3n* 215–218). Attamen non est cur excludam, quin titulus in usum posteriorem scissus sit et vestigia litterarum, quae hodie exstant, ad tit., quem populus Pinnensis viro cuidam ob munificentiam factam dedicavit, pertineant.

Cuius aetatis sit, non definio.

7467 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario in duas partes (a–b) inter se non coniunctas effracta, in fronte levigata crass. circ. 18 [a: (38) × (8,5); b: (44) × (8,5)]. Litt. 5. Rep. nescio quando loco incerto. Nunc exstat inserta parieti exteriori fenestrae ecclesiae S. Mariae a *Lago* nuncupatae prope vicum *Moscufo* sitae, ubi a. 1991 descripsi.



Fig. α



Fig. β

-----?

[su]spensum,
[cont]ectum, tu-
bulatum, publi-
ce ex d(ecurionum) [d(ecreto)]

-----?

Fig. α–β: Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumptae.

M. BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 182–183 n. 24 cum im. phot. tab. XI fig. 25–26 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 382–383 n. 24) (*AE* 1992, 342); ID., in *Fonti latine e greche* II 854 n. 40; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 41; ID., in *Pinna Vestinorum* II 239–240 n. 23 cum im. phot. fig. 386. – Cf. A. R. STAFFA, in *Valle del Fino* 167.

Puncta triangularia.

Si recte supplevi, in hoc titulo memorantur opera quaedam ad thermas Pinnenses pertinentia (cf. etiam tit. n. 7462), quae faciendae curavit vir quidam, cuius ratio nominis in parte superiore tituli nunc deperdita scripta fuit; verba *suspensus* et *tubulatus* nempe ad suspensuras nec non ad tubulos sane referenda in titulis Latinis hic primum occurrunt; cf. autem locum Plinianum (*epist.* 2,17,9) scil. Adhaeret dormitorium membrum transitu interiacente, qui suspensus et tubulatus conceptum vaporem salubri temperamento huc illuc digerit et ministrat (“Vicino era annessa una stanza da letto separata dalla precedente da un passaggio elevato e attraversata da un condotto che distribuiva e forniva nelle diverse parti del locale il calore necessario con temperatura regolata e salubre”) [agitur de Laurentio, de quo vide A. W. VAN BUREN, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 20, 1943/44 (1945), 180–181; E. SALZA PRINA RICOTTI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 39, 1984, 350 et passim; EAND., in *Castel Porziano II. Campagna di scavo e restauro 1985–1986*, Roma 1986, 45–46]. De re universa, praeter G. BRODRIBB, *Roman Brick and Tile*, Gloucester 1987, 70–72, vide R. REBUFFAT, in *Thermes romains* 1–32 et R. J. A. WILSON, *JRA* 5, 1992, 97–129.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7468 tit. fortasse honorarius pontificis

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta, in fronte perquam adesa (36) × (52) × ?. Litt. 4,8/4,5. Rep. nescio quando loco incerto. Exstabat *Penne* muro ecclesiae cathedralis extrinsecus loco edito inserta, ubi a. 1992 quatenus potui descripsi; nunc servatur in museo episcopali, ubi a. 2008 denuo recognovi.



-----?
 [I]unia C(ai) [f(iliae)]
 Procula[e]
 [.] Vesclari Att[i] (scil. uxori)]
 sacerdoti Diva[e]
 5 Drusillae,
 M(arcus) Sollius [- - -]

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 177–178 n. 16 cum im. phot. tab. VIII fig. 17 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 378–379 n. 16) (AE 1992, 336); ID., in *Fonti latine e greche* II 853 n. 36; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 43; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 59 n. 40 (etiam cf. p. 39); BUONOCORE, in *Pinna Vestinorum* II 243 n. 31 cum im. phot. fig. 390; GRANINO CECERE, *Flaminato femminile* 98–100 n. 25 cum im. phot. tab. VIII fig. 18. – Cf. C. GRECO, in ephemeride *Avvenire* d. 12 m. Mai. a. 1985; RUBINI, *Storia di Penne* 47 n. 28; A. R. STAFFA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 73, 2000/01 (2002), 153 adn. 54; M. G. GRANINO CECERE, in *Acta Barcelona* I 648 n. 23; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 272.

Puncta distingui nequeunt.

1 [D]uniae, [F]uniae, [M]uniae, [N]uniae, [P]uniae, [R]uniae esse quoque potest.

Nomina Iunii et Vesc(u)larii Pinnae non redeunt. Sollium alterum autem invenies tit. n. 7471. In tota regione sacerdotium Divae Drusillae hic solum occurrit (vide G. GREGORI, in *Un luogo per gli dei. L'area del Capitolium a Brescia*, Firenze 2014, 303–306); de Iulia Drusilla vide L. PETERSEN, *PIR*² I 664; P. HERZ, *Historia* 30, 1981, 324–336; RAEPSAET-CHARLIER, *Prosopographie des femmes* 375–376 n. 437; G. CRESCI MARRONE – E. CULASSO GASTALDI, *Boll. Stor. Sub.* 82, 1984, 166–169; M. CESARANO, *Ostraka* 21, 2012, 101–104. De sacerdotibus Divarum vide M. G. GRANINO CECERE, in *Acta Barcelona* I, l. I.; E. A. HEMELRIJK, *L'Ant. Class.* 75, 2006, 85–117; C. ZACCARIA, in *Nuove ricerche* 236–240; R. FREI STOLBA, in *Egypte – Grèce – Rome* 345–395; M. G. GRANINO CECERE, in *Caligola. La trasgressione al potere*, Roma 2013, 68.

Dedicata post d. 23 m. Sept. a. 38, cum Drusilla consecrata, ut elicitur ex Actis fratrum Arvalium (vide SCHEID, *Romulus et ses frères* 423–424), et ante d. 24 m. Ian. a. 41, cum Gaius Augustus nempe Caligula occisus est (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*⁶ 78).

7469 tit. incerti generis a seviris dicatus

Tabula ex lapide calcario supra et a dextra fracta, in fronte valde adesa 70 × (34) × 10. Litt. 8,5–5. Ubi sit reperta nescio. Nunc servatur *Penne* in regione vocata *Colleromano* pro basi columnae navis ecclesiae S. Marie Assumptioni dicatae, ubi a. 2003 descripsi.



 pa[trono - - -]
 sevir[- - -].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, in *Valle del Fino*, p. 160 n. 45; ID., *Epigraphica* 71, 2009, 329 n. 2 cum im. phot. fig. 2 (AE 2009, 281); ID., in *Pinna Vestinorum* II 245 n. 34 cum im. phot. fig. 393.

Titulum patrono suo sevir[?] fortasse Augustales (etiam vide supra tit. n. 3353) posuisse videntur.

Ex litterarum forma temporis spatium inter saec. I ex p. C. n. et saec. II in. comprehenso tribuerim.

7470 tit. sepulcralis pontificis

Stela ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta marginibus imminuta, in fronte levigata (95) × (80) × ?. Litt. 7–6,5. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat *Penne* muro cuidam exteriori porticus aedificii communalis (olim monasterii S. Dominici) inserta, ubi a. 1991 contuli.



C(aius) Helvacius C(ai) [f(ilius)]
 Flaccus pontif(ex).

Im. phot. a C. GRECO sumpta (add. neg. *D. A. I. Rom* n. 79.3655).

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 417 cum im. phot. tab. XXI fig. 41 (AE 1968, 158); RUBINI, *Storia di Penne* 49 n. 29; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 853 n. 35; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 44; G. PROSPERI VALENTI,

BDASP 93/94, 2003/04 (2005), 59 n. 39 (etiam cf. p. 21–22); BUONOCORE, in *Pinna Vestinorum* II 242 n. 28 cum im. phot. fig. 389. – Cf. C. GRECO, in *Centri storici* 220; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 272.

Puncta triangularia. – 2 litt. T supra versum egrediens.

Caios Helvacios alios Pinnae non invenies; cf. autem Caium Helvacium Caii filium Marci nepotem Corbulonem praetorem Albae Fucentis tit. n. 6349 = huius Corporis vol. I² 3275 memoratum.

Ex litterarum forma saec. I ante medium p. C. n. tribuerim.

7471 tit. sepulcralis medici

Cippus ex lapide calcario anaglypho fastigii triangularis ornatus supra et a sinistra effractus, in marginibus scalpro dentato dolatus, a tergo in usum posteriorem resectus (74,5) × (49) × (12,5). Area titulo inscribendo destinata excavata levigata nec non fissuris laesa cymatio inverso cincta, cuius partes supra, a dextra et infra servantur, 41 × 35,5. Litt. 5,5–1,5. Rep. *Penne* nescio autem quando loco incerto. Ibidem servabatur in ecclesia cathedrali pro gradu altaris inserta. Nunc exstat in museo civico dioecesano, ubi a. 1991 et denuo a. 2008 contuli.



D(is) M(anibus) s(acrum).

C(aio) Iulio Sabimiano

medico

functo vitae (!)

5 *annis XVII mensib(us)*

X dieb(us) XIII,

C(aius) Iulius Sabinus et

Sollia Fortunata

filio pïssimo et sibi

10 *p(osuerunt).*

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8^o, 13, 1968, 416–417 adn. 324 (*AE* 1968, 159); R. J. ROWLAND JR., *Epigraphica* 39, 1977, 178 n. 431; RUBINI, *Storia di Penne* 49 n. 31; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 181–182 n. 23 cum im. phot. tab. X fig. 24 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 381–382 n. 23) (*AE* 1992, 341); ID., in *Fonti latine e greche* II 854 n. 37; S. RÉMY, *Epigraphica* 63, 2001, p. 279 n. 456; BUONOCORE, in *Valle del Fino* 160 n. 46; CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 607 n. 67; ID., in *Medicina e società* 138 n. 22; BUONOCORE, in *Pinna Vestinorum* II 246 n. 37 cum im. phot. fig. 394. – Cf. EUND., *Epigraphica* 71, 2009, 341; P. PORENA, *Epigraphica* 72, 2010, 120; BRANCATO, *Repertorium* II 92; BUONOCORE, in *L'iscrizione e il suo doppio* 220; P. PORENA, *Quad. Arch. Abruzzo* 3, 2011 (2014), 95; H. SOLIN, *Arctos* 48, 2014, 375.

Puncta triangularia.

2 *Sabiniaco* *AE* 1968 typhotetae errore, ut videtur (a qua ephemeride pendet SOLIN). – 4 *vitae* pro *vita*.

Nomen gentilicium Iulii non redit in aliis titulis Pinnensibus (cf. autem cognomen Iuliae tit. n. 3365); cognomina Sabini et Sabiniani, quibus pater et filius nominati sunt, redeunt in titulo eiusdem loci n. 3364, ubi memorantur M. Arrius Sabinus pater et M. Arrius Sabinianus filius; de nomine Sollii supra ad tit. n. 7468. Medici alii Pinnae non occurrunt (attamen vide infra ad tit. n. 7486). De medicis in titulis nominatis praeter GUMMERUS, *Ärztstand* inter al. vide ROWLAND JR., *l. l.* 174–179; B. RÉMY, *Epigraphica* 49, 1987, 261–264; M. KOBAYASHI – A. SARTORI, *Acme* 52, 1999, 249–258; B. RÉMY, *Epigraphica* 63, 2001, 277–283; A. BUONOPANE, in *Donna e lavoro* 129–130; CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 603–612; EUND., in *Medicina e società* 137–141; J. EDMONDSON, in *Homenaje Armin U. Stylow* 117–129; A. RUIZ CASTELLANOS, *ibid.* 319–321. Aliam bibliographiam reperies apud PORENA, *l. l.*; HARRIS, *Popular Medicine*; M. Á. ALONSO ALONSO, in *Monumenta et memoria* 351–371; EAND., in *Memoriae civitatum* 109–139. De cognominibus a medicis antiquis sumptis vide H. SOLIN, in *Ancient Medicine* 119–142. De locutione *vita functus* cf. SERV. *Aen.* 11, 143, scil. qui mortui sunt, *vita functi* dicuntur.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II medii p. C. n. esse videtur.

7472 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta, in fronte passim deturpata; area titulo inscribendo destinata paulum excavata fascia cymatium imitante cincta, cuius pars a sinistra tantum servatur. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat *Penne* in aedibus privatis. Accessui clausam descripsi quatenus potui a. 1990 ad im. phot., quam CANDIDO GRECO mihi officiose misit.

+[- - -]
Ac+[- - -]
Pri[- - -]
ben[e merenti]

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 179 n. 17 cum im. phot. tab. VIII fig. 18 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 379 n. 17) (*AE* 1992, 337); ID., in *Fonti latine e greche* II 854 n. 41; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 47; ID., in *Pinna Vestinorum* II 246–247 n. 38 cum im. phot. fig. 395.

1 + est hasta recta. – 2 + est hasta recta.

Quomodo ratio nominis solvenda sit, incertum.



Ex litterarum forma saec. I vel potius II p. C. n. tribuerim.

7473 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario perquam adesus undique fractus (100) × (40) × 28. Area titulo inscribendo destinata paulum, ut videtur, excavata fasciis duabus cymatium inversum imitantibus cincta, cuius pars a sinistra tantum superest. Litt. 5,5/4. Rep. a. 1995 extra vicum *Civitaquana* in praedio domini *Attilio Ceraso* in regione *Ginestra* vulgo appellata sito. Ibidem servatur, ubi a. 1996 contuli.



h(ic) s(iti) [s(unt)];
Q(uitus) Alfenus
Scylax
fratri et filio
 5 *p(osuit).*

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

GRECO, *Civitaquana* 17 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Valle del Fino* 160 n. 50; ID., *Epigraphica* 71, 2009, 330–331 n. 3 cum im. phot. fig. 3 (AE 2009, 282); ID., in *Pinna Vestinorum* II 247 n. 39 cum im. phot. fig. 396.

Puncta in formam circuli insculpta.

Nomen gentilicium Alfeni hic primum in tota regione Pinnaensi memoratur; attamen vide Titos Alfenos in tit. saec. II p. C. n. Marruvii repertis (n. 3674–3676. 3704); de nomine gentilicio etiam vide R. LÁZARO PÉREZ, in *Homenaje Armin U. Stylow* 187–195. Rarissimum cognomen Scylacis (vide H. SOLIN, *Arctos* 50, 2016, 166).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7474 tit. sepulcralis

Tabula ut videtur ex lapide calcario in fronte perquam adesa a dextra et infra fracta (40) × (60) × ?. Area titulo inscribendo destinata marginata paulum excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a sinistra et supra tantum servatur. Litt. circ. 5–4. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat muro cuidam exteriori loco edito inserta turris campanarum ecclesiae Sanctae Mariae in vico *Civitaquana* sitae, ubi a. 1991 quatenus potui descripsi.



Caesi[e - -]
Verecu[ndae]
quae vix(it) q[nn(is) - -],
T(itus) Caesi[s - -]
 5 *++++[- -]*

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 183–184 n. 25 cum im. phot. tab. XII fig. 27 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 383–384 n. 25) (AE 1992, 343); ID., in *Fonti latine e greche* II 854 n. 42; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 51; ID., in *Pinna Vestinorum* II 248 n. 43 cum im. phot. fig. 398. – Cf. GRECO, *Civitaquana* 22 cum im. phot.

Puncta distingui nequeunt.

5 +++++ vestigia litt. incertarum.

Caesii alii in titulis Aveiae et in vico Fifulano repertis quoque nominantur, scil. n. 3579. 3603. Cf. etiam tit., qui sequitur, in commentario.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7475 tit. fortasse sepulcralis

Epistylum ut videtur ex lapide calcario undique fractum in fronte levigatum. Litt. rubricatae. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat *Penne* in aedibus privatis. Accessui clausum a. 1991 descripsi ut potui ex im. phot.



P(ublius) Catiu[s - -].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 179 n. 18 cum im. phot. tab. IX fig. 20 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 377 n. 14) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 379 n. 18) (AE 1992, 338); ID., in *Fonti latine e greche* II 855 n. 43; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 52; ID., in *Pinna Vestinorum* II 248–249 n. 44 cum im. phot. fig. 399; C. RICCI, in *Scritti Lorenzo Braccesi* 698.

Nomen gentilicium Catii in aliis titulis Pinnae repertis non redit. Vide autem Caios Catius Peltuini memoratos, scil. tit. n. 3461, nec non praedia, quae consul suffectus Ti. Cadius Caesius Fronto a. 96 p. C. n. (de quo E. GROAG, *PIR*² C 194) in vico Fificulano possidebat, scil. n. 3571 et 3579 (de re universa praesertim vide ANDERMAHR, *Totus in praediis* 197 n. 7; CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 363; S. SEGNI, in *Epigrafia e territorio* VII 137). De nomine vide RICCI, *l. l.* 696–699 cum amplissimo commentario.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse potest.

7476 tit. sepulcralis

Aedicula ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta, in fronte levigata, a tergo scabra vultibus tribus ornata, scil. a sinistra protome viri togati, protome mulieris palliatae et protome viri togati (de cuius aediculae forma cf. S. RINALDI TUFI, *Abruzzo* 19, 1981, 93; BUONOCORE, *ibid.* 36/38, 1998/2000 28 cum im. phot. tab. V fig. 3 [= EUND., *Abruzzo e Molise* I 122]; I. IASIELLO – H. SOLIN, *ZPE* 178, 2011, 280–281; etiam cf. tit. Pinnenses n. 7481–7482) 65 × 100 × 38. In facie sursum directa foramina et alveoli clavis infingendis excavati. Litt. affabre insculptae 4 [nota primos duos versus tribus columnis ordinatos (I–III)]. Rep. *Penne* circ. a. 1932 effossionibus institutis ad instruendum campum pila ludendi causa exstructum, ubi sepulcretum eiusdem urbis situm est. Exstat *Penne* muro cuidam exteriori porticus aedificii municipalis olim monasterii S. Dominici inserta, ubi a. 1999 contuli.



Col. I:

Q(uintus) Florius <mulieris> *l(ibertus)*
Secundus;

Floria <mulieris> *l(iberta)* *Chreste* testamento suo
feri iussit.

Col. II:

Floria <mulieris> *l(iberta)*
Chreste;

Col. III:

C(aius) Sentius <mulieris> *l(ibertus)*
Hilarus;

Im. phot. a C. GRECO sumpta (add. neg. *D. A. I. Rom* n. 79.3652).

P. MARCONI, *Boll. Mus. Imp. Rom.* 3, 1932 (= *BCAR* 60, 1932), 90; G. SUSINI, *Epigraphica* 38, 1966, 147 (AE 1967,

111); A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 417 adn. 327 cum im. phot. tab. XXIII fig. 49; FRENZ, *Römische Grabreliefs* 156–157 n. 146 cum im. phot. tab. 62 fig. 2 cum alia bibliographia; RUBINI, *Storia di Penne* 49 n. 30; BUONO-

CORE, in *Fonti latine e greche* II 855 n. 44; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 53; ID., in *Pinna Vestinorum* II 250–251 n. 47 cum im. phot. fig. 400; MANDER, *Portraits* 200 n. 182. – Cf. C. GRECO, in *Centri storici* 220; EUND., *Città di Penne* 29 cum im. phot.; A. R. STAFFA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 73, 2000/01 (2002), 315; EUND., in *Pinna Vestinorum* II 162 cum im. del. fig. 255.

7477 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra et infra fracta (45) × 60 × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes ab utroque latere tantum servantur, ? × 56. Litt. 3,5. In postica, ut traditur, titulus quidam a. 1695 insculptus est. Rep. nescio quando loco incerto. Servabatur *Penne* muro cuidam interiori affixa olim ecclesiae Santa Mariae sitae in *Colle Duomo*. Nunc exstat in aedibus privatis. Accessui clausam descripsi a. 2014 ut potui ad im. phot., quam CANDIDO GRECO mihi comiter misit.



Γαυρὺς κοῖν[servus]
patronae carissimāe.

Im. phot. a C. GRECO sumpta.
 Cf. A. R. STAFFA, in *Civitas Penne* I 227 cum im. phot. fig. 181.

Puncta in formam virgulae acclivis insculpta.
 Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

7478 tit. sepulcralis

Stela, ut videtur, ex lapide calcario in parte superiore fastigio delineato ornata marginibus laesa in fronte perquam adesa nec non fissuris perterebrata, infra fracta a tergo levigata (43) × (40,5) × 7. Litt. 3,5. Rep. *Penne* loco incerto nescio quando. Servatur *Penne* in aedibus domini *Elio Cantagallo* apud plateam *S. Nicola* sitis humi iacens, ubi a. 1992 descripsi.



D(is) M(anibus) s(acrum).
Liberæ [- - -]
Scir [- - -]
 [- - -]
 5 *vix(it)* [- - -]

Puncta triangularia et in formam virgulae acclivis in fine versus quoque redacta.

Sentius Nepos quidam redit tit. n. 3370. Florios alios *Pinnae* non invenies.

Ex litterarum nec non ex monumenti forma prioris partis saec. I p. C. n. esse videtur (de aetate Tiberiana cogitat FRENZ).

Im. phot. a C. GRECO sumpta.


BUONOCORE, *Epigraphica* 71, 2009, 331–332 n. 4 cum im. phot. fig. 4 (*AE* 2009, 283); ID., in *Pinna Vestinorum* II 251 n. 48 cum im. phot. fig. 401.

Supplevi non sine dubiis. – 3 esse potest nomen gentilicium *Scirtii*, de quo vide SCHULZE, *Eigennamen* 32 et SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 165 (etiam vide supra ad tit. n. 3368 et infra n. 7634).

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II medii p. C. n. esse videtur.

7479 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte levigata (40) × (28) × ?. Litt. 3,5. Rep. nescio quando *Penne* in regione, q. d. *Colleromano*. Ibidem exstat muro cuidam exteriori claustris inserta coenobii Sanctae Mariae Assumptionis, ubi a. 1991 contuli.



Q(uintus) Luc [- - -]
Quir(ina) [- - -].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

RUBINI, *Storia di Penne* 49 n. 33; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 180 n. 19 cum im. phot. tab. VIII fig. 19 (= ID., *Abruzzo e Molise* 380 n. 19) (*AE* 1992, 339); ID., in *Fonti latine e greche* II 855 n. 45; BUONOCORE, in *Valle del Fino* 160 n. 55; ID., in *Pinna Vestinorum* II 251–252 n. 49 cum im. phot. fig. 402. – Cf. EUND., in *Tribù romane* 33. 37.

1 punctum triangulare sursum directum.

1 *Luc[ius]* dubitanter suppleverim; Quintum Lucium alium habes in titulo eiusdem loci n. 3355; cf. etiam titulos Pinnenses n. 3356. 3357 et 3366, ubi nominantur Cn. Lucius Cn. f. Quirina Varius Festianus decurio, Cn. Lucius Cn. f. Quirina Helenus quattuorvir aedilis nec non quattuorvir iure dicundo

quinquennalis una cum filio suo Cn. Lucio Cn. f. Quirina Heleno, et Lucia M. l. Asiaticae vel Atiatyche. – 2 QVII RUBINI, *Qui(rina) P[- -]* haud recte EGO ed. pr. (inde AE). Cives Pinnaenses tribui Quirinae plerumque adscripti sunt; etiam cf. tit. *ILAlg* II, 4732, ubi laudatur M. [- -] M. f. Quirina Pinna (cf. FORNI, *Tribù* Y406; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37).

Ex litterarum et puncti forma saec. I in. p. C. n. tribuenda esse mihi videtur.

7480 tit. sepulcralis

Pars superior ex lapide calcario urnae circularis. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat *Penne* in museo civico (inv. n. 1646). Descripsi ut potui a. 1991 ad im. phot.

[- -]ae M(arci) l(ibertae) M[- -].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 180 n. 20 cum im. phot. tab. IX fig. 21 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 380 n. 20); ID., in *Fonti latine e greche* II 855 n. 48; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 56; ID., *Epigraphica* 71, 2009, 336 n. 8 (AE 2009, 287); ID., in *Pinna Vestinorum* II 252 n. 51 cum im. phot. fig. 403.



Puncta in formam rosae aculei insculpta.

1 ex. +[- -] EGO in editionibus praecedentibus.

In dubio adhuc maneo, utrum hic titulus idem ac tit. n. 3366 necne.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

7481 tit. sepulcralis

Aedicula ex lapide calcario undique levigata vultibus tribus ornata, scil. a sinistra protome viri togati, protome mulieris palliatae et protome viri togati (de cuius aediculae forma vide supra ad tit. n. 7476) 74 × 114 × 25. In facie sursum directa foramina et alveoli clavis infigendis excavati. Litt. tribus columnis ordinatae (I–III) affabre insculptae 5. Rep. *Penne* m. Iun. a. 1992 effossionibus institutis ad ampliandum campum pila ludendi causa exstructum, ubi sepulcreti vulgo appellati *Ossicelli* eiusdem urbis situm esse constat. Exstat *Penne* in museo municipali, ubi a. 1999 descripsi.



Col. I:

C(aio) Mevio
C(ai) l(iberto)
Numerio

Col. II:

Varia P(ubli) l(iberta)
Hilara
fecit sibi et

Col. III:

P(ublio) Pomponio
=mulieris= l(iberto)
Agroeco

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 67, 1997, 252–253 n. 10 cum im. phot. fig. 11 (AE 1997, 461); ID., in *Fonti latine e greche* II 855 n. 46; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 57; ID., in *Pinna Vestinorum* II 252–253 n. 52 cum im. phot. fig. 404. – Cf. A. R. STAFFA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 73, 2000/01 (2002), 315 cum im. phot. fig. 22; EUND., in *Pinna Vestinorum* II 164.

Puncta in formam virgulae acclivis redacta.

Nomina gentilicia non redeunt in aliis tit. eiusdem loci (attamen cf. supra tit. n. 3354). Rarum cognomen Agroeci, de quo SOLIN, *Namenbuch*² 1063 (cf. tit. urbanum huius Corporis vol. VI 36792).

Ex litterarum nec non ex monumenti forma alterius partis saec. I p. C. n. esse videtur.

7482 = I² 3271 tit. sepulcralis

Pars ut videtur sinistra aediculae ex lapide calcario vultu, q. d. protome viri defuncti, ornata, a tergo scabra (44,5) × (59) × 19. Titulus (litt. 2,5/2,3) in fascia superiore et inferiore insculptus. A dextra recte scissa inde aedicula, ut sane videtur, ex minimum duabus partibus inter sese coniunctis saltem componebatur, in qua altera parte supra versus senarius completeretur (de cuius aediculae forma vide supra ad tit. n. 7476). Rep. loco incerto nescio quando; empta aetatis incertae a domino Gizzi rerum antiquarum negotiatore. Exstat *Penne* in aedibus gentis *Leopardi* muro cuidam exteriori inserta, ubi 1991 contuli.



Quod par parenti fuerat facer[- - -];
C(aius) Orfius V(ibi) f(ilius) Arn(ensis) [- - -].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

A. LA REGINA, apud DEGRASSI – KRUMMREY, I² 3271 cum im. phot. tab. 90 fig. 4; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 40 n. 46 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 182–184 n. 45); ID., in *Fonti latine e greche* II 855 n. 47; ID., in *Temptanda viast* 8 n. 35; ID., *Arch. Class.* 57, 2006, 381; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 58; ID., in *Metrische Inschriften* 213 n. 5; ID., in *Pinna Vestinorum* II 253–254 n. 53 cum im. phot. fig. 364. 405; DUPRAZ, *Vestins* 397–403 n. 37. – Cf. FORNI, *Tribù* Rep. 362; ANTO-LINI, *Iscrizioni* 102–103; M. MASSARO, in *Metrische Inschriften* 151 adn. 130, ubi autem lapsa calami tit. Carsiolis tributus est; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37; EUND., *Latomus* 71, 2012, 888; E. DUPRAZ, in *Écriture* 212.

Puncta in formam rosae aculei insculpta.

1 supplevi exemplo titulorum CLE 164–178. 1888–1890, scil. *quod par parenti fuerat facere filius, mors immatura fecit ut faceret pater* (vel *mater*) *filio* vel similia. Variatur sententia tristissima impendio metri sermonisque; praeter ea, quae BÜCHELER, CLE scripsit, vide LATIMORE, *Themes* 189–190 et passim; P. CUGUSI, *Ostraka* 19, 2010, 34–35 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1170–1172) et A. M. MORELLI, in *Valle di Comino* XIV 128–130. De locis similibus praeter AUCTORES supra laudatos etiam vide B. LIER, *Philologus* n. s. 17, 1904, 446. 457; M. T. SBLENDORIO CUGUSI, *Atti Mem. Arcadia* s. 3^o, 7, 1978, 165 (= CUGUSI – SBLENDORIO

CUGUSI, *Versi l. l.* 868); SANDERS, *Lapides memores* 92; R. HERNÁNDEZ PÉREZ, in *Asta ac pellege* 65; F. SOCAS GAVILÁN, *ibid.* 186; M. MASSARO, *Inv. luc.* 12, 1990, 192–194. 240; L. GAMBERALE, *Riv. Filol.* 127, 1999, 469–479; P. CUGUSI, *Boll. Stud. Lat.* 33, 2003, 450–451 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi l. l.* 265); KRUSCHWITZ, *Römische Inschriften* 52–53; M. RODRÍGUEZ PANTOJA, in *Ex officina* 393–394. Nihil impedit, quominus colligi possit Caium Orfium, quod nomen hic primum in tota regione occurrit, ex eo, quod ipse tribui Arnensi ascriptus est, e municipio quodam Marrucinum vel Frentanorum vel etiam Carricinorum oriundum fuisse.

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7483 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario recte et transverse in usum posteriorem resecta, in fronte levigata (42) × (22) × 18. Litt. circ. 10. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat parieti intrinsecus inserta ecclesiae Sanctae Mariae in vico *Civitaquana* sitae, ubi a. 1991 descripsi.



[- - -] [(ibertus) Cq[- - -]
[- - -]ae [- - -]
[cum qua vi]xit f[elicitet ?]
[- - -]++[- - -]

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 184 n. 26 cum im. phot. tab. XII fig. 28 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 384 n. 26); ID., in *Fonti latine e greche* II 856 n. 52; ID., in *Valle del Fino*

160 n. 61; ID., in *Pinna Vestinorum* II 248 n. 42 cum im. phot. fig. 397. – Cf. GRECO, *Civitaquana* 22 cum im. phot.

Puncta in formam aculei rosae insculpta.

Supplevi non sine dubiis. – 1–3 [- -] C[- -] | [- -] AE [- -] | [- -] XIT F[- -] EGO in editione priore. – 4 ++ vestigia litt. incertarum.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem esse potest.

7484 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata (18,5) × (24) × ?. Area titulo inscribendo destinata in parte inferiore, ut constat, sulcis duobus marginata. Litt. inter binas lineas ad delineandum ductas affabre insculptae 6. Rep. *Penne* nescio quando loco incerto. Ibidem exstat muro cuidam exteriori inserta in aedibus *Palazzo Vestini* vulgo appellatis in regione, q. d. *Regio Platea*, situs nunc viri docti *Claudio Romagnoli*, ubi a. 1999 descripsi. Attamen incuria hominum hodie latet sub calce.



[- -] ocidiu[s - -].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 71, 2009, 334–335 n. 6 cum im. phot. fig. 6 (AE 2009, 285); ID., in *Pinna Vestinorum* II 255 n. 59 cum im. phot. fig. 407.

Quomodo ratio nominis certe supplenda, nescio (etiam cf. supra tit. n. 3371); in mentem mihi venit nomen Tocidii: vide tit. Marruvii repertum n. 3766, in quo memorantur T. Tocidius Princeps et Tocidia Arrutusa (cf. etiam SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 229). De cognomine autem Nocidii quoque agitur.

Ex litterarum forma alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7485 tit. sepulcralis

Plinthus ex lapide calcario recte et transverse in usum posteriorem resecta in fronte levigata nec non passim caelo dentato dolata (80) × (28) × ?. Litt. affabre insculptae 9. Rep. *Penne* loco incerto nescio quando; in lucem rediit a. 1994 muro inserta fenestrae fontis *Trifonte* vulgo appellati, ubi a. 1994 et denuo a. 2008 describere potui.



[- -] Vo]lusia V(ibi) f(ilia) Ma[- -].

Im. phot. a C. GRECO sumpta.

BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 856 n. 49; ID., in *Valle del Fino* 160 n. 56; ID., *Epigraphica* 71, 2009, 335–336 n. 7 cum im. phot. fig. 7 (AE 2009, 286); ID., in *Pinna Vestinorum* II 255 n. 60 cum im. phot. fig. 408. – Cf. A. R. STAFFA, *ibid.* 169.

Puncta in formam aculei rosa insculpta.

[- -] usia EGO haud recte in ed. pr.

Voluos alios non reperies in titulis Pinnensibus. Attamen non excludo, quin de nomine Lusiae quoque agatur, quod nomen tit. n. 7451 invenies.

Ex litterarum forma prioris partis saec. I p. C. n. esse videtur.

7486 tit. opisthographus sepulcralis

3481 Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo paulum rudis (35,5) × (40) × 8,5. Litt. profunde incisae 4,5. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1994 contuli. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 53700. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008554).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 377; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 591. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 877 n. 71. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 406; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 889; S. D'ALESSANDRO, in *Vestini* 210.



3 [ex t]estam[ento - -] lapis.

Litterarum forma cum saec. I medio a. C. n. convenit vel paulo post.

3482 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 690. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 877 n. 72.

1 quid subsit, nescio. – 2 *m[ater]* restituerim.

Aetatis incertae.

3483 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 877 n. 73. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 154; DITURI, *Territorio* 56.

3 *matert[era]* restitue (etiam vide MOMMSEN ad p. 810). – 5 subest fortasse nomen gentilicium Aedii vel Aediae.

Cui aetati titulus tribuendus sit, incertum.

3484 Tabula ex lapide calcario ex duabus partibus inter se coniunctis composita in fronte, quae praebet foramen in usum posteriorem excavatum, levigata a tergo paululum rudis 59 × 123 × 11. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 43 × 104. Litt. inter lineas ad delineandum ductas cornibus magna ex parte praeditae affabre insculptae 6. Puncta in formam falculae in fine versus quoque signata. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1994 contuli. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1014.VW.83. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008555).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 687. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 877 n. 74. – Cf. LEONARDIS – MARIANGELI, *Pelutium* 16; BUONOCORE, in *Campi aperti* 177.

1 *vivos* pro *vivus*. – 5 *sueis* pro *suis* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 120).

De nomine gentilicio Raii inter al. vide E. PAIS, *Atti Reale Accad. Arch. Napoli* n. s. 6, 1918, 423 et A. BUONOPANE, *Epigraphica* 80, 2018, 564.

Forma litterarum et grammatica ad saec. I p. C. n. adducunt.

3485 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 877 n. 75. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 177.

Fuit fortasse saec. I p. C. n.

3486 Stela ex lapide calcario infra fracta, a sinistra exsculpta undique levigata, supra ornata area fascia continua marginata, in qua flos redactum est (66) × (53) × 12,5. Area titulo inscribendo destinata supra cymatio Lesbio fasciaque ex foliis composita autem ab utroque latere cymatio Lesbio tantum cincta ? × 35. Litt. 5,5/2. Puncta nulla. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 74), ubi a. 1994 contuli. Neg. *D. A. I. Rom* n. 974.VW.83; neg. mus. nat. *L'Aquila* n. 10806. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008556).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 386; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 439, 563; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt PLACIDI, *Pelutium* 35–36 cum im. phot. tab. VI; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 878 n. 76. – Cf. M. MORETTI, *Museo nazionale* 270–271; L. FIORE, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 22, 1994, 40, 44; D'EREDITÀ, *Aveia* 127; BUONOCORE, in *Campi aperti* 177.

4 *Primigenia* pro *Primigenia* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 126).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

3487 Tabula ex lapide calcario supra exsculpta ab utroque latere et infra fracta, in fronte rimis valde deturpata, a tergo scabra (115) × (35,5) × 15,5. Litt. minus accurate insculptae 2,5. Puncta in formam circulorum redacta. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1994 contuli. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 53704. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008557).

De traditione manuscriptorum cf. F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 385; S. SEGNI, *Stud. Class.*

Orient. 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 878 n. 77. – Cf. ANTONINI, *Iscrizioni* 51; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102.



1 *Severe* pro *Severae* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 116). – 2 A ◦ L ◦ L ◦ QVINTIANVS ◦ lapis; non excludo, quin illud ALL ad nomen ex. gr. *All(ius)* vel *All(edius)* vel *All(idius)* vel sim. pertineat (de punctis inter litteras et syllabas signatis inter al. vide W. GARDNER HALE, *Harvard Studies in Class. Philol.* 7, 1896, 265 et J. B. HOFMANN, *Indog. Forsch.* 56, 1938, 116–117); parum probabile agi de tribus viris ad gentem Quintianorum pertinentibus, quibus praenomina fuerunt Aulus, Lucius et Lucius, quos cognomina sequuntur, scil. *Mart(ialis)*, C[- -]. – 3 *ann(is) XX me(nsibus) IIII d(iebus) XV Chre[- -]* lapis.

Ex litterarum forma saec. III p. C. n. tribuerim.

3488 = CLE 605. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 607. Exemplum repetiverunt CHOLODNIK, *Carmina sepulcralia*² 543; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4262; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 41–42 n. 50 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 183–184 n. 50); ID., in *Fonti latine e greche* II 878 n. 78; ID., in *Temptanda viast* 9 n. 39. – Cf. S. SEGENNI, *Epigraphica* 51, 1989, 143; BUONOCORE, *BDASP* 80, 1990 (1992), 76; EUND., in *Campi aperti* 170. 177; S. SEGENNI, *ibid.* 187.

12 *myseri* pro *miseri*. – 15 in. [*iam*] BÜCHELER, [*lux*] CHOLODNIK.

V. 11–16 sunt dactyli hexametri (scil.: *fecimus hunc titulum myseri dulcissimo nato | ut doleat plus iam [vel lux] donec mors finiat una* [vitiose autem corripitur syllaba finalis in *dulcissimo*]), quos sic in sermonem Italicum vertendos opinor: “Noi, sventurati, abbiamo composto questo epitafio per il nostro amatissimo figlio, in modo tale che la vita sia per noi motivo di dolore, fino al sopraggiungere della morte” (sermonem Hispanicum reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* I 317 ad n. CLE). De locis similibus, praeter AUCTORES supra memoratos, etiam vide F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pellege* 190.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuo vel paulo postea.

3489 Ara ex lapide calcario corona pulvinis instructa et crepidine undique prominentibus praedita in fronte levigata a tergo paululum scabra 190 × 90 × 60. Media coronae pars schemate floris cuiusdam geometrico ornata est. In lateribus sinistro urceus, dextro, nunc calce contacto, patera fuit. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta 80 × 52. Litt. 6/4,5. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe supra vicum *S. Maria del Ponte* muro cuidam exteriori ecclesiae *S. Luciae* immissa, ubi vir doctus GIORGIO FILIPPI a. 1983 contulit et me certiore fecit.

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 418; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 500. 604. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 878 n. 79. – Cf. S. ZENODOCCHIO, *BDASP* 87, 1997 (1998),

23 (= EUND., *Viabilità* 110); BUONOCORE, in *Campi aperti* 177; S. SEGENNI, *ibid.* 187; BRANCATO, *Repertorium* II 95.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuo.

3490 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 878 n. 80. – Cf. S. ZENODOCCHIO, *BDASP* 87, 1997 (1998), 23 (= EUND., *Viabilità* 110); BUONOCORE, in *Campi aperti* 177.

De nomine Stacleni, quod redit in tit., qui sequitur, vide O. SALOMIES, in *Voce concordi* 629.

Non excludo, quominus primae aetati imperatoriae referri possit.

3491 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 879 n. 81. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 387; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 137; S. ZENODOCCHIO, *BDASP* 87, 1997 (1998), 23 (= EUND., *Viabilità* 110); BUONOCORE, in *Campi aperti* 177.

2 *Philumina* pro *Philumena* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 126); de cognomine fusius disseruit M. LILLI, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 34, 2009, 55.

Saec. I p. C. n. fuisse videtur.

3492 Stela supra in formam fastigii desinens ex lapide calcario in fronte valde pessumdata, inde nihil legi potest nisi vestigia infirmissima v. 1–3, infra fracta (50) × 34 × ?. In medio fastigio rosa in formam geometricam redacta. Area titulo inscribendo destinata fascia continua cincta ? × 28,5. Litt., quae distingui possunt, attritae 3. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSEL descripsit, nempe muro cuidam exteriori affixa aedium quarundam sitarum in vico *Castelluovo* haud longe a *San Pio delle Camere*, ubi vir doctus EZIO MATTIOCCO a. 1995 contulit et me certiore fecit.

Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 879 n. 82 (e scheda Corporis, quae servatur *Berlin* in Academia); E. MATTIOCCO, *Incontri culturali* 3, 1995, 18–19 adn. 4 cum im. phot. fig. 4, qui autem titulum hactenus ineditum esse suspicatus est. – Cf. BUONOCORE, in *Campi aperti* 177.

1 dedicationem *D(is) M(anibus) s(acrum)* supra aream marginatam insculptam recte legit MATTIOCCO. – 2–3 *C(aio) Summocrino | Re[s]tituto* nunc lapis; de nomine gentilicio Summocrini vide G. CALZECCHI ONESTI, *Stud. Etr.* 49, 1981, 168. 177. 180 et P. POCETTI, in *Campi aperti* 368.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II p. C. n. saltem tribuo.

3493 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 879 n. 83. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 386; S. ZENODOCCHIO, *BDASP* 87, 1997 (1998), 23 (= EUND., *Viabilità* 110); S. SEGENNI, in *Campi aperti* 188.

3 lectio incerta manet; ... **annacrys* MOMMSEN supra p. 746; esse quoque potest *V(ibia) Anna Crys(- -)* pro *Chrys(- -)*.

Aetatis incertae.

3494 Tabula ex lapide calcario infra fracta undique levigata, in fronte fissuris laesa (61) × 54 × 18. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta, cuius pars infra tantum periit, ? × 53. Litt. 4,5. Puncta in formam circulorum hic illic signata. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1994 contuli. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* n. 53705. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008558).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 383; A. PASQUALINI, in *Antino-*

riana I 111; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 494. 588; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 879 n. 84. – Cf. I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 8, 1896, 240; BUONOCORE, in *Campi aperti* 177; S. D'ALESSANDRO, in *Vestini* 210; BRANCATO, *Repertorium* II 97.

De rarissimo praenomine Decumedi vel Decumedii ex forma *Decumus* vel *Decimus* ducto vide SALOMIES, *Vornamen* 70; EUND., in *Prænomina* 21; de nomine gentilicio cogitat A. SCHULTEN, *Klio* 2, 1902, 442. Ofanius redit fortasse tit. n. 3479 (de nomine etiam vide S. FORTUNELLI, *Epigraphica* 63, 2001, 227; etiam vide Ofaniam C. f. Quartam illam tit. urbano huius Corporis vol. VI 1480 (cf. p. 3805. 4704) = *ILS* 907 e Vestinis fortasse oriundam, ut coniecit WISEMAN, *New Men* 58). De nomine Alledii vide S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 449; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 196 (scr. 3463) (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 395) et H. SOLIN, in *Ciceroniana* 72; de cognomine Vestini vide supra ad tit. n. 3476.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

3495 Tabula ex lapide calcario supra, a dextra, infra fracta, in fronte levigata, a tergo rudis (40,5) × (38,5) × 5,5. Area titulo inscribendo destinata fascia continua nunc magna ex parte decussa cincta. Litt. profunde incisae 4,5. Puncta nulla. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1994 contuli. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 53796. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008559).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 585. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 879 n. 85. – Cf. ANTOLINI, *Iscrizioni* 51.



Quomodo ratio nominis certe supplenda sit, in dubio manet; ex. gr. non excludo, quae sequuntur, scil.: - - - - -? | *P(ublius) Tēt[idius]* | *Grat[inus]* | *Adven[tiae]* - - - | *diae ux[ori]* - - -; etiam cf. infra ad tit. n. 7576.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae vel paulo antea tribuerim.

3496 Tabula ex lapide calcario undique levigata, in fronte passim pessumdata 42 × 38 × 2. Litt. 4–3. Puncta rotunda. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1994 contuli. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1022.VW.83; neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 53706. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008560–61).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 383; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 481.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 879 n. 86. – Cf. LEONARDIS – MARINANGELI, *Pelutinum* 22; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 428; S. SEGNI, *Epigraphica* 51, 1989, 155; BUONOCORE, in *Campi aperti* 177; S. SEGNI, *ibid.* 188; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 889; B. AUGIER, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo I 50.



4 *Sosima[e]* MOMMSEN supra ad tit., *Sosimâe* pro *Zosimâe* EGO.

De concubinis vide S. TREGGIARI, *PBSR* 49, 1981, 71–81 (tit. ad p. 80 n. 1 laudatur), A. J. MCGINN, *TAPhA* 121, 1991, 335–375 et M. TRAMUNTO, *Arch. Ven.* n. s. 5°, 206, 2008, 5–31. De nomine gentilicio Salvideni vide T. P. WISEMAN, *Class. Quart.* n. s. 14, 1964, 130; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 59, 1997, 151 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 833); I. DI STEFANO MANZELLA, *ZPE* 85, 1991, 181; J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 19; A. TORTIELLO, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 17, 2004, 555.

Litterae ad saec. I ex. a. C. n. adducunt.

3497 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 879 n. 87. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 148; S. SEGNI, *Epigraphica* 51, 1989, 155; DITURI, *Territorio* 59; SEGNI, in *Campi aperti* 188.

Titulum restituerim hoc modo: *Tymeleini D'ignie* | *Aquilae* (scil. *servae*); *Tymeleni Dignie* pro *Thymeleni* (de qua forma cf. ex. gr. tit. urbanum huius Corporis vol. VI 27781) *Digniae*.

Cui aetati titulus sit tribuendus, non definio.

3498 Fuit epistylum 230 × 59. Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 880 n. 88. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 406; BUONOCORE, in *Campi aperti* 177; EUND., *Latomus* 71, 2012, 889.

1 ex. *pa(ris)* potius quam *Pal(atina)* solvere maluerim.

Ex eo, quod litterae teste DRESSEL fuisse antiquiores videntur, titulus saec. I ex. a. C. n. fuisse quoque potest.

3499 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 417; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 354. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 880 n. 89. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 386; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 137. 138; S.

ZENODOCCHIO, *BDASP* 87, 1997 (1998), 23 (= *EUND.*, *Viabilità* 110); BUONOCORE, in *Campi aperti* 177.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquitur.

3500 Desideratur.


De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 686. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 880 n. 90. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 154; DITURI, *Territorio* 56; BUONOCORE, in *Campi aperti* 177.

2 de nomine Avidiac(c)i fusius in regione Vestina memorato certe agitur; ignoro cognomina Graeca vel Latina, quae incipiunt cum *Pricen*[- -]: videant doctores. – 4 *coiugi* pro *coniugi*.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

3501 Stela ex lapide calcario supra, a sinistra et infra in usum posteriorem recte scissa, in fronte perquam adesa, inde nihil legi potest nisi vestigia infirmissima, in fronte levigata, a tergo paululum scabra (80) × (34) × 13,5. Litt., quae legi possunt, 4,5–1,8. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1994 contuli. *Neg. D. A. I. Rom* n. 1050.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0008562).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 386. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 880 n. 91; ID., in *Temptanda viast* 17 n. 17*. – Cf. GIUSTIZIA, *Territorio* 102; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 234–235 (*AE* 2006, 368); *EUND.*, in *Campi aperti* 167. 177 cum im. phot. fig. 36; *EUND.*, in *Fides amicorum* 104.



Inde a v. 7 carmen incipere conicias. Quamvis titulus totus sit attritus, temptaverim, quae sequuntur, scil. (de supplementis v. 16 et 19 ex. gr. praebitis cf. *CLE* 1326 et 1256): ----- | Ç(aius) Dqm[itius? - -] | Pontli[ae - - - Dor]lchadi [- -] | beneme[renti cum] | q[ua] vixi[- -] | sine ulla [querella]. | TQ[- -]VI[- -] | QI[- -] | + M[- -] | I[- -] | I[- -] | +[- -] | A[- -] | Q[- -]II[- -] | reddi q[nimam] Elysiis? - -] | ÇQNIR+EI[- -] | A+++I ER+++V[- -] | şæpiuş um[bra levem? - -] | + [- -] | -----. – 2 notandum nomen gentile Pontlii redire tit. Pel-tuinati n. 7573. – 2–3 *Dorchadi* pro *Dorcadi*.

Forma litterarum cum saec. II p. C. n. convenit.

3502 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 880 n. 92. – Cf. *EUND.*, *Epigraphica* 68, 2006, 235; *EUND.*, in *Campi aperti* 144. 177; *EUND.*, in *Tribù romane* 37.

5 incertum, utrum illud PAL solvendum in *Pal(atina)* an alio modo.

Aetatis imperatoriae incertae.

3503 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 880 n. 93. – Cf. *EUND.*, *Epigraphica* 47, 1985, 36 (= *EUND.*, *Abruzzo e Molise* II 638); MATTIOCCO, *Centri fortificati* 106.

Notandum hanc inscriptionem a DRESSEL descriptam *Bominaco* in ecclesia S. Mariae eandem ac partem inferiorem tit. n. 7564 esse videre; res autem tota incerta manet.

Aetatem non definio.

3504 Tabula ex lapide calcario supra et infra et a dextra fracta in fronte perquam pessumdata. Puncta triangularia. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe muro cuidam exteriori affixa loco edito ecclesiae Sancti Stephani in vico *Castelnuovo* haud longe a *San Pio delle Camere*, ubi quatenus potui a. 1993 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016103).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 881 n. 94.



ALL[- -] | C ° C[- -] DRESSEL; ----- | A[+[- -] | A[+[- -] | C(ai-) C[- -] | --- lego.

Quomodo ratio nominis restituenda, incertum est.

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. adducit.

3505 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 881 n. 95.

Aetatem non definio.

3506 Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata (9) × (23) × ?. Litt. 7. Punctum in formam hederæ redactum. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSEL descripsit, nempe muro cuidam exteriori affixa aedium quarundam sitarum in vico *Castelnuovo* haud longe a *San Pio delle Camere*, ubi vir doctus EZIO MATTIOCCO a. 1995 contulit et me certiore fecit.

Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 881 n. 96; E. MATTIOCCO, *Incontri culturali* 3, 1995, 19 adn. 4 cum im. phot. fig. 5, qui autem titulum ineditum esse suspicatus est.

Quae exstant ad rationem nominis pertinere videntur; supplementa autem incerta manent.

Forma litterarum punctorumque ad saec. I p. C. n. adducit.

3507 Vide infra tit. n. 7546.

3508 Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata. Punctum in formam aculei sagittae redactum. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSEL descripsit, nempe muro cuidam exteriori edito affixa ecclesiae S. Pauli prope vicum *Prata d'Ansidonia* sitae, ubi a. 1984 quatenus potui contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008571).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 881 n. 98.



[- -]sius esse videtur potius quam [- -]stus.
Aetatis imperatoriae mediae esse videtur.

3509 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 881 n. 99.

2 de nomine gentilicio Stafii fortasse agitur (cf. tit. Aufidena reperto n. 6872).

Cuius aetatis sit, incertum.

3510 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 881 n. 100. – Cf. GIUSTIZIA, *Territorio* 84. 119; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 105; V. PLACIDI, *Peltuinum* 24.

4 de formula *hoc monumentum sive sepulcrum heredem non sequetur* vel sim. fortasse est cogitandum.

Ex eo, quod titulus teste ANTINORI, inde GUALTIERI, repertus est in agro Peltuinati in strata lapidea ante fores ecclesiae Sanctae Mariae sitae in vico *Cinturelli* vulgo appellatae (vide infra ad tit. n. 7532), excludendum non est, quominus illa via eadem ac via Claudia Valeria esse possit; de re universa vide PLACIDI, *l. l.*


Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

3511 Vide infra tit. n. 7565.

3512 = ILCV 2215. Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte valde fissuris rimisque laesa (22,5) × (80) × 21. A sinistra inspicitur vestigium

anaglyphi crucis Latinae. Litt. profunde insculptae 7,5–4. Puncta nulla. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe muro cuidam exteriori affixa ecclesiae S. Pauli prope vicum *Prata d'Ansidonia* sitae, ubi a. 1992 contuli et im. phot. sumpsi. Ad hanc tabulam pertinet fragmentum alterum nullum autem titulum praebens parte maiore crucis illius Latinae ornatum (22) × (86,1) × (21) eodem loco servatum; inde, ut recte est suspicatus vir doctus PANI *l. infra l.*, colligi potest tabulam postea in usum epistylis adhibitam esse. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0008574–75).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 818. 825. Exemplum repetiverunt MARINI, ms. *Vat. Lat.* sign. n. 9071 p. 267 n. 5; G. G. PANI, *ICI* III, 25–26 n. 22 cum im. phot. et del. fig. D; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 882 n. 102; C. PALUMBO, *Planus* 2007, 17 n. 8; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 19 n. 33 cum im. phot. fig. 5. – Cf. GROSSI GONDI, *Trattato* 224; I. C. GAVINI, *Storia dell'architettura in Abruzzo* I, Milano – Roma [1927], 8; A. SILVAGNI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* I 50; BUONOCORE, *Vet. Christ.* 22, 1985, 101 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 204); FIOCCHI NICOLAI, *Cimiteri* 152; L. MIGLIORATI, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 84, 2011/12, 372.



1 in. *Bonifacius* pro *Bonifatius*. – 1 ex. NDNC haud recte GAVINI. – Lege: *Bonifacius pr(es)b(ITER) vivat in D(omi)no | semper.*

Litterae cum saec. VII ex. p. C. n. conveniunt.

4209 (cf. p. 683) = ILS 163 (cf. p. CLXX). Cave, titulus ad Peltuinum Vestinorum fortasse referendus est: vide BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 106. 118 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 258. 275). Tabula ex lapide calcario a dextra et infra imminuta, a tergo scabra (53) × (38) × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata expolita, cymatio inverso cincta, cuius partes adhuc inspiciuntur mutilae a sinistra et superne. Litt. 4,5–3. Puncta in formam virgulae acclivis redacta. Nunc exstat *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 6), ubi a. 1994 contuli. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 53761; neg. mus. nat. *L'Aquila* n. 10793. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0001681. 8576) et ectypum (inv. n. EC0002383).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3629; N. PERSICHETTI, *RM* 27, 1912, 300; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 400 cum im. phot. tab. XIII fig. 26; M. MORETTI, *Museo nazionale* 254; M. CORBIER, *REL* 62, 1984, 254 (cf. p. 264); EAD., in *Sestimum* 181; BUONOCORE, *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 20; ID., in *Fonti latine e greche* II 882 n. 103; FUSCO, *Gestione delle acque* 113–114 n. 18 (etiam cf. p. 43. 58). – Cf. LEONARDIS – MARINANGELI, *Peltuinum* 4. 8; PLACIDI, *Peltuinum* 25; SEGENTI, *Amiternum* 63. 224; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 20. 24; FISHWICK, *Imperial Cult* II 232; SEGENTI, *Suppl. It.* 9, 1992, 35 ad tit.; I. RIERA – P. ZOVANELLO, in *Utilitas*

necessaria 155; ALFÖLDY, *Epigrafia augustea* 61; G. L. GREGORI, in *Usi e abusi* 124; SPADONI, *I Sabini nell'antichità* 109; HORSTER, *Bauinschriften* 103; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 53–54; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 12, 2005, 13–14; EUND., in *Campi aperti* 148–149. 177 cum im. phot. fig. 11; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 221; ZENODOCCHIO, *Viabilità* 89; BUONOCORE, *Epigraphica* 73, 2011, 326–327; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9°, 21, 2010 (2011), 190; P. SOMMELLA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 84, 2011/12, 279; E. GUIDOBONI ET AL., *Bull. Seism. Soc. Amer.* 102, 4, 2012, 1603; S. SISANI,

in *Instrumenta Inscripta* III 77; L. MIGLIORATI, *Sc. Ant.* 20.1, 2014, 133.

Laudantur aediles quinquennales Salvienus Paulus et Salvienus Florus tit. infra n. 7529 quoque memorati, qui Aquam Augustam in honorem Tiberii Caesaris Augusti nepotumque eius Peltuinum inter d. 14 m. Sept. a. 23 et d. 16 m. Mart. a. 37 p. C. n. pro aeternitate Caesarum adduxerunt. De Aqua Augusta (infra tit. n. 7530 quoque memorata) ex cognomine Augusti deprompta fusius disseruit ALFÖLDY, *l. l.* 61–62 (etiam vide JOUFFROY, *La construction publique* 69 et C. BRUUN, *Arctos* 44, 2010, 64–65).

7520 tit. sacer

Parallelepipedum, i. e. mensa, ex lapide calcario a dextra fractum, in fronte passim scalpro dentato dolatum, a tergo scabrum in usum posteriorem adhibitum pro limine inferiore domus cuiusdam ad saec. IV ex. p. C. n. fortasse referendae (15,5) × (118) × 45. In media facie sursum directa extat plinthus alt. circ. 3, sub qua insculptus est titulus *Apellune*; a sinistra et a dextra supersunt vestigia aliarum plinthorum, in cuius dextri fronte pes litt. incertae (vide infra) inspicitur; inde colligi potest, ut recte demonstravit SOMMELLA *l. infra l.*, super mensam lat. circ. 178/180 positam in loco dis sacrato sine tecto vel in loco parvo deo sacrato cum ara quattuor plinthos exstare nec aptam esse ad sustinenda duo signa vel imagines deorum. Litt. in duas columnas ordinatae (I–II) 4,5. Rep. Peluini aestate a. 1983 effossionibus a praefectura antiquitatum prope porticum areae sacrae actis. Servatur ibidem inter reposita eiusdem praefecturae, ubi a. 2002 contuli.



Fig. α




Fig. β

Col. I: Col. II:
Apellune. +[- -]

Fig. α: Im. phot. a FULVIO GIUSTIZIA sumpta.
Fig. β: Im. del. e SOMMELLA repetita.
GIUSTIZIA, *Territorio* 73. 98 cum im. phot. tab. XLVII fig. 2; P. SOMMELLA, in *Mélanges Raymond Chevallier* 279–291 cum

im. phot. fig. 2–4 (AE 1994, 545) (= ID., in *Peltuinum* 44–49, cum im. del. et im. phot. fig. 67); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 882 n. 106; RIX, *Sabellische Texte* MV10; DUPRAZ, *Vestins* 303–306 n. 20 (etiam cf. 14. 143–144); *Imagines Italicæ* I 216–217, Vestini / PELTVINVM 1 cum im. phot. et del.; P. SOMMELLA, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 84, 2011/12, 281–287 cum im. phot. fig. 6–7 et im. del. fig. 8 (cf. AE 2012, 417). – Cf. EUND., in *Terremoti* 484–485 cum im. phot. fig. 250; D. NONNIS, in *Sanctuaires* 49 n. 160; BUONOCORE, in *Campi aperti* 153 cum im. phot. fig. 17; F. GIUSTIZIA, *ibid.* 221–222 cum im. phot. fig. 35; P. POCSETTI, *ibid.* 388–389; L. MIGLIORATI, in X. DUPRÉ RAVENTÓS – S. RIBICHINI – S. VERGER (Ed.), *Saturnia Tellus. Definizioni dello spazio consacrato in ambiente etrusco, italico, fenicio punico, iberico e celtico. Atti del convegno internazionale svoltosi a Roma dal 10 al 12 novembre 2004*, Roma 2008, 353 adn. 30; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 274 n. 147; F. BIANCHI, *Stud. Rom.* 57, 2009, 136; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 887; L. MIGLIORATI, in *Vestini* 254; RAPISARDA, *Monoliti* 41; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 347.

Col. I: punctum triangulare in fine versus signatum. – Col. II: + est hasta recta fortasse ad initium nominis dei vel deae cuiusdam pertinens; MIGLIORATI non excludit, quin subsit *H[ercules]* vel *I[uno]* vel *I[uppiter]* vel *L[iber]* vel *L[atona]* vel etiam appellatio *L[ycus]*. Contra SOMMELLA, qui de vocabulo *d[ono]* vel del locutione *ex d[ecurionum] d[ecreto]* quamquam dubitanter cogitat.

De forma *Apellune* praeter E. CAMPANILE, *Stud. Class. Orient.* 41, 1991, 286–287 cf. formam Osce exaratam *Apellune* in mensa arae rep. a. 1998 Teani Sidicini, de qua vide S. DE CARO, *Stud. Etr.* 63, 1997 (1999), 456–458; RIX, *l. l.* Si3 = *Imagines Italicæ* TEANVM SIDICINVM 2. De re universa vide POCSETTI, *l. l.* Titulos in regione quarta repertos Apollini dicatos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 218 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 144).

Litterae ad saec. I a. C. n. medium saltem adducunt vel paulo antea; attamen L. GASPERINI, in *Atti Roma* I 410 adn. 53, suspicatur, nescio qua causa, titulum antiquiorem fuisse aetate autem posteriore restitutum esse.

7521 tit. fortasse sacer

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte fissuris valde laesa (16) × (25,5) × (23,5). Litt. 3,7/2,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servari videtur muro cuidam exteriori affixa fenestrae sinistrae ecclesiolae ruralis S. Luciae in regione, q. d. S. *Maria del Ponte* prope vicum *Tione degli Abruzzi* sitae, ubi viri docti GABRIELE CIFANI et GIORGIO FILIPPI pro viribus suis descripserunt et me certiore fecerunt.

[- - -] Vibius C(ai) f(i)lius C[- - -]
[- - -] serv(us) Me+[- - -]
[- - -] qui fuit inte+[- - -]
[- - -] Herculis sa[cr- - -]

BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 883 n. 107; ID., in *Dediche sacre* 274 n. 150. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 157.

Ex eo, quod titulum inspicere non potui, supplementa sub iudice maneant; nam descripti non sine dubiis ex scidula mihi suppeditata a CIFANI et FILIPPI supra laudatis. Titulos in regione quarta repertos Herculi dicatos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150). Praetermittendus quoque non est tit. ille, scil. huius Corporis vol. I² 62 (cf. p. 868) = XIV 2892 = *ILLRP* 132 = *Imagines* 70, ubi memoratur L. Gemenio(s) L. f. e Peluino fortasse oriundus, qui Praeneste saec. III medio a. C. n. vel paulo postea titulum Herculi dicavit (de titulo etiam vide SANTINELLI, *Santuari* 179–181 n. 18 cum im. phot. et del. et D. NONNIS, in *Terme di Diocleziano* I 184–195 n. III. 31, cum alia bibliographia; etiam cf. F. VAN WONTERGHEM, in *Transhumance* 292 et L. MIGLIORATI, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 84, 2011/12, 353). De locutione *Pelt(uino)* in tit. huius Corporis vol. I² laudato etiam cf. tit. huius Corporis vol. VI 32522 a I. 1 (inter a. 151 et 172 p. C. n.), ubi memoratur praetorianus quidam cognominatus Crescentianus *Pelt(uino)* (cf. FORNI, *Tribù* Y135; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37. De tribu, cui praetorianus est adscriptus, vide FORNI, *Scripta minora* 239–240. 427).

Litterae, ut mihi dicunt viri docti supra memorati, temporis spatio inter saec. I ex. et II in. p. C. n. comprehenso sunt tribuendae.

7522 tit. sacer

Ara ex lapide calcario supra fracta crepidine undique prominente praedita, in fronte passim fissuris laesa (90) × 56 × 56. In facie sinistra exstat forum ad aram figendam aptum. Litt. 7/5,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur in claustro monasterii S. Francisci in vico *Fontecchio* siti, ubi a. 2002 contuli.



Iovi
Depuls(ori).

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

E. MATTIOCCO, *Arch. Class.* 20, 1968, 134–136 cum im. phot. tab. LII fig. 1–2 (AE 1968, 154); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 883 n. 110; ID., in *Dediche sacre* 275 n. 152. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 392; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 138; EUND., *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 547; BUONOCORE, in *Campi aperti* 157.

Puncta nulla.

De Iove Depulsore hic solum in tota regione laudato vide H.-G. PFLAUM, *AIPhO* 13, 1953 [*Mélanges Isidore Lévy*], 445–460; etiam M. HAINZMANN, in L. RUSCU et AL. (Ed.), *Orbis antiquus. Studia in honorem Ioannis Pisonis*, Cluj-Napoca 2004, 224–234; G. MIGLIORATI, in *Analecta Brixiana* II 215; A. HILALI, in *Roma e le province del Danubio. Atti del I Convegno internazionale, Ferrara, Cento, 15–17 ottobre 2009* (LAD 1), Soveria Mannelli (CZ) 2010, 461–468; N. SESARIK – D. ŠTRMELI, *ZPE* 199, 2016, 237–238. Praetermittendus quoque non est as ille cusus inter a. 269/216 vel 213/211 a. C. n. repertus una cum thesauro nummorum m. Apr. a. 1905 inter vicos *Collepietro* et *Navelli* in regione appellata *San Salvatore* signatus *Diovis | stipe* (litterae cautione spoliandi a sacerdotibus sacrarii cuiusdam incusae esse videntur), de quo praeter huius Corporis vol. I² 2484 (cf. p. 882) = DIEHL, *Altlateinische Inschriften*⁵ 125 = *ILLRP* 191, vide inter al. cum alia bibliographia S. BALBI DE CARO, in *Culture adriatiche antiche* 544 cum im. phot. 379–381; MORELLI, *Collepietro* 25–26; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 274 n. 151; DUPRAZ, *Vestins* 347–351 n. 27 (etiam cf. p. 135–136); S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 587; S. L. FERRERI, *Il Capitale culturale. Studies on the Values of Cultural Heritage* 12, 2015, 727. Titulos in regione quarta repertos Iovi dicatos recensui in ephemeride *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 223–224 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 151–152) et *Athenaeum* 79, 1991, 525–526.

Forma litterarum ad saec. II vel potius III p. C. n. adducit, cui tempori cultus Iovis Depulsoris sane congruit.

7523 tit. operis publici

Tabula ex marmore in usum posteriorem undique resecta, in fronte levigata lata circ. 100. Litt. affabre insculptae circ. 6,8. Rep. loco incerto nescio quando. Usque ad a. 1998 coronae usui fuit ecclesiae S. Mariae Victoriae olim vulgo dictae *S. Petrus de Fonticulis* prope vicum *Fontecchio* sitae, ubi quatenus potui a. 1997 contuli. Quo autem loco nunc exstet, ignoro.



[- -]V[- -]
[- -]A[- -]NA[- -]
[- -]aed]em Quirini vetu[state - -].

Im. phot. e LA REGINA repetita.

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 390 cum im. phot. tab. X fig. 19; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 883 n. 111; ID., in *Dediche sacre* 276 n. 165; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 588. – Cf. JOUFFROY, *La construction publique* 77; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 96; E. THOMAS – CHR. WITSCHL, *PBSR* 60, 1992, 173; BUONOCORE, in *Campi aperti* 156; STEK, *Cult places* 70; DUPRAZ, *Vestins* 123.

Puncta distingui nequeunt.

3 *vetu[stare dilapsam vel collapsam restituit]* supplere quoque potuissem.

Excludendum non est, quominus tit. n. 7593 ad hanc inscriptionem referendus sit. Titulos Quirino sacros in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 227 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 156); de re universa vide RADKE, *Die Götter Altitaliens*² 268–270; EUND., in *ANRW II* 17, 1, 1981, 276–299; D. PORTE, *ibid.* 300–342; S. DUŠANIĆ – Ž. PETROVIĆ, *Aevum* 76, 2002, 63–75.

Litterae ad aetatem imperatoriam q. d. Flavia adducunt.

7524 tit. sacer

Cippus ex lapide calcario supra rotundatus, corona et crepidine in fronte et ab utroque latere prominentibus praeditus, undique fissuris laesus 74 × 28,5 × 25. A tergo exstat sulcus continuus, quo cippus in pluteum quendam insertus videtur. In media corona imago falculae incisa; infra titulum effictae duae oviculae; urceus in latere sinistro, pedo (de quo anaglypho fusius disseruerunt H. DEVIJVER – F. VAN WONGERHEM, *Anc. Soc.* 19, 1988, 97–102) et fistula in latere dextro. Litt. impares 4/2,5. Rep. circ. a. 2000 in area antiquae urbis iuxta callem. Servatur *Prata d'Ansidonia* inter reposita praefecturae antiquitatum. Contuli a. 2014 ad im. phot.



*Silvano
Agilis et
Saturninus*

f(ratres) v(otum) s(oluerunt) l(ibentes) m(erito).

Im. phot. a LUISA MIGLIORATI sumpta.

L. MIGLIORATI, *Sc. Ant.* 17, 2011, 739–740; EAD., *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 84, 2011/12, 362–363 cum im. phot. fig. 8–11 (*AE* 2012, 418). – Cf. M. CORBIER, *MEFRA* 128, 2016 (2017), 275 adn. 29 cum im. phot. fig. 2a–b.

Puncta in formam hederæ (v. 2) et trianguli (v. 4) insculpta.

4 add. esse videtur; *f(ecerunt) AE*.

Titulos sacros Silvano, qui deus fusius Peltuini venerationem habuit, in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 227–228 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 157–158). De re universa vide DORCEY, *Silvanus* passim et, inter al., M. CLAUSS, *Klio* 76, 1994, 381–387; S.

PANCIERA, in *Studia Georgi Mihailov* 347–362 (= EUND., *Epigraphi* I 421–437); A. BUONOPANE, *Atti Accad. Rov. Agiati* s. 7°, 9A, 249, 1999, 314–320; C. ZACCARIA, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 1098–1116; F. CENERINI, in *Varia epigraphica* 139–153; P. KRAGELUND, *ZPE* 56, 2005, 211–224.

Fratres Agilis et Saturninus servi fuisse videntur.

Ex forma litterarum monumentique saec. III in. p. C. n. tribuerim.

7525 tit. sacer

Tabula ex lapide calcario supra et infra et a sinistra fracta, in fronte paululum levigata. Rep. loco incerto nescio quando. Servabatur maceriae cuidam exteriori affixa prope parvum lacum ad vicum *Collepietro* situm. Perisse videtur. Descripsi ut potui ex MATTIOCCO a. 2002.



*[Si]lvano
[sanc(to)] sacrum.
[- - -]++
-----*

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

E. MATTIOCCO, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 543 cum im. phot. tab. III fig. 1 (*AE* 1991, 559); MORELLI, *Collepietro* 27 cum im. phot. fig. 8 bis; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 884 n. 113; ID., in *Dediche sacre* 275 n. 162. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 156.

Restitui non sine dubiis. – *[Si]lvano | sacrum* MATTIOCCO. – 3 ++ sunt hastae rectae, inde non excludo, quin locutio illa vel sim. *v(otum) s(oluit) l(ibens) m(erito)* sit supplenda.

De deo Silvano vide supra ad tit. praecedentem.

Ex litterarum forma saec. I ex. p. C. n. vel paulo postea tribuerim.

7526 tit. sacer

Tabula a dextra fracta ex duabus partibus inter se non coniunctis composita. Pars *a*: (54) × (35) × ?; pars *b*: (50) × (16) × ?. Litt. ut traditur affabre incisae. Rep. loco incerto nescio quando. Servabatur muro cuidam affixa aedium domini *Santo Orioli* in vico *Castelnuovo* sitarum prope vicum *S. Pio delle Camere*, ubi vir doctus NICCOLÒ PERSICHETTI a. 1894 inspexit. Perisse videtur. Descripsi quatenus potui ex PERSICHETTI a. 2002.

FVLGVR
CONdit

*Fulgur [dium vel divum]
con[ditum].*

Im. a PERSICHETTI del.

N. PERSICHETTI, *NSA* 1894, 290 n. 3; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 883 n. 112; ID., in *Dediche sacre* 275 n. 163. – Cf. R. GARDNER, *JRS* 3, 1913, 225; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 396; BUONOCORE, in *Campi aperti* 159; DUPRAZ, *Vestins* 119.

De bidentalibus vide A. MAIURI, *Rend. Accad. Arch. Napoli* 21, 1941, 53–72 (titulus memoratur ad p. 68 adn. 1); C. PIETRANGELI, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 25/26, 1949/51, 39; A. BISCARDI, in *Studi in onore di Ferrante Rittatore Vonwiller* II, Como 1980, 65–77; L. GASPERINI, in *Lapidario Zeri* 25–27; B. RÉMY – M. HEJMANS, *ZPE* 128, 1999, 235–236; M. KHANOUSI, *CRAI* 1999, 469–479; J. A. DELGADO DELGADO, in F. DIEZ DE VELASCO (Ed.), *Miedo y religión*, Madrid 2000, 245–256; S. BURNELLI, *Epigraphica* 66, 2004, 185–215; D. MANCONI – S. SPIGANTI, *Bibl. Dep. Umbria* 64, 2017 (2018), 5–14; C. MOLLE, in *Valle di Comino* XV 192–194. Etiam vide G. PACI, in *Giornata di studi* 9–12 et cum ampla inquisitione R. HASSAN, *La poesia e il diritto in Orazio. Tra autore e pubblico* (Pubblicazioni del Dipartimento di Scienze Giuridiche. Università degli Studi di Roma «La Sapienza» 91), Napoli 2014, 126–130.

Saec. I p. C. n. esse videtur.

7527 = I² 3266 tit. fortasse sacer

Pars coronae ex lapide calcario cymatio recto ornatae undique paululum levigatae 16,4 × (42) × 99. Latus dextrum ita sectum, ut corona, si in usum posteriorem abscisa non est, esset pars coronae magnae ex duabus vel tribus partibus inter se coniunctis saltem compositae. Litt. 4. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur inter reposita ecclesiae S. Mariae in *Cerulis* vulgo *Annunziata* vici *Navelli*, ubi a. 1966 vir doctus A. LA REGINA reperit. Ibidem exstat et a. 2002 denuo contuli.



L(ucius) Pontediu[s] - - -].

Im. phot. e LA REGINA repetita.

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 404–405 cum im. phot. tab. XII fig. 31; GIUSTIZIA, *Territorio* 70; DEGRASSI, I² 3266 cum im. del. et im. phot. tab. 87 fig. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 888 n. 138; ID., in *Dediche sacre* 276 n. 166; DUPRAZ, *Vestins* 337–341 n. 25 (etiam cf. p. 31. 106. 319); S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 587. – Cf. COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 34; GIUSTIZIA, *Territorio* 70; D. NONNIS, in *Sanctuaires* 29. 49 n. 163; BUONOCORE, in *L'ombelico d'Italia* 70–71; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 66; EUND., in *Campi aperti* 136. 177 cum im. phot. fig. 1; S. E. DUPRAZ, in *Onomastica* 322; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9°, 21, 2010 (2011), 191; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 346.

Litt. L cum hasta acclivi loco hastae libratae; litt. N dextrorsum inclinata. Punctum in formam circuli redactum.

Pontedius est antiquior forma nominis Pontidii. Cf. Caium Pontedium illum, qui praetor Vestinorum bello sociorum fuisse videtur (VELL. 2,16,1; APP. civ. 1,40). Notandum eodem loco inventum esse tit. n. 3414 Herculi Iovio dicatum.

Ex forma litterarum et ex materia lapidis circ. saec. II ex a. C. n. esse videtur vel paulo postea.

7528 tit. incerti generis imperatoris

Tabula ex aere undique recte scissa. Rep. inter a. 1994/95 Peltuini in area sacra templi. Servatur in vico *Prata d'Ansidonia* inter reposita praefecturae antiquitatum. Accessui clausam descripsi ut potui ad im. phot.



[- - - pont]if(ici) m[ax(imo), trib(unicia) pot(estate) - - -]
[imp(eratori) - - - , co(n)s(uli) -]III, p(atrici) [p(atriciae) ? - - -]

Im. phot. a Praefectura antiquitatum sumpta.

L. TULIPANI, in *Peltuinum* 53 cum im. phot. tantum. – Cf. BUONOCORE, in *Campi aperti* 165.

Puncta in formam virgulae acclivis redacta.

Supplevi non sine dubiis.

Litterae ad saec. I p. C. n. adducunt vel paulo post.

7529 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario undique fracta. Rep. loco incerto nescio quando. Servabatur muro cuidam affixa aedium domini *Daniele Cassiani* in vico *Bominaco* sitarum, ubi vir doctus NICCOLÒ PERSICHETTI a. 1912 inspexit. Periisse videtur. Descripsi quatenus potui ex PERSICHETTI a. 2002.

Tit. ita traditus est:

... INPENS A DD ...
... CINAM · FECE ...
... ENI · PAVLVS · ET · FLO ...
QVINQ

Fuit fere:

[- - -? sua] inpensa d(ono) d(ederunt) [- - -]
[et pis]cinam fece[runt]
[Salvi]eni Paulus et Flo[rus]
[aed(iles)] quinq(uennales).

Im. a PERSICHETTI del.

N. PERSICHETTI, *RM* 27, 1912, 309 n. 7; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 884 n. 116. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 149. 177; EUND., in *Epigrafia d'età augustea* 54; EUND., *Epigraphica* 73, 2011, 326–327.

1 *inpensa* pro *impensa*.

Supplevi non sine dubiis.


Laudantur aediles quinquennales Salvienus Paulus (etiam cf. supra tit. n. 3448) et Salvienus Florus (de nomine Salvieni

vide M. J. PINA, in *Homenaje a Ricardo Olmos* 205), qui piscinam et aliquid ad res sacras fortasse pertinens sua pecunia fecerunt. Notandum eosdem aediles Aquam Augustam in honorem Tiberii Caesaris Augusti nepotumque eius Peltuinum inter d. 14 m. Sept. a. 23 et d. 16 m. Mart. a. 37 p. C. n. pro aeternitate Caesarum adduxisse, ut sane elicitur ex tit. n. 4209 (cf. p. 683) = ILS 163 autem errore ad Amiternum a MOMMSEN tributo; etiam vide PERSICHETTI, *l. l.* 27, 1912, 300; JOUFFROY, *La construction publique* 69. Etiam vide tit. sequentem.

Si recte sum interpretatus, titulum saec. I medio p. C. n. vel paulo antea tribuerim.

7530 = ILS 9368 tit. operis publici

Tabula lapidis calcarii ex quattuor partibus inter se fere coniunctis composita in margine superiore et inferiore fracta undique levigata et passim scalpro dentato dolata 72 × 82 × 21. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta 61 × 72. Litt. exiles 4–3,5. Rep. a. 1901 casu et fortuito ab agricola *Pietro di Prospero* in regione, q. d. *Valle Badarci* vel *Vadarce*, prope vicum *Castelnuovo* haud longe a *Prata d'Ansidonia* situm. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 8), ubi a. 1994 contuli.



Sex(tus) Vitulasius L(uci) f(ilius)
Qui(rina) Nepos, co(n)s(ul),
Aquam Aug(ustam) adiecit(is)
fontib(us) novis sua pec(unia)
5 *perduxit et arcus*
novos fecit.

Im. phot. e LA REGINA repetita (adde neg. Sopr. *L'Aquila* n. 10795).

N. PERSICHETTI, NSA 1903, 515 (AE 1904, 51); ID., *Di un acquedotto peltuinato fatto dal console Sesto Vitulasio Nepote*, *L'Aquila* 1906; ROCKWELL, *Private Baustiftungen* 65 n. 505; DESSAU, ILS 9368; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 397. 400 cum im. phot. tab. XIII n. 25; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 885 n. 120; E. GUIDOBONI et AL., *Bull. Seism. Soc. Amer.* 102, 4, 2012, 1603; FUSCO, *Gestione delle acque* 113 n. 17 (etiam cf. p. 46–47); ENGFER, *Private Munifizenz* 166–167 n. 250. – Cf. R. GARDNER, *JRS* 3, 1913, 225; M. MORETTI, *Museo nazionale* 254; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 28; ALFÖLDY, *Epigrafia augustea* 61; BUONOCORE, *Epigraphica* 68, 2006, 235; EUND., in *Campi aperti* 144. 149–150. 177 cum im. phot. fig. 12; S. SEGENTI, *ibid.* 187; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 54; FORNI, *Tribù* V1008; BUONOCORE, in *Tribù romane* 37; EUND., *Epigraphica* 73, 2011, 327; EUND., in *Scritti Salvatore Alessandri* 43–44; L. MIGLIORATI, *Sc. Ant.* 20.1, 2014, 133.

Puncta triangularia.


3 *adiect(am) LA REGINA*. – 4 *fontibus* PERSICHETTI (inde DESSAU, ILS et GARDNER); *fonti(bus) LA REGINA*.

Eodem loco prodit tit. n. 3430. Aqua Augusta tit. n. 4209 ad Peltuinum referendo quoque nominata (de Aqua Augusta vide ALFÖLDY, *l. l.* 61–62 cum alia bibliographia; etiam vide JOUFFROY, *La construction publique* 69 et C. BRUUN, *Arctos* 44, 2010, 64–65). Etiam cf. supra tit. Teatinum n. 3018. De Sexto Vitulasio Nepote consule suffecto a. 78 p. C. n., ex Aveia fortasse oriundo, vide M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* I 189; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 492 n. 595; S. SEGENTI, in *Epigrafia e territorio* VII 135. 139; EAND., in *Quotidien municipal* 221–222; videtur Romae domum possedissee; de re universa etiam vide W. ECK, *RE Suppl.* XIV, 1974, col. 912 n. 2; EUND., in *Lexicon Topographicum* II 215; K. WACHTEL – M. HEIL, *PIR*² V 778. Cuius consulis memorantur Aveia vilicus, cui nomen Glaucus (tit. n. 3617) et in vico Fifulano serva quaedam (tit. n. 3587).

Titulus positus a. 78 p. C. n. vel paulo post, cui tempori litterarum forma sane congruit. Immo apud GUIDOBONI et AL., *l. l.* non excluditur, quominus refectio facta sit post terrae motum quendam circ. a. 75. Tota res autem incerta manet.

7531 tit. operis publici

Tabula ex lapide calcario undique levigata, in fronte scissuris laesa 27 × 44 × 31. Litt. 2–3. Rep. a. 1991 casu et fortuito a domino *Pietro di Pietri* dum opus rusticum fit in regione, q. d. *Vicenne della Corte*, prope vicum *S. Benedetto in Perillis*. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 39049), ubi a. 2002 contuli.



C(aius) Catis T(iti) filius, V(ibi)us Suellius C(aii) filius,
L(ucius) Vibijes L(uci) filius, P(ublius) Sucidius L(uci) filius,
aidil(es) fac(iundum) coir(averunt).

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

E. MATTIOCCO – R. TUTERI, *Boll. Arch.* 9, 1991 (1993), 83–88 cum im. phot. fig. 8 (AE 1992, 350); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 884 n. 114; RIX, *Sabellische Texte* MV12; BUONOCORE, in *Epigrafia* 2006 578; DUPRAZ, *Vestins* 369–376 n. 31; *Imagines Italicae* I 221, Vestini / INCERVLAE 2 cum im. phot.; S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 589. – Cf. H. SOLIN, in *Atti Roma* I 389 n. 33; BUONOCORE, *PP* 59, 2004, 423; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 12, 2005, 20; EUND., in *Campi aperti* 136; EUND., in *L'ombelico d'Italia* 75; EUND., in *Homenaje Armin U. Stylow* 71; C. RICCI, in *Scritti Lorenzo Braccesi* 697–698; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 888.

Puncta triangularia sursum directa.

3 *aidil(es) fac(iundum) coir(averunt)* pro *aedil(es) fac(iendum) cur(averunt)*.

Memorantur quattuor aediles, scil. forma Latina restituta Caius Catus Titi filius, Vibius Suellius Caii filius, Lucius Vibius Lucii filius et Publius Sucidius Lucii filius, qui opus quoddam faciendum curaverunt. Notandum nomen Sucidii aliunde ignotum esse. Praetermittendus quoque non est Caius Catus Vestinus ille, cui Cnaeus Plancius a. 43 a. C. n. manum

iniecit (Cic. *fam.* 10,23,5; etiam vide M.-C. FERRIÈS, *Les partisans d'Antoine. Des orphelins de César aux complices de Cléopâtre* (*Scripta antiqua* 20), Bordeaux 2007, 365 n. 37; B. AUGIER, in *Epigrafia e ordine senatorio, 30 anni dopo* I 50). De nomine vide supra ad tit. n. 3461.

Ex litterarum punctorumque forma et ex grammatica priori parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7532 tit. operis publici

Stela ex lapide calcario in fronte scalpro dentato passim dolata, in facie sursum directa levigata, in latere dextro rudis, in sinistro levigata, infra latior, 112 × 50 × 23 (sup.)–26 (inf.). Litt. impares 7/6. Rep. a. 2009 muro cuidam exteriori aedificii signati litt. F affixa haud longe ab ecclesia Sanctae Mariae sitae in vico *Cinturelli* (cf. tit. n. 3510. 7545. 7577. 7579. 7588), ubi sepulcretum in lucem est detectum, prope *Caporciano*. Servatur *Capestrano* in viridario castelli olim gentis *Piccolomini*. Descripsi ut potui m. Nov. a. 2016 ex im. phot. et ad schedam, quas SERAFINO LORENZO FERRERI et PAOLO PANCI m. Oct. a. 2016 comiter miserunt.



*D(e) v(ici) s(ententia)
f(aciund-) co(irav-).*

Im. phot. a FERRERI sumpta.

Cf. S. D'ALESSANDRO – V. D'ERCOLE – A. MARTELLONE, *Quad. Arch. Abruzzo* 1, 2009 (2011), 190 cum im. phot. fig. 6.

Puncta in formam trianguli sursum directi insculpta.

2 *f(aciundum* vel *-dam* vel *-da) co(iravit* vel *-verunt* vel *-vere)* supplere potuissem.

Tit. magni momenti est, ex eo, quod prope *Cinturelli* vicus antiquitus exstitisse videtur. Stela fortasse muro cuidam saepti fani cuiusdam vel potius fontis publici inserta erat. Excludendum quoque non est, quin nomina aedilium vel magistrorum, qui de vici sententia opus faciendum curaverunt, in stela altera prope posita insculpta sint.

Ex forma litterarum priori parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7533 tit. fortasse operis publici

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte perquam adesa (40) × (30) × ?. Litt. ad actuaras transgredientes rusticae passim inclinatae 3,5/3. Rep. a domino ALBERTO RAPISARDA a. 2005 muro cuidam exteriori inserta domunculae prope lacum hodie *Sinizzo* appellatum haud longe a vico *S. Demetrio ne' Vestini*, ubi a. 2007 descripsi.

[- - -] *a]quam* [- - -]
[- - -] *co]nstruc[to lapide* [- - -]
[- - -] *p]lumbo* [- - -]
[- - -] *Pel]tuinatu[m* [- - -]
5 [- - -] *st]abili don[avit* [- - -]
[- - -] *h]uic [c]ivitati om[nifariam?* [- - -]



Im. phot. a RAPISARDA facta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 73, 2011, 325–327 n. 1 cum im. phot. fig. 13 (*AE* 2011, 313); RAPISARDA, *Vestini* 140–141 cum im. phot. fig. 86. – Cf. L. MIGLIORATI, *Sc. Ant.* 20.1, 2014, 135.

Puncta nulla.

Quamquam supplementa incertissima manent, non excludo, quominus de opere ad aquam quandam adducendam pertinente agatur (etiam vide supra, quae scripsi ad tit. *Peltuinates* n. 4209. 7530). De titulo fusius disserui ad *l. l.*, inde iterare nolo.

Ex litterarum forma inter saec. II et III p. C. n. tribuerim.

7534 tit. loci theatri

Tabula ex lapide calcario ad podium praecinctionis secundi ordinis theatri *Peltuinatis* ab utroque latere fracta, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo levigata. Litt. impares 6,5/5. Rep. circ. a. 2000 *Peltuini* in effossionibus a praefectura antiquitatum *Aprutinae* in ima cavea theatri institutis (de aedificio vide D. NEPI, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 84, 2011/12, 333–350). Servatur *Prata d'Ansionia* inter reposita eiusdem praefecturae. Contuli a. 2014 ad im. phot.



P(- - -) P(- - -) Felicis

Im. phot. a LUISA MIGLIORATI sumpta.

L. MIGLIORATI, *Riv. Top. Ant.* 17, 2007, 121–125 cum im. phot. fig. 20 (AE 2008, 450); EAD., *Sc. Ant.* 17, 2011, 740; EAD., *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 84, 2011/12, 386 cum im. phot. fig. 37. – Cf. NEPI, *l. l.* 343 cum im. phot. fig. 8; MIGLIORATI, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 171 cum im. phot. fig. 2.

Puncta triangularia.

Recte, ut opinor, MIGLIORATI solvit *P(ubli) P(ompulledi) Felicis*, ex eo, quod Publius Pompulledius Felix quidam laudatur tit. n. 3592 = 2412 (cf. p. 697), nunc servato in vico *Paganica* in aedibus gentis *Dragonetti – De Torres*, qui una cum nepote Publio Octavidio Crescente et patre eius Publio Octavidio Thoante titulum posuit filiae suae Pompullediae Pisti. Excludendum non est, quin P. Pompulledius Felix, e vico Fificulano prope Peltuinum sito oriundus, idem ac P. Pompulledius Felix huius tituli sit, qui locum theatri Peltuinitis quoque possidebat. De locis theatri vel amphitheatri imprimis vide J. KOLENDO, *Archeologia* 30, 1979, 39–55, EUND., *Ktèma* 6, 1981, 310–315; E. RAWSON, *PBSR* 55, 1987, 108–109; etiam cf. *Diz. epigr.* IV, 1460–1462 et *TbLL* VII 2, col. 1575–1576; etiam S. ORLANDI, *Epigrafia anfiteatrale* passim, A. BOLLA, in *Est enim ille flos Italiae* 77–101, P. ROSE, *PBSR* 73, 2005, 99–130, G. PACI, in *Epigrafia dei porti* 275–288, C. LETTA, *NS* s. 9°, 19/20, 2008/09 (2010), 120–133 et S. BRAITO, in *Inscrizione esposta* 153–183. De iure sedendi in theatro vide A. CASSARINO, *Stud. Doc. Hist. Iuris* 83, 2013, 577–589.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

7535 tit. operis cuiusdam

Tabula ex lapide calcario utrimque fracta fortasse ad frontem arae pertinens. Rep. nescio quando loco incerto. Litt. inclinatae. Exstabat muro exteriori affixa apsis ecclesiae S. Pauli prope vicum *Prata d'Ansionia* sitae, ubi viri docti FULVIO GIUSTIZIA et VINCENZO CICERONE m. Sept. a. 1983 descripserunt. Servari videtur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi autem non repperi. Descripsi a. 2002 ut potui ex GIUSTIZIA, postea ex litteris amici MICHAEL CRAWFORD d. 25 m. Mai. a. 2008 missis.



-----?
 [---]am [---]
 [---]rio(s) Om[---]
 [---]Al]fio(s) V[---]
 [---]curav]erun[t ---]
 5 [---]qua de caus]a id a]ctum ---
 -----?

Im. phot. e GIUSTIZIA repetita.

GIUSTIZIA, *Territorio* 73. 75 cum im. phot. tab. LI fig. 1 (sine autem editione); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 883 n. 109; ID., in *Dediche sacre* 274 n. 149. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 152; F. GIUSTIZIA, *ibid.* 222 cum im. phot. fig. 38; *Imagines Italicae* III, 1535; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 889; C. LETTA, *Athenaeum* 102, 2014, 564.

4 litt. E cum duabus hastis directe ad perpendicularum redacta. Puncta haud semper signata.

-----? | [---]ar]am [---] | [---]+ don]om --- | [---]F
 Iov]i --- | [---]irun[---] | [---]br]at(eis) da]ta(s) --- |
 -----? EGO in ed. pr.

Supplevit CRAWFORD, qui mecum certiore fecit per litteras d. 25 m. Mai. a. 2008.

Laudari videntur aediles (vide supra ad tit. n. 7531), qui opus quoddam faciendum curaverunt.

Litterae ad saec. II a. C. n. saltem adducunt.

7536 tit. sepulcralis magistratus municipii

Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra fracta (71) × (62) × circ. 16. Area titulo inscribendo destinata lata 52 excavata expolita fascia et cymatio Lesbio cincta, quae supersunt superne et ex parte ab utroque latere. Litt. 6,5–5,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuiusdam interiori infixae cellae vinariae aedium baronalium gentis *Pietropaoli* in vico *Goriano Valli* haud longe a *Tione degli Abruzzi* sitarum, ubi a. 1984 descripsi.



C(aio) Attio C(ai) f(ilio) Pal(atina)
Rufo, aed(ili) II
vir(o), praef(ecto) iur(e) d(icundo)
quinq(uennali) (!), Attia C(ai) l(iberta)
 5 *Secunda sibi et*
viro bene mer(enti)
[c]um quo vixit

Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE, *ZPE* 56, 1984, 249–250 n. 4 cum im. phot. tab. IX (AE 1988, 444); ID., *Superaequum* 21–22 n. 2* cum im. phot. tab. II fig. 1; ID., in *Fonti latine e greche* II 884 n. 115. – Cf. EUND., *Suppl. It.* 5, 1989, 94; FORNI, *Tribù* 1293; BUONOCORE, *PP* 59, 2004, 423; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 12, 2005, 20; EUND., *Epigraphica* 68, 2006, 235; EUND., in *Campi aperti* 139–140. 177 cum im. phot. fig. 3; EUND., in *Tribù romane* 37; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9°, 21, 2010 (2011), 189.

Puncta triangularia.

3 *praef(ecto) pro praef(ecto)*. – 4 *quinq(uennali) pro quinq(uennali)*; *C(ai) f(ilia) EGO* in *ZPE* et *Superaequum*.

Caius Attius Caii filius Palatina Rufus fuit aedilis II duovir et praefectus iure dicundo Peltuini. Malo cogitare de duoviro aedilicia potestate potius quam de aedile et duoviro; de re uni-

versa vide A. DEGRASSI, in *Studi Calderini – Paribeni* 154 (= EUND., *Scritti vari* I 182); adde, inter al., G. LURASCHI, *Stud. Doc. Hist. Iuris* 49, 1983, 308–308 et adn. 199; EUND., in *Archeologia, Arte e Territorio* 7, Como 1986, 17 adn. 64. In ed. pr. errore tribui hunc titulum Superaequo. Qui titulus apud SPADONI, *Prefetti* non memoratur.

Ex litterarum forma saec. I ex. p. C. n. tribuerim.

7537 tit. sepulcralis magistratus municipii

Tabula ex lapide calcario undique fracta in fronte perquam aesa. Rep. loco incerto. Servatur in aedibus privatis vici *Prata d'Ansionia*. Non vidi. Descripsi ut potui ex scheda PATRIZIA TARTARA a. 2007.



C(aio) Nerio C(ai) f(ilio) Quir(ina) Iu(sto)
omnibus honori[bus]
municipalibus functo, p[ro]trono
civitat[is], Domitia C[- -]

Im. phot. a P. TARTARA sumpta.

P. TARTARA, in *Campi aperti* 524 cum im. phot. fig. 103; BUONOCORE, *Epigraphica* 72, 2010, 385–387 n. 3 cum im. phot. fig. 16 (AE 2009, 294). – Cf. EUND., in *Tribù romane* 37.

Litterae ad actuarias transgredientes insculptae. Puncta in formam falculae redacta.

2–3 supplevi. – C. NERIO. C. F. QVIR. IV[STO - - -] | OMNIBVS. HONOR[- - -] | MVNICIPALIBVS. FVNCT. OP[A - - -] | CIVITATIS. DOMITIA[- - -] TARTARA.

Nihil obstat, quominus colligi possit Caium Nerium Iustum esse eundem ac Caium Nerium Iustum tit. n. 3434 nominatum, qui fuit frater Caii Nerii Severi aedilis, quaestoris rei publicae, quaestoris alimentorum, flaminis vel flaminialis Augustalis, curatoris viae Claudiae Novae et praefecti iure dicundo. De nomine gentilicio Domitii, quod fusi in regione Peltuinata laudatur, vide BUONOCORE, *l. l.* 386–387. De locutione *omnibus honoribus municipalibus functus*, quae ex. gr. redit tit. Terventino n. 2600, vide L. WIERSCHOWSKI, *ZPE* 64, 1986, 187–294.

Litterae ad saec. II p. C. n. labens saltem adducunt.

7538 tit. fortasse sepulcralis magistratus municipii

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata (27) × (18,5) × ?. Supra exstat vestigium cymatii recti, quo area titulo inscribendo destinata excavata marginabatur. Litt. affabre insculptae 9,8. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam exteriori affixa ecclesiae S. Pauli prope vicum *Prata d'Ansionia* sitae, ubi a. 2004 contuli.

[- - -] aed[- - -]

Im. phot. a FULVIO GIUSTIZIA sumpta.

GIUSTIZIA, *Territorio* 102 cum im. phot. tab. XLVIII n. B; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 885 n. 123; GIUSTIZIA, in *Campi aperti* 226 cum im. phot. fig. 41.



Punctum triangulare fortasse sursum directum.

Videtur memorari aedilis quidam Peltuinata; res autem incerta manet, ex eo, quod de initio nominis cognominisve cogitare quoque potuissem.

Forma litterarum ad primam aetatem imperatoriam saltem adducit.

7539 tit. fortasse sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra fracta, in fronte passim fissuris laesa (59) × 53 × circ. 20. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, quae supra non servatur, ? × 38. Litt. 5,5/3,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam interiori infixa ecclesiae dirutae S. Mariae della Vittoria appellatae haud longe a vico *Fontecchio* sitae, ubi a. 2004 contuli.



colegium
Veneriae
Aufenginates;
fili de suo
5 *adiectos*
SH (i. e. *sestertios*) \overline{XL} .

Im. phot. a BRUNO MARCONI sumpta.

A. DE NINO, NSA 1899, 66 (= ID., *Scoperte archeologiche* 405); A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 385–387 cum im. del. et im. phot. tab. VI fig. 12 (AE 1968, 153); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 884 n. 117; M. J. STRAZZULLA, in *Vestini* 206–207 cum im. phot. et im. del. fig. 6 a LA REGINA repetitis. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 137–138; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 111; S. ZENODOCCHIO, *BDASP* 87, 1997 (1998), 22 (= EUND., *Viabilità* 110); BUONOCORE, in *Epigrafia di confine* 286; EUND., *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 12, 2005, 14; EUND., in *Campi aperti* 162 cum im. phot. fig. 26; STEK, *Cult places* 70. 73; BUONOCORE, in *Dedicche sacre* 274; EUND., *Latomus* 71, 2012, 889.

Puncta triangularia.

1 *colegium* pro *collegium* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 139). – 3 *Aufenginates* fortasse pro *Aufenginatis*.

Arbitror *collegium Veneriae Aufenginatis* titulum viro cuidam bene merito, cuius ratio nominis supra excidit, posuisse nec non filios defuncti quadraginta milia sestertium collegio ipsi dedisse; attamen excludendum quoque non est, quominus *collegium Veneriae et Aufenginates*, i. e. illi, qui vicum **Aufenginum* colebant et filii defuncti titulum posuerint. Quae cum ita sint, titulus magni momenti est ex eo, quod memoratur nomen loci adhuc ignotum (de quo vide P. POCETTI, in *Campi aperti* 360). De titulo honorario LETTA suspicatur, qui de collegio, cui nomen *Veneriae Aufenginates*, quoque arbitrat (LETTA, *l. l.* 123).

Ex litterarum forma et sestertiorum signo saec. II p. C. n. titulus est tribuendus.

7540 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique fissuris laesa infra latior, supra praedita fastigio cum acroteriis et rosa insculptis ornato, in fronte levigata, a tergo paululum scabra 168 × 55 × 23. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 66 × 39; a sinistra insculptae sunt duae tibiae, quae anaglypha ad officium Communis remittunt (cf. infra tit. n. 7566) [etiam vide M. BUONOCORE *Epigraphica* 47, 1985, 39 cum ampliore bibliographia de officio tibicinis; adde CHR. VENDRIES, *L'Ant. Class.* 70, 2001, 123–136; V. PÉCHÉ, *Rev. Belge de Philol. et d'Hist.* 80, 2002 (2004), 133–157; VINCENT, *Jouer pour la cité* passim (etiam vide CMC n. 159)]. Litt. 9/4,5. Rep. casu et fortuito a. 1947 in agro vici *Caporciano* haud longe a *Navelli* sito. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli.

Communi
Incerulano-
rum
servo, iuvenes
Taresuni
p(osuerunt).

Im. phot. e LA REGINA repetita (adde neg. *D. A. I. Rom* n. 60.410).

A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 402–403, cum im. del. et im. phot. tab. XIV fig. 27 (AE 1968, 152); A. MARINUCCI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 28, 1973, 508 n. 12 cum im. phot. tab. V fig. 1; A. LA REGINA, in *Culture adriatiche antiche* 524 cum im. phot. 352; JACZYNOWSKA, *Les associations* 87 n. 136; GINESTET, *Organisations de la jeunesse* 240–241 n. 135 (etiam cf. p. 143); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 885 n. 122; WEISS, *Sklave* 206 n. 96; M. J. STRAZZULLA, in *Vestini* 201–202 cum im. phot. et del. 4a–b a LA REGINA repetitis (etiam cf. p. 200). – Cf. COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 31 cum im. del.; PLACIDI, *Peltuinum* 45; GIUSTIZIA, *Territorio* 65 cum im. del. tab. XLIV fig.



1; U. LAFFI, in *Cultura italica* 140 (= EUND., *Studi* 538); BUONOCORE, *Epigraphica* 47, 1985, 39 cum im. phot. fig. 3 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 640); EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 33 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 129); C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 112; BUONOCORE, in *Campi aperti* 162–163 cum im. phot. fig. 27; C. LETTA, in *Sammitice loqui* II 307–308 cum im. del. a LA REGINA deprompta; TODISCO, *Vici* 103.

4 punctum triangulare.

Nominatur Communis quidam servus publicus Incerulano- rum, qui colebant regionem, ubi nunc est ecclesia vocata *Annunziata* olim S. Mariae vulgo *in Cerulis*, quae iam inde ab a. 787 p. C. n. tali cognomine apud Chronicum Vulturense appellata (de re universa vide LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei, l. l.*). Iuvenes Taresuni, qui in lege aedis Furfensis, scil. tit. n. 3513, nominati quoque videntur, in alio pago habitabant. Nomen Tarasunii vel cognomen Tarasunae tit. n. 3433 Peltuini reperto memoratum praetermittenda non sunt.

Ex litterarum forma saec. I ex. p. C. n. vel paulo post tribuerim.

7541 = ILS 9518 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra et infra fracta, in angulo superiore sinistro foramine rotundo perterebrata (28) [olim 122] × 57 × circ. 20. Area titulo inscribendo destinata excavata passim scalpro dentato dolata cymatio inverso cincta, quae autem supra et infra non servatur, ? × 48. Litt. affabre insculptae 6–4,5. In lucem rediit casu et fortuito a. 1909 in regione, q. d. *Casale*, haud longe a vico *Caporciano* sita. Nunc servatur muro cuidam exteriori affixa cisternae iuxta viam *Aravallone* in vico *Caporciano*, ubi a. 1992 una cum EZIO MATTIOCCO contuli.



Phoebo
 Domitiae
 Domitiani (scil. uxoris) ser(vo),
 Domitia Athenais
 5 fratri et Ianuarius
cognatus ex collegio
heroi Corbulonis et Longinae
p(osuerunt).

Im. phot. ab E. MATTIOCCO sumpta.

N. PERSICHETTI, NSA 1912, 262–263 n. 8 (AE 1912, 221); ID., RM 27, 1912, 309–310 n. 8; DESSAU, ILS 9518; R. SYME, JRS 60, 1970, 34–36 (cf. AE 1969/70, 5. 181) (= ID., *Roman Papers* 818–819); J.-L. VOISIN, MEFRA 99, 1987, 279 n. 12; BUONOCORE, *Misc. Graeca e Romana* 17, 1992, 190–191 n. 32 cum im. phot. tab. XV fig. 34 (= ID., *Abruzzo e Molise I* 389–391 n. 32 cum im. phot. fig. 29); C. LEGA, *Boll. Mon. Mus. Gall. Pontif.* 16, 1996, 99–102 n. 1 cum im. phot. fig. 2 a BUONOCORE deprompta; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 888 n. 136. – Cf. LEONARDIS – MARINANGELI, *Pelutinum* 8. 16; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 400; M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* II 190; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 105; BUONOCORE, *Epigraphica* 47, 1985, 35 (= EUND., *Abruzzo e Molise II* 637); S. SEGENNI, *ibid.* 51, 1989, 155–156; GIANNANGELI, *Barisciano* 20; B. RÉMY, in *Parenté et stratégies* 405 n. 6; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 254; G. B. LEVICK, in *Hommages Carl Deroux* III 253; BUONOCORE, in *Campi aperti* 151. 177 cum im. phot. fig. 14; S. SEGENNI, *ibid.* 187; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 274; T. E. FRASER, *Anc. Soc.* 45, 2015, 210.

Puncta triangularia.

Titulum posuit Domitia Athenais una cum cognato Ianuario fratri Phoebo, qui fuit servus Domitiae Longinae (cf. H. CHANTRAINE, in *Festschrift Vittinghoff* 393. 410 adn. 10), filiae Domitii Corbulonis iussu Neronis a. 67 p. C. n. occisi et Cassiae, ut videtur Longinae, nec non uxoris Domitiani Imperatoris, quae, ut inter omnes constat, inde a m. Sept. a. 81 Domitia Augusta vocata est (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*⁶ 112). De Domitio Corbulone, cui praedia in agro Pelutinati fuisse videntur, et Domitia Longina vide supra ad tit. n. 3418–3419. 3426. Ex eo, quod in titulo memoratur collegium funeraticium quoddam (de collegio etiam vide C. LETTA, in *Valle di Comino* VIII 93) ad sepulcrum, q. d. Graece heroum, Corbulonis et Longinae adhibitum, nihil impedit, quominus colligi possit hoc heroum Domitiano et uxori Longinae institutum esse tempore Domitiani Imperatoris, qui, ut constat, aequam aestimationem rerum a Corbulone ipso gestarum fecit. De raro vocabulo heroi vide LEGA, *l. l.* cum bibliographia ampliore.

Si recte sum interpretatus, tit. inter a. 81 e 96 p. C. n. tribuerim, ad quod tempus litterarum forma sane adducit.

7542 tit. sepulcralis seviri Augustalis

Cippus potius quam stela ex lapide calcario a sinistra supra et infra fractus, in usum posteriorem recte sectus, undique paululum levigatus (43) × (34) × 29. Margo areae titulo inscribendo destinatae tota decussa. Litt. 6–4,2 (altera vocalis O v. 2 minoris mensurae 2,5). Olim servabatur, ut

traditur, muro cuidam exteriori affixus turris campanarum ecclesiae dirutae vici *Goriano Valli*. Nunc exstat prope vicum *Aielli Stazione* (AQ) in regione vulgo dicta *Cipressa* muro cuidam interiori affixus receptaculi heredum domini *Fernando Piccone*, ubi a. 2002 contuli. M. Febr. a. 2016 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



[C(aio) Al]bio C(ai) l(iberto)
 [Phil]omuso,
 [sev(iro) A]ugust(ali),
 [Philu]menae
 5 [et Te]rtullae

Im. phot. a CESARE CASTELLANI sumpta.

S. SEGENNI, *Epigraphica* 51, 1989, 145–146 n. 2 cum im. phot. fig. 2 (AE 1989, 233); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 884 n. 118. – Cf. EUND., *Epigraphica* 68, 2006, 236; EUND., in *Campi aperti* 145. 160–161.

1 punctum triangulare.

Supplementa a SEGENNI recepti. – 4 [Philu]mene haud recte LILLI, *l. infra l.*

De seviris Augustalibus vide supra ad tit. n. 3417. De cognomine Philumena vide M. LILLI, *Anal. Rom. Inst. Dan.* 34, 2009, 55.

Forma litterarum ad saec. II medium p. C. n. vel paulo antea adducit.

7543 tit. sepulcralis seviri Augustalis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte scalpro dentato passim dolata (48) × (45,5) × ?. Litt. 7–6. In lucem rediit m. Aug. a. 1993 muro cuidam exteriori affixa aedium quarundam vici *S. Pio delle Camere* haud longe a *Castelnuovo* iuxta viam hodie *S. Giovanni* appellatam sitarum, ubi a. 1995 descripsi.

L(ucio) Gavio L(uci) l(iberto)
 Staphylo,
 seviro
 Augustali,
 5 et Gaviae L(uci) l(ibertae)
 Muşaq

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.



BUONOCORE, *ZPE* 108, 1995, 123–124 cum im. phot. tab. II.B (*AE* 1995, 414) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 75–76 cum im. phot. fig. 2); E. MATTIOCCO, *Incontri culturali* 3, 1995, 19 adn. 4 cum im. phot. fig. 6; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 885 n. 119; P. TARTARA, in *Campi aperti* 489 cum im. phot. fig. 41. – Cf. BUONOCORE, *ibid.* 160 cum im. phot. fig. 23.


Puncta in formam virgulae acclivis saltem exarata. Litt. T supra versum eminens notata.

De seviris Augustalibus vide supra ad tit. n. 3417.

Litterae saec. I labentis p. C. n. esse videntur.

7544 tit. sepulcralis vilicae

Stela ex lapide calcario undique fracta, in fronte passim deturpata (51) × (36) × ?. Litt. 3,5/3. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam interiori infixae ecclesiae dirutae S. Mariae della Vittoria appellatae haud longe a vico *Fontecchio* sitae, ubi a. 2004 contuli.



-----?

[Che]lidonis

[Vibi]ae vilicae

[fe]cit C(aius) Vibius

[- -]tus et Cleme[ns].

Im. phot. a BRUNO MARCONI sumpta.

A. DE NINO, *NSA* 1899, 66 (= ID., *Scoperte archeologiche* 406); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 885 n. 121; ID., in *Scritti Salvatore Alessandri* 42 n. 10. – Cf. EUND., *Epigraphica* 68, 2006, 236; EUND., in *Campi aperti* 145. 166. 177 cum im. phot. fig. 34; S. SEGENTI, *ibid.* 188.

Puncta in formam circulorum redacta.

Cognomen Chelidonis redit tit. n. 7578 (de cognomine etiam vide G. PACI, *Picus* 34, 2014, 24–25 et H. SOLIN, in *Modelli epistemologici* 124–125). De vilico vide L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70, AUBERT, *Business Managers* 454 n. 118 et CARLSEN, *Vilici* passim; vilicos saepius in titulis regionis quartae memoratos recensui in *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); ID., in *Scritti*, l. l. 42–43.

Ex litterarum forma alteri parti saec. I a. C. n. tribuerim.

7545 tit. fortasse sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem undique recte scissa, in fronte levigata. Rep. a. 2009 muro cuidam exteriori aedifici signati litt. F affixa haud longe ab ecclesia Sanctae Mariae sitae in vico *Cinturelli* (vide supra ad tit. n. 7532), ubi sepulcretum in lucem est detectum, prope *Caporciano*. Ibidem servari videtur. Descripsi a. 2015 ut potui ex im. phot.



-----?

Mertini

Aveiates + ÇHN+

ŞER+++[- -]/+++++

Im. phot. a DAVIDE DE GIOVANNI sumpta.

S. D'ALESSANDRO – V. D'ERCOLE – A. MARTELONE, *Quad. Arch. Abruzzo* 1, 2009 (2011), 190 cum im. phot. fig. 7; S. D'ALESSANDRO, in *Vestini* 221 cum im. phot. fig. 16.

MIRTINI | AVEIATES D'ALESSANDRO – D'ERCOLE – MARTELONE. – 2–3 + vestigia litt. incertarum.

Tota lectio incerta manet, inde quid subsit, definire non possum.

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. tribuerim.

7546 (= 3507) tit. sepulcralis

Duo fragmenta (a–b) ad eandem tabulam ex lapide calcario pertinentia inter se autem non coniuncta, in fronte rimis pessumdata, in usum posteriorem scissa. Frg. a, scil. pars

sinistra, (59,6) × (76) × 32/34. Frg. *b*, scil. pars dextra, (59,6) × (67) × 32/34. Litt. valde attritae 18. Rep. nescio quando loco incerto. Servantur loco edito muro cuidam exteriori affixa ecclesiae S. Pauli prope vicum *Prata d'Ansidonia* sitae, ubi a. 1984 descripsi.



Frg. *a*: [- -]nus T(iti) f(ilius) Surus;
Frg. *b*: Aem[- -].

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumptae, quas ope machinae computatoriae coniunxi.

Frg. *b* tantum habet ANTINORI, *ms.* XLV, 356 (vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111); nec non apud MURATORI, *ms.* XXI, 231; uterque legit [- -]R ° ALI[- -] inde MOMMSEN supra n. 3507. Titulum pleniorē edidi in *Misc. Graeca e Romana* 17, 1992, 192 n. 34 cum im. phot. tab. XVI fig. 38 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 391–392 n. 34 cum im. phot. fig. 32) (AE 1992, 348); ID., in *Fonti latine e greche* II 881 n. 97. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 177.

Puncta distingui nequeunt.

Memorantur vir quidam et femina, cuius nomen incipit cum *Aem*[- -]; Aemilios in titulis Peltuinatibus non amplius invenies.

Forma litterarum cum saec. I p. C. n. convenit.

7547 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (29,5) × (38) × 17. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a dextra tantum servatur. Litt. affabre insculptae 5,7/4,5. Rep. loco incerto nescio quando. Nunc gradus scararum, qua itur ad aedes domini *Delio Rosa* iuxta viam *La Valle* sitas, usui est in vico *Opi* haud longe a *Fagnano Alto*, ubi a. 2004 descripsi.



[A]quilia [-]
[Se]cundilla
[et] Q(uintus) Tib(erius)
[Ia]nuarius
5 [?] Ve[n]ulae
[filiae suae ?]
-----?

Im. phot. a BRUNO MARCONI sumpta.

BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 885 n. 124.

Puncta triangularia.

Supplevi non sine dubiis.

Litterae saec. I ex. p. C. n. vel potius II in. esse videntur.

7548 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte scalpro dentato dolata 55 × 30 × ?. Litt. modo titulorum antiquitatis labentis nonnullorum redactae circ. 6. Servatur *Bominaco* muro cuidam exteriori affixa ecclesiae vocatae *Santa Maria Assunta*, ubi a. 2007 descripsi.



-----?
+DI+[- -]-
ce C(ai) l(ibertae) Arbustulae, C(aius) Ponicidius C(ai) f(ilius)
5 Pylades.

Im. phot. ab ALBERTO RAPISARDA facta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 73, 2011, 330–331 n. 4 cum im. phot. fig. 17 (AE 2011, 315).

Puncta nulla. – 1 + litt. incertae. – 2–3 *Arbustulae* M. ABERSON in AE. – 3–4 *Ponicidius* pro *Pompucidius*; *Pompucidius* in AE. – 4 ex. *f(ilius)* recte ABERSON, *l. l.*, *l(ibertus)* EGO.

Videtur memorari, si recte intellexi, [- -]ca C. l. Arbustula, cui titulum posuit C. Ponicidius C. f. Pylades. Novum est nomen *Pompucidii*, quod nomen a **Pompucius* sane ducitur.

Attamen in dubio maneo, utrum tit. aetatis labentis an recentioris sit, ex eo, quod forma litterarum (vide praesertim litt. D et L, de quibus fusius disserui *l. l.*) insolens est. Quibus autem contemptis, ratio nominis mihi videtur antiqua.

Si titulus genuinus est, aetatis imperatoriae labentis esse videtur.

7549 tit. sepulcralis

Cippus ex lapide calcario infra fractus marginibus imminutus, in fronte levigatus passim autem fissuris laesus, a tergo in usum posteriorem recte scissus (48) × 48,5 × 13,5/8. Litt. affabre insculptae 7,5/4,5. Olim servabatur, ut traditur, muro cuidam exteriori affixus turris campanarum ecclesiae S. Georgii pone coemeterium sitae in vico *Goriano Valli*. Nunc exstat in aedibus domini *Pietro Tronca* in vico *Villa Grande* sitis, ubi viri docti GABRIELE CIFANI et GIORGIO FILIPPI pro viribus suis descriperunt et me certiore fecerunt.

T(ito) Arquit[io]
T(iti) f(ilio) Primigen[io]
et Numisia[e]
Q(uinti) f(iliae) Secunde,
5 T(itus) Arquitiu[s]
Rufus filiu[s].

BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 886 n. 125. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 145. 177.

Puncta triangularia.

4 *Secunde* pro *Secundae*.

Nomen Arqutii hic solum in tota regione quarta occurrit.

Saec. II p. C. n. esse videtur.

7550 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra ut videtur fracta. Rep. m. Nov. a. 1985 prope amphitheatrum Peltuini. Servatur in vico *Prata d'Ansidonia* inter reposita praefecturae antiquitatum. Accessui clausam descripsi ut potui ex GIUSTIZIA a. 2002.

Aveiae [- -]

Caiae [- -]

cineris [- -]

-----?

GIUSTIZIA, *Territorio* 102; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 886 n. 126. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 177.

Supplementa non temptavi. – 3 illud *cineris* in carminibus sepulcralibus Latinis saepius occurrit.

Aetatis imperatoriae esse videtur.

7551 tit. sepulcralis

Tabula (vel potius stela) ex lapide calcario marginibus fracta in fronte levigata, infra in usum posteriorem recte scissa nullo autem tituli detrimento (50) × (40) × ?. Litt. 6,2 (vocalis I v. 1 minoris mensurae 2,5). Rep. a domino ALBERTO RAPISARDA a. 2005 muro cuidam exteriori inserta domunculae prope lacum hodie *Sinizzo* appellatum haud longe a vico *S. Demetrio ne' Vestini*, ubi a. 2007 descripsi.



[S]ex(tus) Bruttienus

[S]ex(ti) l(ibertus) Staius.

Im. phot. a RAPISARDA facta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 73, 2011, 327–329 n. 2 cum im. phot. fig. 14 (AE 2011, 314). – Cf. EUND., *Latomus* 71, 2012, 889.

Puncta triangularia.

Alios Bruttienos in titulis Peltuinatibus non inuenies.

Ex litterarum forma temporis spatium inter saec. I ex. a. C. n. et I in. p. C. n. tribuerim.

7552 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario 63 × 80 × ?. Supra praedita fastigio, acroteriis et anaglyphis nonnullis insculptis ornato scil. lecytho, speculo et pectine [de quibus anaglyphis ad mundum muliebrem pertinentibus vide BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 727–734 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 692–697); EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34–35 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130–131); praesertim L. SENSI, in *Civiltà dei Romani* 176–186]. Rep. a. 1980 a domino F. DE MATTHEIS in regione, q. d. *del Crocefisso*, prope vicum *Stiffe* haud longe a *S. Demetrio ne' Vestini*. Ubi exstet, ignoro. Descripsi ut potui ex GIUSTIZIA a. 2002.

D(is) M(anibus) s(acrum).

Ti(beriae) Caesiae Cres-

centinae, Ca-

sia Lacena fi-

5 *liae dulcissi-*

mae

posuit.

GIUSTIZIA, *Territorio* 102; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 886 n. 127. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 177.


4 *Lacena* pro *Lacaena*.

Colligi potest Crescentinam fuisse libertam Tiberii Catii Caesii Frontonis consulis suffecti a. 96 p. C. n. nec non fratris Arvalis inter a. 101 et 105 (vide E. GROAG, *PIR*² C 194 et O. SALOMIES, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo II 519) quoque nominati tit. n. 3579 in vico Fificulano haud longe ab Aveia sito in lucem detecto (etiam cf. infra ad tit. n. 3603). De praenomine Tiberiae vide KAJAVA, *Praenomina* 195–200. 218–220.

Si recte sum suspicatus priori parti saec. II p. C. n. tribuerim, cui temporis formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiosis scripta sane congruit.

7553 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte valde pessumdata (30) × (20) × ?. Litt. evanidae 5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *San Giovanni* muro exteriori affixa domus cuiusdam, ubi a. 2007 descripsi.



[- -] *Cinnam*[o],

[- -] *nia* <mulieris> l(iberta)

[- -] *ena* [- ?]

Im. phot. ab ALBERTO RAPISARDA facta.

BUONOCORE, *Epigraphica* 73, 2011, 332 n. 6a cum im. phot. fig. 19 (AE 2011, 316). – Cf. RAPISARDA, *Vestini* 89–90 cum im. phot. fig. 34.

Puncta triangularia.

Alia supplementa non temptavi.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

7554 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa (olim fuit usui limini), supra levigata infra scalpro dentato dolata (166) × (47) × 16. Litt. 8/6. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Civitate* haud longe a *Navelli* muro interiori affixa (usui epistylia est) ecclesiae *Sant'Egidio*, ubi SERAFINO LORENZO FERRERI d. 11 et d. 14 m. Sept. a. 2011 descripsit et me m. Sept. a. 2016 certiore officiose fecit.



Fig. α




Fig. β

 [-] Decumio
 [-] Ametysto
 [A]rren̄a P(ubli) [f(ilia)]
 [m]ater
 5 p(osuit).

Fig. α: Im. phot. a FERRERI sumpta.

Fig. β: Im. a FERRERI del.

P. PANCI, *Epigraphica* 79, 2017, 454 n. 13 cum im. del. fig. 6 n. 13.

2 *Ametysto* pro *Amethysto*. – 2–3 litt. evanidae sunt.

Nomen Decumii/Decimii in aliis titulis regionis Vestinae non reperio. Publios Arrenos alios reperies tit. Aveiate n. 7625.

Forma litterarum ad saec. I p. C. n. adducit.

7555 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem undique recte scissa. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur loco edito muro exteriori affixa aedium gentis *Tronca* iuxta viam *Cavour* sitarum in vico *Goriano Valli* haud longe a *Tione degli Abruzzi*, ubi a. 2004 quatenus potui descripsi.



-----?
 T(ito) Egnati[o] -- -?
 Quinto,
 Egnatiae

Im. phot. a BRUNO MARCONI sumpta.

BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 886 n. 129. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 145. 177.

De Egnatiis etiam vide O. WIKANDER, *Opuscula Rom.* 18, 1990, 207–211.

Primae aetatis imperatoriae esse videtur.

7556 = CLE 2128 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario in margine superiore a sinistra fracta ex duabus partibus inter se coniunctis composita, in fronte passim scalpro dentato dolata 120 × 80 × 20. Area titulo inscribendo destinata excavata levigata cymatio inverso cincta 68 × 52. Litt. affabre insculptae 5/3 (dedicatio supra marginem superiorem incisa). Rep. a. 1913 in effodiendo hortulo dominae *Santarelli De Rubeis* sepulcro cuidam aetati Romanae infimae tribuendo posterius adhibita prope vicum *Tussio*. Ibidem servatur muro cuidam exteriori aedium privatarum affixa, ubi a. 1992 una cum EZIO MATTIOCCO contuli.

[D(is)] M(anibus) s(acrum).
 Ephebo L(uci) Caesieni
 Firmi ser(vo), vixit ann(is) XXV,
 Acceptus pater et
 5 Luperca mater vivi
 filio benemerenti et
 Primigenius fratri opti(mo)
 posuerunt.
 Si non fatorum prae-
 10 tera iura fuissent, hoc
 titulo mater debuit
 ante legi;
 s(it) t(ibi) t(erra) l(evis).



Im. phot. ab E. MATTIOCCO sumpta.

N. PERSICHETTI, *NSA* 1913, 86; BÜCHELER – LOMMATZSCH, *CLE* 2128; CICERONE, *Tussio* 212–213; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 187–188 n. 30 cum im. phot. tab. XIV fig. 32 (*AE* 1992, 346) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 387–388 n. 30); ID., *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 42 n. 52 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 184 n. 52); ID., in *Fonti latine e greche* II 886 n. 128; ID., in *Temptanda vias* 9 n. 41. – Cf. A. W. VAN BUREN, *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 19, 1942/43, 200; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 396; ANTOLINI, *Iscrizioni* 57. 102; DITURI, *Territorio* 59; BUONOCORE, in *Campi aperti* 172. 177 cum im. phot. fig. 39.

Puncta triangularia haud semper signata. Litt. T supra verum eminens notata.

Nomen Caesieni fusius in titulis regionis Vestinae memoratur; inde non excludo, quin Lucius Caesienus Firmus sit idem ac Lucius Caesienus Firmus in titulo Furfone reperto memoratus vel eorum prognatus (de quo vide ad tit. n. 3522). Versus dactylos elegiacos 9–12 sic in sermonem Italicum vertendos opinor: “*Se le leggi dei fati non si fossero invertite, su questa lapide si sarebbe dovuto leggere prima il nome della madre*” (sermonem Hispanicum reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* II 323 ad n. *CLE*). De locis similibus, praeter AUCTORES supra memoratos, vide GALLETIER, *Étude* 135; LATTIMORE, *Themes* 189–190 et passim; MASSARO, *Inv. luc.* 12, 1990, 192–195; EUND., *Epigrafia metrica latina* 21. 101. 149; CUGUSI, *Aspetti letterari*² 394; F. DEL BARRIO VEGA, in *Asta ac pellege* 95; F. SOCAS GAVILÁN, *ibid.* 188; MASSARO, in *Gaetano Marini* II 1126–1127.

Ex litterarum forma et ex formula *[D(is)] M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II in. p. C. n. vel potius alteri parti saec. praecedentis tribuo.

7557 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriore recte scissa, in fronte levigata autem passim pessumdata (27) × (36) × ?. Litt. 5,5–2. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Collepietro* intus in ecclesia S. Iohanni dicatae pilae primae alae mediae, ubi SERAFINO LORENZO FERRERI descripsit et me m. Sept. a. 2016 officiose certiozem fecit.




Fig. α



Fig. β

{A} D(is) M(anibus) s(acrum).

Felici vix[it]

annis XXX[.]

Sentia For[tu]-

5 (vac.) nata ma[ter]

filio optimo [f(ecit) aut p(osuit)].

Fig. α: Im. phot. a FERRERI sumpta.

Fig. β: Im. a FERRERI del.

P. PANCI, *Epigraphica* 79, 2017, 452–453 n. 10 cum im. del. fig. 6 n. 10 et im. phot. fig. 9a.

Puncta in formam rosae aculei incisa. – 1 in. manus recentior illud A sculpsit, quasi locutionem *A(nno) D(omini)* insculptura.

In regione Vestina nomen Sentii redit ex. gr. tit. Pinnensibus n. 3370. 7476.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et ex litterarum forma saec. II medii p. C. n. esse videtur.

7558 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata (35) × (27) × ?. Litt. affabre insculptae 6. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam exteriori affixa ad saeptum adhibito sito prope ecclesiam parochialem vici *Tussio*, ubi FULVIO GIUSTIZIA a. 1984 descripsit et me certiozem fecit.



C(aio) Flori[o]
C(ai) filio
[Ca]ſinati,
[C(aio) Flo]ri[o]

Im. phot. a GIUSTIZIA sumpta et ope machinae computatoriae tractata.

GIUSTIZIA, *Territorio* 102 cum im. phot. tab. LIV fig. 3; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 193–194 n. 36 cum im. phot. tab. XVII fig. 40 (*AE* 1992, 349) (= *id.*, *Abruzzo e Molise* I 392–393 n. 36); *id.*, in *Fonti latine e greche* II 886 n. 130. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 177.

Puncta triangularia.

Supplevi. – 3–4 [Peltu]inati | [- -]sio GIUSTIZIA.

Aquini, quae urbs a Casino haud longe distat, memoratur Caius Florius alter (tit. huius Corporis vol. X 5414). De cognomine *Casinas* etiam vide H. SOLIN, *Arctos* 46, 2012, 199.

Litterae ad saec. II p. C. n. vel paulo ante adducunt.

7559 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta (32) × (14) × ?. Litt. magna ex parte adhuc rubricatae 7,5/5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Navelli* affixa muro cuidam exteriori ianuae ecclesiae *S. Sebastiano*, ubi SERAFINO LORENZO FERRERI d. 20 m. Mart. a. 2010 et d. 13 m. Sept. a. 2011 descripsit et me officiose m. Sept. a. 2016 certiore fecit.



M[- -]
L(ucius) Ga[- -]
co[niugi - -]
fi[delissimae]

Im. phot. a FERRERI sumpta.

P. PANCI, *Epigraphica* 79, 2017, 453–454 n. 11 cum im. del. fig. 6 n. 11 et im. phot. fig. 9b.

2 litt. L supra versum eminens; punctum triangulare.

Supplevi ad exemplum. – Lucius Gavius alios tit. n. 7543 quoque reperies (etiam vide n. 7574).

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. tribuerim.

7560 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique levigata supra fracta in fronte valde pessumdata 75 × 45 × 17. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 65 × 32. Litt. 8/4. Olim servabatur, ut traditur, muro cuidam exteriori affixa turris campanarum ecclesiae dirutae vici *Goriano Valli*. Nunc exstat prope vicum *Aielli Stazione* (AQ) in regione vulgo dicta *Cipressa* muro cuidam interiori affixa a latere camini aedium domini *Fernando Piccone*, ubi a. 2002 contuli. M. Febr. a. 2016 CESARE CASTELLANI denuo recognovit et im. phot. quoque sumpsit.



Iunici
Anniae (scil. servae),
Hippodo
Ces(aris) (!) ser(vo),
5 Felicio co-
ns(ervus) b(ene) m(erentibus) et
sibi uius
p(osuit).

Im. phot. a C. CASTELLANI sumpta.

S. SEGENNI, *Epigraphica* 51, 1989, 146–148 n. 3 cum im. phot. fig. 3 (*AE* 1989, 234); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 887 n. 131; SEGENNI, in *Proprietà imperiali* 134 (etiam cf. p. 128). – Cf. EAND., in *Epigrafia e territorio* VII 139 adn. 113; BUONOCORE, in *Campi aperti* 152; SEGENNI, *ibid.* 187. 188.

Puncta triangularia.

3 *Cesaris* pro *Caesaris*. – 7 *uius* pro *vivus*.

Incertum autem est, utrum illud *Hippodo* sit legendum *Hippodo(n)* casu nominativo notatum necne; inde totus titulus legi quoque potuisset *Iunici | Anniae* (scil. *servae*), | *Hippodo(n) Cesaris ser(vus)*, | *Felicio co(n)s(ervus) b(ene) m(erenti) et | sibi uius* (pro *vivi*) | *p(osuerunt)*; cf. SEGENNI, in *Epigrafia*, l. I. Ex eo, quod nominatur *Caesaris servus* quidam, excludendum non est, quominus praedia olim *Domitiae Longinae* ad patrimonium imperiale sint delata (etiam cf. supra ad tit. n. 7541).

Ex litterarum forma priori parti saec. II p. C. n. tribuerim, cui temporis locutio *Caesaris servus* sane congruit (de re universa vide WEAVER, *Class. Quart.* n. s. 14, 1964, 134–139; EUND., *Familia Caesaris* 48–86).

7561 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in fronte perquam adesa. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur muro cuidam exteriori affixa aedium domini *Pietro Tronca* sitarum in vico *Goriano Valli* in regione, q. d. *Villa Grande*, ubi viri docti GABRIELE CIFANI et GIORGIO FILIPPI pro viribus suis descripserunt et me certiore fecerunt.

 [- - -]++[- - -]
 [- - -]M++VS Dext[er - - -]
 [- - -]S+ Livius Dext[er - - -]
 [- - -]PER+ISS Dext[er - - -]
 5 [- - -]S++O+[- - -].

BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 887 n. 132.

Tota lectio incerta manet.

Aetatis imperatoriae incertae.

7562 tit. sepulcralis

Stela olim supra rotundata ex lapide calcario (115 × 55) postea undique in usum posteriorem recte scissa in fronte levigata (42) × (46) × ?. Litt. 6/5 (vocalis O v. 1 minoris mensurae 1,2). Rep. fortuito a. 1922 ab agricola *Francesco Priore* in praedio *Casale* haud longe a vico *Caporciano* sito. Ibidem servatur muro cuidam exteriori affixa aedium gentis *Priore*, ubi a. 1992 contuli.



*L(ucio) Luceio Fâusto
 et Pausclanae
 Salvillae, Lucc-
 eia Amanda tes-
 5 tamento suo
 fieri iussit.*

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

R. PARIBENI, *NSA* 1922, 489 cum im. phot.; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 189–190 n. 31 cum im. phot. tab. XIV fig. 33 (*AE* 1992, 347) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 388–389 n. 31); ID., in *Fonti latine e greche* II 887 n. 133. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 400; PLACIDI, *Pelutinum* 26; BUONOCORE, in *Campi aperti* 177.

Puncta in formam aculei sagittae redacta. Litt. T supra versus egrediens notata.

2 *Pausclanae* pro *Pausculanae*.

Pelutini magni momenti est Caius Pausculanus Caii filius Quirina Maximus ille, qui fuit temporis spatio inter saec. I ex. et II in. p. C. n. comprehenso aedilis quinquennalis, praefectus iuris dicendi, quaestor alimentorum, flaminialis Augustalis, curator annonae et editor muneris (de quo vide supra tit. n. 3437).

Ex litterarum forma priori parti saec. I p. C. n. tribuerim.

7563 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem scissa, in fronte levigata (26) × (39) × ?. Litt. 4,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Fontecchio* intus in ecclesia diruta *S. Nicola* affixa muro altaris a dextra intrantibus, ubi aestate a. 2016 ALFONSO LUCREZI et EZIO MATTIOCCO descripserunt et me comiter certiore fecerunt.



 [- - -] Mercatori,
 [- - -] Vibiae Quartã[e]
 [- - -] Nerati Pa[- - -]
 [- - -] qui fuit [- - -]
 5 [.S] [- - -]

Im. phot. ab ALFONSO LUCREZI sumpta.

Puncta triangularia.

Supplementa incerta manent. Nomen *Neratii* in tota regione Vestina aliunde ignota. Ut inter omnes constat, *Neratii* passim in tit. Saepinatibus invenies (de gente *Neratia* vide supra ad tit. Saepinatem n. 6570).

Forma litterarum ad saec. II p. C. n. saltem adducit.

7564 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra fracta (84) × (79) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta, cuius partes inferior et ab utroque latere servantur. Rep. nescio quando loco incerto. Exstat muro cuidam exteriori infixa in fronte ecclesiae dirutae *S. Mariae della Vittoria* appellatae haud longe a vico *Fontecchio* sitae, ubi d. 23 m. Iul. a. 2015 SERAFINO LORENZO FERRERI enotavit et me m. Nov. a. 2016 certiore officiose fecit.



-----?
 et Montanus (vac.) f(i)lius
 et Paris (vac.) f(i)lius
 p(osuerunt);
 s(it) t(ibi) t(erra) l(evis).

Im. a FERRERI sumpta.

A. DE NINO, NSA 1899, 66 (= ID., *Scoperte archeologiche* 405); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 889 n. 147. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 138.

Puncta triangularia.

1 L[- -] MONTANVS ◦ F DE NINO.

Notandum partem inferiorem huius tituli, scil. p(osuerunt); | s(it) t(ibi) t(erra) l(evis), eandem ac inscriptionem n. 3503 a DRESSEL descriptam *Bominaco* in ecclesia S. Mariae esse videri.

Ex forma litterarum saec. I p. C. n. tribuerim.

7565 (= 3511) tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario ex duabus partibus inter se non coniunctis composita in fronte levigata (78) × (78) × 5. Litt. profunde incisae 10,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur sub columna alae dextrae interiore loco ecclesiae S. Pauli prope vicum *Prata d'Ansionia* sitae, ubi a. 2004 recognovi.



Fig. α



Fig. β

-----?
 [-] Ocrat[i]u[s] T(iti) f(i)lius [- - -?]
 [- -]N[- -]N[- - -]
 -----?

Fig. α–β: Im. phot. a BRUNO MARCONI sumptae.

ANTINORI, *ms.* XLIV, 356 (vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 111); lectionem totam corruptam ab ANTINORI traditam MOMMSEN supra n. 3511 praebet; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 882 n. 101 (e scheda Corporis, quae servatur *Berlin* in Academia); ID., *Epigraphica* 68, 2006, 232–234 n. 1 cum im. phot. fig. 6–7 (*AE* 2006, 366); DUPRAZ, *Vestins* 510 ad n. 19. – Cf. BUONOCORE, in *Campi aperti* 144. 177 cum im. phot. fig. 6–8.

Puncta distingui nequeunt.

Nomen Ocratii redit in titulis Aveiatibus n. 3612 = huius Corporis vol. I² 1807 (cf. p. 1044). 7635 (de quo nomine etiam vide C. LETTA, in *Valle di Comino* VIII 91–92).

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7566 titulus sepulcralis

Stela ex lapide calcario infra et supra fracta, infra rudis in fronte perquam adesa, a tergo scabra praedita fastigio acroteris magna ex parte deperditis ornato (120) × 39 × 30. In media fronte exstat area excavata alt. 28, in qua effictae sunt imago defuncti et quattuor tibiae, quae anaglypha ad officium Onesimi servi remittunt (etiam cf. locutionem carminis v. 10–11 *ominum ... signis*; de officio tibicinis vide bibliographiam collectam supra ad tit. n. 7540). Litt. impares 2,5/1,7. Rep. m. Nov. a. 1978 in regione vici *S. Pio delle Camere* iuxta viam rusticam vel potius callem, q. d. *Tratturo del Piano Navelli*. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 23274), ubi a. 1980 et 1984 descripsi.

Oñesim[o]
 P(ubli), C(ai) Corneli
 servo parentes p(osuerunt);
 v(ixit) a(nnis) XXVI;
 5 Fidus, Fidus,
 conser(vi), pient(issimo) homin[i].
 [Quid] mōrōr? Si non in[vitus],
 consiste viator et vide quam va-
 [nu]m hominum super annos vixi;
 10 om̄num con[spect]um [requi]-
 [sisti] avide signis semperque
 rataque dum [- -] fructus exigas et [- -]
 [- -] hunc titulum posuere [- -]
 parentes.



Fig. α




Fig. β

Fig. α: Im. phot. ex neg. D. A. I. Rom n. 783.VW.83 (adde neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 26435).

Fig. β: Im. phot. a M. B. sumpta.

BUONOCORE – P. CUGUSI, *Epigraphica* 47, 1985, 35–51 cum im. phot. fig. 2. 4 (AE 1985, 330) (= IID., *Abruzzo e Molise* II 637–653 cum im. phot. fig. 51–52) (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1091–1100 cum im. phot. fig. 1–2); BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 42 n. 51 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 184 n. 51); ID., in *Fonti latine e greche* II 887 n. 134; ID., in *Temptanda viast* 9 n. 40. – Cf. EUND., in *Campi aperti* 172–173. 177 cum im. phot. fig. 40–41; S. SEGENNI, *ibid.* 188.

Puncta triangularia haud semper signata.

2 P(ubli) omiserunt, 6 conser(vus) BUONOCORE – CUGUSI, opinantes de servo uno cognominato *Fidus*, qui cognomen


suum bis in titulo exaravit; conser(vi) proposuit AE, quam explanationem sequor (agitur de duobus servis cognominatis *Fidus*).

1 de nomine gentilicio Variasii fusius Furfone nominato vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 195 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 395). – 2 *Vibull[ia]* MOMMSEN in *Indice cognominum virorum et mulierum Corporis* sub p. 729 col. 4 (de *Vibullis* vide M. G. GRANINO CECERE, *MEFRA* 115, 2003, 618–619); attamen non excludo *Vibull[ena]*, quod nomen redit in titulis regionis Vestinae n. 3446. 3584. – 3 *Callio[pe]* MOMMSEN, etiam vide *Callio[tera]*.

Saec. II p. C. n. esse videtur.

3552 Tabula ex lapide calcario. Litt. affabre insculptae. Puncta triangularia. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSSEL recognovit, nempe loco edito muro cuidam exteriori affixa arcus castelli vici *S. Stefano di Sessanio*, ubi a. 1990 quatenus potui contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006964).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 939 n. 40; B. DI VINCENZO, *BDASP* 95, 2005 (2006), 99 cum im. phot. fig. 2. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 161; F. GIUSTIZIA, in *Homines de Carapellas* 27; DITURI, *Territorio* 70. 73. 104 cum im. phot. fig. 15.



1 *v(ivit)* vel *v(ivus)* supplendum (cf. supra ad n. 3537). – 3 *vivos* pro *vivus*.

De nomine gentilicio Variasii vide supra ad tit. n. 3516.

Ex litterarum forma primae aetati imperatoriae vel paulo antea tribuerim.

3553 Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta. Litt. affabre insculptae. Puncta triangularia. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSSEL recognovit, nempe muro cuidam exteriori affixa ecclesiae dirutae Sancti Cypriani prope vicum *Castelvecchio Calvisio* sitae, ubi a. 1990 quatenus potui contuli; a. 2014 im. phot. sumpsit CLAUDIA DITURI. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016095–96).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 939 n. 41; MORICO, *Castelvecchio Calvisio* 155. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 61; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 409; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 162; EUND., in *Homines de Carapellas* 116. 118; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 188 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 388); DITURI, *Territorio* 70. 73 cum im. phot. tab. XIII fig. 29; FORNI, *Tribù* V455; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36.



4 [- -] h(oc) m(onumentum) h(eredi) n(on) c(edit) proposuit MOMMSEN.

De nomine gentilicio Variasii vide supra ad tit. n. 3516.

Ex litterarum forma et ex eo, quod vir et mulier cognomine carent, quominus saec. I ex. a. C. n. tribuenda sit, non excludo.

3554 Fuit tabula ex lapide calcario supra, a sinistra et infra fracta (78) × (22) × 17. Titulum recognovit vir doctus ANTONIO DE NINO infra laudatus in hortulo domini *Bernardi* muro cuidam exteriori affixum in vico *Barisciano* sito. Frustra quaesivi.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetiverunt A. DE NINO, *NS* 1894, 289 (= ID., *Scoperte archeologiche* 338); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 939 n. 42. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 181; DITURI, *Territorio* 52.

1 [- -]NIENA ◦ V ◦ F ANTINORI apud MOMMSEN supra ad tit., [- -]VNIENA ◦ V ◦ F DE NINO, inde legerim [N]un(n)iēna V(ibi) f(ilia).

Primae aetatis imperatoriae fuisse potest.

3555 Plinthus ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte levigata. Litt. profunde et affabre scalptae circ. 14. In lucem rediit, ut me certiore ALBERTO RAPISARDA fecit, a. medio 2017 muro cuidam exteriori loco edito affixa aedium olim gentis *Marchetti* sitarum in vico *Barisciano* (mensuras sumere non potui scalis destitutus). Im. phot. a RAPISARDA ipso sumpta. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016097).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 939 n. 43. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 181; DITURI, *Territorio* 63.



1 [- Fa]denus ex. gr. restituerim; de praenomine Salvii vide SALOMIES, *Vornamen* 88–90; EUND., in *Prénoms* 33–34.

Ex forma litterarum saec. I medio a. C. n. saltem tribuerim.

3556 Eximendus est, propterea, quod agitur de titulo Vestino. Stela ex lapide calcario instar pyramidis truncae undique fracta (43) × (21) × 22,5. Litt. 3,6–3 (litt. A cum hasta non librata, sed acclivi, quae non ex hasta priore est incepta; litt. E et F indicatae sunt hastis rectis inclinatis; litt. S cum hastis eodem fere gradu inclinatis). Etiam hodie exstat eodem loco, quo GANDELLI descripsit, nempe muro cuidam exteriori affixa ecclesiae dirutae Sancti Cypriani prope vicum *Castelvecchio Calvisio* sitae, ubi a. 1990 una cum amicissimo MATTIOCCO contuli; a. 2014 im. phot. sumpsit CLAUDIA DITURI. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0016098).

Exemplum repetiverunt MATTIOCCO, *Centri fortificati* 162–163 cum im. phot. et del. fig. 70; MORICO, *Castelvecchio Calvisio* 156 (etiam cf. p. 17); P. POCSETTI, in *Campi aperti* 381–382 cum im. phot. et del. fig. 5; DUPRAZ, *Vestini* 311–316 n. 22 (etiam cf. p. 134); *Imagines Italicae* I 218, Vestini / FVRFO 1 cum im. phot. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 409; BUONOCORE, *Klio* 70, 1988, 576; E. MATTIOCCO, in *Homines de Carapellas* 116; BUONOCORE, in *Actes du Colloque Degrassi* 388; EUND., in *Varia epigraphica* 106–107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 258–259); DITURI, *Territorio* 73. 98–101 cum im. phot. fig. 6 cum im. del. fig. 12; V. ACCONCIA, in *Vestini* 132; M. J. STRAZZULLA, in *Scritti Maria Pia Rossignani* 346.



1–2 *Deias* | *Comaftas* recte legit MATTIOCCO (“Of the goddess *Comafta*” apud *Imagines Italicae*).

De forma Divae, quam nomen deae sequitur, vide P. POCSETTI, in *Forme e strutture* 583 et passim. De v. 2 fusius disseruit DUPRAZ, qui de appellatione quadam cogitavit, attamen tota res incerta manet.

Forma litterarum ad priorem partem saec. II a. C. n. vel paulo antea adducit.

3557 Desideratur.

Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 939 n. 44; MORICO, *Castelvecchio Calvisio* 156. – Cf. I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 25 (= EUND., in *Penne* 31); A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 409; PLACIDI, *Pelutinum* 40; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 162; EUND., in *Homines de Carapellas* 112; DITURI, *Territorio* 73.

Quid subsit, mihi non liquet.

Aetatis incertae.

3558 Cippus ex lapide calcario in fronte levigatus perquam autem et foramine quodam in angulo superiore dextro adesus, a tergo scaber (65) × (60) × 25. Litt. 8,5. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. Neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 53717. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0006965).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 376; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 594; EUND., *Codici epigrafici* 202. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 940 n. 45.

Litterae ad primam aetatem imperatoriam adducunt.

3559 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 940 n. 46.

3560 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112.

Titulus, ut iam MOMMSEN recte est suspicatus, medii aevi esse videtur.

3561 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 940 n. 47.

3562 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 940 n. 48.

3563 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 940 n. 49.

3564 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 940 n. 50.

3565 Desideratur. Tit. fortasse ad Aufinum referendus (vide supra tit. n. 7494).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 940 n. 51. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 409; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 172; F. GIUSTIZIA, in *Homines de Carapellas* 27; B. DI VINCENZO, *BDASP* 95, 2005 (2006), 94; M. SPANU, *ATTA* 29, 2019, 158.

3566 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 941 n. 52. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 181; DITURI, *Territorio* 63.

2 *Si T'oni frat[ri]* fortasse legendum. – 4 [*hoc monumentum heredi [non cedit] mihi venit in mentem.*

Primae aetati imperatoriae tribuerim.

3567 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 941 n. 53. – Cf. MATTIOCCO, *Centri fortificati* 181.

3568 = ILCV 3162A. Tabula ex lapide calcario a sinistra fracta, in fronte levigata, a tergo paululum scabra (67) × (104) × 22. Area titulo inscribendo destinata in speciem tabulae ansatae redacta est 50,5 × 73,5. Litt. impares ad actuarias transgredientes 11,5/7,5. Puncta in formam virgulae acclivis in fine v. 1 et 5 signata. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1031.VW.83; neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 53609. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0006966–67).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 565. 823; EUND., *Codici epigrafici* 202. Exemplum repetiverunt MARINI, ms. *Vat. Lat.* sign. n. 9073 p. 731 n. 10 (etiam vide EUND., ms. *Vat. Lat.* sign. n. 9094 f. 36r, ubi servatur im. a GUALTIERI del.); DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4327; G. G. PANI, *ICI* III, 27–28 n. 23 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 941 n. 540; F. GIUSTIZIA, in *Campi aperti* 228 cum im. phot. fig. 47; C. PALUMBO, *Planus* 2007, 18 n. 9; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 19 n. 34. – Cf. A. SILVAGNI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* I 50; V. MONACHINO, in *Basilica di Valva* 57; GIUSTIZIA, *Territorio* 120; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 181; E. GIZZI, in *Pelutinum* 28; P. TARTARA, in *Campi aperti* 487; DITURI, *Territorio* 15; BUONOCORE, *Riv. Arch.* 84, 2008 (2009), 287.



1 *Hilarius* male MONACHINO. – 4 *dec(embriis)* haud recte VAGLIERI. – 5 *Aug(usto)* pro *A(u)g(usto)* SILVAGNI, MONACHINO.

Est a. 492 p. C. n. (de Anastasio consule vide PLRE II Anastasius 4; BAGNALL – CAMERON – SCHWARTZ – WORP, *Consuls* 518–519).

7596a tit. sacer

Tabulae duae (A–B) ex lapide calcario in fronte levigatae inferius fractae; A: (33) × (29) × ?; litt. 4–3,7. B: (35) × (28,5) × ?; litt. 4 (litt. AE in fine v. 2 minoris mensurae).

Rep. nescio quando loco incerto. Servantur *Castelvecchio Calvisio* muro interiori affixae aedium gentis *Cialone*, ubi enotavit FULVIO GIUSTIZIA, qui m. Dec. a. 2018 me certior fecit.




Fig. α

A:
 Agnum pulu(m)
 Hyntae Tebrae.




Fig. β

B:
 Agnum
 Iovi Astilico.

Fig. α-β: Im. phot. a GIUSTIZIA sumptae.

A: 1 pulu(m) pro pullu(m); 2 litt. T supra versum egrediens; punctum triangulare sursum directum. – B: 2 punctum in formam circuli insculptum.

Fuerunt tabulae duae ex uno eodemque lapicida scalptae ad aram unam pertinentes. Memorantur agnus pullus, i. e. niger potius quam tener vel tenuissimus (vide *TbLL* X 2, col. 2592 v. 50–59), Hyntae Tebrae et agnus Iovi Astilico oblatus. Videntur dea quaedam et deus quidam aliunde ignoti inter se coniuncti. Cf. ex. gr. tit. Aletrii repertum (L. GALLI – G. GREGORI, *Suppl. It.* 16, 1998, 45–46 n. 1 = *AE* 1998, 295; etiam vide C. LETTA, in *Valle di Comino* II 91–94 et A. TANZILLI, *Quad. Coldragonesi* 8, 2017, 23, ubi alia bibliographia est collecta), ubi memoratur agnus mas Deis Indicitibus immolatus. Etiam vide illud *aunom biretum* nempe Latine *agnus arietem* tit. VETTER, *Handbuch* 227 = *Imagines Italicae* I 214–215, Vestini / AVEIA 1 (amico PAOLO POCSETTI gratias ago, qui de titulo Vestino laudato me certiore fecit). Attamen quaenam illa Hynta Tebra sit, mihi non liquet; ex. gr. cf., ut me certiore fecit ROSALBA ANTONINI, tabulas Eugubinas illas (VETTER, *Handbuch* 239 = RIX, *Sabellische Texte* Um 1 = MORANDI, *Epigrafia italica* II 142–185 n. 139; de re universa etiam vide L. AGOSTINIANI – A. CALDERINI – R. MASSARELLI (Ed.), *Screbto est. Lingua e scrittura degli antichi Umbri*, Perugia 2011, passim), ubi laudantur *honde / hunte* (b45 et sq.), *huntia* (II a15, 17), *tefro* (VIb 26–27) et *tefre* (*ibid.* VIb 27–35). Haud secus appellatio Astilici aliunde ignota, quae ex hasta potius quam ex ἄστυ deprompta esse videtur (cf. *hastilis, hastiliarius*), i. e. *tutor, defensor* vel similia (de appellationibus Iovi tributis semper vide C. O. THULIN, *RE* X.1, 1918, col. 1126–1144 et etiam L. ADKINS – R. A. ADKINS, *Dictionary of Roman Religion*, New York – Oxford 2000, 119–126). Sine ullo dubio tituli ad pecudum migrationem sunt referendi.

Ex litterarum forma saec. I a. C. n. tribuerim.

7597 tit. operis publici

Tabula lapidis calcarii ex duabus partibus inter se coniunctis formata 25 × 64 × 8 (DE NINO). Rep. a. 1894 in praedio S. Angelo prope vicum *Barisciano* sito a domino *Domenico Antonio Jannarelli*. Servabatur in aedibus eiusdem *Jannarelli* in vico *Barisciano*, ubi ANTONIO DE NINO descripsit. Periisse videtur. Descripsi quatenus potui ex scheda DE NINO a. 2004.

Traditur:

T · TREBIVS · T · F · TVBER
 CVRIET · R / OVESTA
 D · S · P · F · C · I · Q · P ·

A. DE NINO, *NS* 1894, 289 (= *id.*, *Scoperte archeologiche* 338); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 941 n. 56. – Cf. DITURI, *Territorio* 52.

Memoratus videtur Titus Trebius Titi filius Tubero, qui opus quoddam de sua pecunia faciendum curavit idemque probavit. Quid autem in v. 2 recte subsit, incertum est.

Saec. I p. C. n. esse videtur.

7598 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a dextra fracta, undique levigata, in fronte valde attrita 155 × 43 × 23. In tympano acroterii pseudofloralibus praedito aves duae, quae ad vas vergent, adversus se spectantes insculptae sunt. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 99 × 32,5. Litt. ad actuaras transgredientes 6,5/3,2. Rep. a. 1922 a domino quodam cui nomen *Centi* casu et fortuito in praedio, q. d. *Casali*, prope vicum *Barisciano* sito. Servatur *Chieti* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1979 contuli.



*P(ublio) Sempro-
nio Augustali
collegium
5 Herculaneu[m]
Frenetium
posuit
p(ublice).*

Im. phot. ex neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 7946 (etiam vide neg. *Sopr. Arch. Chieti* 7949–7951. 7955. 7957).

M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550–552 cum im. phot.; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 377–383 cum im. del. et im. phot. tab. II fig. 3 (*AE* 1968, 156); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 941 n. 55; M. J. STRAZZULLA, in *Vestini* 201 cum im. phot. et del. 3a–b. – Cf. GIUSTIZIA, *Territorio* 70. 117; MATTIOCCO, *Centri fortificati* 181–182; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 113–114. 123; BUONOCORE, in *Epigrafia di confine* 286; F. CERRONE, in *Epigrafia* 2006 II 838; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 274; STEK, *Cult places* 73; RAPISARDA, *Monoliti* 63.

Punctum (v. 1) in formam aculei sagittae incisum.

5 *Herculane[um]* ALIMONTI DI BARTOLOMEO.

Collegium ad sacra Herculis praepositum, cui nomen Herculaneum Frenetium fuisse videtur, titulum publice posuit Publio Sempronio Augustali cultori fortasse Herculis. An Frenetes pagum quendam, cognominatum Frentanum vel Frenetanum inter vicos *Fossa* et *Barisciano* situm, ut est suspicatus LA REGINA, colerent necne, ambigitur (etiam vide supra ad tit. n. 3428).

Forma litterarum ad saec. II p. C. saltem adducit.

7599 tit. sepulchralis vilici

Stela ex lapide calcario in fronte paululum levigata nec non passim fissuris laesa, infra scalpro dentato dolata $87 \times 60 \times ?$. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta $58,5 \times 50$. In fascia superiore incisum est anaglyphum quoddam helicibus praeditum singulari artificio effectum. Litt. impares 3,5/2 (litt. P v. 7 maioris mensurae 5,5). Rep. videtur nescio autem quando in agro Furfensi, servabatur *Barisciano* in viridario domus cuiusdam sitae in platea *Trieste* appellata. Post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi exstet nescio. Descripsi a. 2010 quatenus potui ex scheda CLAUDIA DITURI, quae me certiore fecit.



*Secundus
heredum Albini
vilicus et Silicia
Secundo
5 nepoti et Maximae
sorori
p(osuerunt).*

Im. phot. a CLAUDIA DITURI sumpta.

DITURI, *Territorio* 68–69 cum im. phot. tab. VII fig. 12; M. BUONOCORE, in *Scritti Salvatore Alessandri* 42–46 cum im. phot. fig. 1.

Puncta triangularia.

Vilicus Secundus una cum sorore Silicia (de rarissimo cognomine pro nomine adhibito cf. ex. gr. tit. Christianum Romae repertum *ICVR*, N. S. 16487) titulum posuit nepoti Secundo et sorori Maximae. Qui fuerit Albinus ille, cuius heredum Secundus vilicus fuit, in dubio adhuc maneo. Certe unus ex familia ditissima Nummiorum, qui in agro Amiternino et praesertim Vestino praedia possidere videtur: nam vide Nummiam Variam illam tit. n. 3429 et n. 3436 filiam, ut videtur, L. Roscii Aeliani Proculis consulis a. 178 p. C. n. potius quam Marci Nummii Albini consulis 206 p. C. n. (de re universa vide FR. CHAUSSON, *MEFRA* 115, 2000, 843–879). Ex eo, quod tit. ex forma litterarum alteri parti si tardius saec. II p. C. n. tribuendus, Albinus in hoc titulo memoratus aequari non potest cum Marco Nummio Umbrio Primo Senecione Albino cos. ord. a. 206 (L. PETERSEN, *PIR*² N 238; OKOŃ, *Album senato-*

rum I 186–187 n. 758; etiam vide SALOMIES, *Nomenclature* 110–112 et praesertim G. ALFÖLDY ad tit. huius Corporis vol. VI 41192. 41225a. 41225b. 41243). Excludendum non est, quin Albinus idem ac Nummius Albinus ille fuerit, frater germanus Didii Iuliani imperatoris (L. PETERSEN, *PIR*² N 226), qui, ut videtur, consulem ordinarium supra memoratum sibi filium adoptavit. Attamen tota res adhuc incerta manet. De officio vilici vide L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; AUBERT, *Business Managers* passim; CARLSEN, *Vilici* passim; U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 101–124; vilicos in regione quarta laudatos recensui EGO, *Epigraphica* 59, 1997, 241–244 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 326–329) et in *Scritti*, I. I. 42–43.

Alteri parti saec. II p. C. n. vel paulo antea (vide supra).

7600 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (32) × (24) × ?. Litt. affabre exaratae esse videntur. Unde prodierit, ignoramus. Muro cuidam exteriori affixam hortuli domini D. d'Ettore siti extra vicum *Castelvecchio* apud dirutam ecclesiam S. Laurentii prope *Carapelle Calvisio* inspexit a. 1897 vir doctus NICCOLÒ PERSICHETTI. Periisse videtur. Descripsi quatenus potui ex scheda PERSICHETTI a. 1995.

-----?
 [- -] Nu+[- -]
 [- - an]nos L[- -]
 [- - su]o vir[o - -]
 [- - bene mer]ent[i - -]

N. PERSICHETTI, NS 1897, 431; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 941 n. 57. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 409; DITURI, *Territorio* 73.

Aetatis imperatoriae incertae.

7601 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra rotundata, in fronte valde pessumdata, infra scabra 77 × 40 × ?. Rep. videtur nescio autem quando in agro Furfensi, servabatur *Barisciano* in viridario domus cuiusdam sitae in platea *Trieste* appellata. Post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi exstet nescio. Descripsi a. 2010 quatenus potui ex scheda CLAUDIA DITURI, quae me certiore fecit.



Piladi L(uci) C[a]-
 naci serv(o)
 Sex(tus) Variasiu's'
 Chrestus fratri
 5 p(osuit).

Im. phot. a DITURI sumpta.

DITURI, *Territorio* 69–70 cum im. phot. tab. VII fig. 13; BUONOCORE, *Epigraphica* 78, 2016, 358 n. 9 cum im. phot. fig. 16 (AE 2016, 358).

Puncta triangularia.

1 *Piladi* pro *Philadi* (nom. Philades).

Lectio incerta manet. – 1–2 omisit DITURI.

Nomen gentilicium Canacii aliunde ignotum in tota regione quarta. Attamen Variasios alios in titulis regionis Vestinae fusius reperies; etiam cf. Variasiam Sexti libertam Caesiam illam tit. n. 3393 laudatam.

Ex forma litterarum saec. II p. C. n. saltem tribuerim.

7601a tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario in usum posteriorem undique recte scissa, in fronte levigata (18) × (37,5) × ?. Litt. 3/2,5. Rep. nescio quando loco incerto. Servatur *Calascio* muro cuidam interiori affixa aedium dominae *Maria Pia Vittorini*, ubi FULVIO GIUSTIZIA enotavit et me m. Dec. a. 2018 certiore fecit.



 Silvestri f(il-)
 Atimetus pate[r]
 p(osuit).

Im. phot. a GIUSTIZIA sumpta.

1 *f(ilio)* vel *f(iliae)*. – 2 punctum in formam hederæ insculptum.

Saec. II p. C. n. tribuerim.

7602 tit. sepulcralis


Ara ex lapide calcario infra fracta in fronte valde pessumdata. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes supra et a sinistra tantum servantur. Mensuras sumere nequivi, cum idoneis scalis carem. Rep. nescio quando loco incerto. D. 25 m. Aug. a. 1983 dominus SERGIO BRIONI titulum enotavit *Castelvecchio Calvisio* affixum muro cuidam interiori loco edito ecclesiae S. Cypriani. Ibidem servatur, ubi m. Sept. a. 2014 quatenus potui contuli una cum CLAUDIA DITURI, quae im. phot. quoque sumpsit.

LXXXVIII. VICVS potius quam PAGVS FIFICVLANVS
(prope *Paganica* p. 18*. 338. 697).

351* Cf. IOVENITTI, *Paganica* 35–40, qui titulum genuinum fuisse suspicatur (cf. tit. Brixianum huius Corporis vol. V 4148 = *Inscr. It.* X 980). In dubio autem adhuc maneo, utrum titulus fictus sit necne; appellatio Paganici non abhorrens videtur. Etiam cf. N. PERSICHETTI, *RM* 29, 1914, 132–133 adn. 1; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107–108 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 260–261).

3569 = I² 1805 (cf. p. 1044) = CLE 5 app. Cippus ex lapide calcario undique fractus in fronte passim scalpro dentato dolatus nec non valde pessumdatum (49) × (23) × (18). Litt. 2/1,8. Puncta in formam circuli haud semper signata. Servabatur eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe in vico *Bazzano* inserta muro cuidam interiori cryptae ecclesiae S. Iustae, ubi a. 2000 contuli una cum GABRIELE CIFANI, qui im. phot. sumpsit. Attamen post terrae motum d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi extet ignoro. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009818).

Exemplum repetiverunt ZANDER, *Versus* 54 n. 6; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3490; I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 34. 43 (= ID., in *Penne* 40. 49); CICERONE, *Tussio* 175–176, cuius errores sprevis; WARMINGTON, *Remains* 113; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*⁵ 89; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 42 n. 54 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 184 n. 54); ID., in *Fonti latine e greche* II 942 n. 1; ID., in *Metrische Inschriften* 220–221 n. 1*; ID., in *Temptanda viast* 17 n. 18*; ID., in *Dediche sacre* 277 n. 178; DUPRAZ, *Vestins* 207–212 n. 4 cum amplissimo commentario (etiam cf. p. 141–142). – Cf. WORDSWORTH, *Fragments* 239; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 377; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 6; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 113 adn. 19; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259); KRUSCHWITZ, *Carmina* 122–124. 209–210; EUND., *Römische Inschriften* 61; D'EREDITÀ, *Aveia* 147; EHMIG, *Donum dedit* 50. 143. 231; RAPISARDA, *Monoliti* 57.



Ut iam MOMMSEN dubitanter proposuerat, textum suppleverim ita fere: - - - - - | [hoce ut l]i[be]t[ur] d[omi]n[u] | [- - -] d[edit] L[ucius] Aufidi[us] D[ecimi] | [f]i[lius] - - - de[cuma] facta | [Hercol]i mer[ito] iterum. | [Simul] te orat: tu es | [sanctus] deus, qui tou[tam a te] pacem petit | [eum] adiouta (v. 6–8 qui tou[tam a te] pacem petit, | [auxilio] adiouta temptavit BÜCHELER, CLE), i. e. hoc ut libet dono - - - dedit L. Aufidius D. f. - - - decima facta Herculi merito iterum. Simul te orat: tu es sanctus deus, qui tutam a te pacem petit, eum adiuta! (etiam cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 120).

De decima vide J. NÚÑEZ – X. DUPRÉ, *Chiron* 30, 2000, 333–348; sanctus, ut constat, vel sanctissimus dicitur Hercules in compluribus inscriptionibus; titulos Herculi sacros in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150); etiam vide titulos huius vici infra n. 7606–7607. Aufidios alios non invenies (de nominativo singulari breviato *-i(us)* vide J. KAIMIO, *Arctos* 6, 1970, 23–42); de nomine in regione Amiternina laudato (cf. infra tit. n. 4241. 4361. 4371. 4405. 4406. 4468. 4527. 8238. 8342) vide MATHIEU, *Aufidii* 140–141, qui de Publio Aufidio Pontiano Amiternino illo a VARR. *re rust.* 2,9,6 memorato fusius quoque disseruit.

Ex litterarum forma et ex grammatica prioris partis saec. I a. C. esse saltem videtur.

3570 Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem resecta in fronte levigata. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSEL descripsit, nempe muro cuidam exteriori fenestreae loco edito inserta ecclesiae S. Iustini prope vicum *Paganica* sitae, ubi a. 1984 et 2001 quatenus potui contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009819–20).

Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 52 n. 5; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* Ser. s. 8°, 40, 1985, 194 n. 1 adn. 30 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 664 n. 1 adn. 30); ID., in *Fonti latine e greche* II 942 n. 2; ID., in *Dediche sacre* 277 n. 177.

Dei Maiores hic solum in tota regione quarta occurrunt.

Litterae primae aetatis imperatoriae esse videntur.

3571 Ara ex lapide calcario corona et crepidine retrorsum haud prospicientibus praedita in fronte et in lateribus levigata a tergo paululum scabra 98 × 62 × 36. Corona praedita est pulvinis, quorum frons exornata est flore; in fronte coronae mediae semicirculatae duae volutae exstant. In fronte arae a dextra incisa vitis, a qua cymbala pendent; a sinistra distingui adhuc possunt anaglypha nonnulla scil., teste MOMMSEN, figura stans scyphum dextra tenens, sinistra innixa baculo panthera pedem tollens. Litt. 3. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo MOMMSEN descripsit, nempe *Paganica* humi iacens in viridario communalis, ubi a. 1984 et 2001 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009821–23).

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3545; IOVENITTI, *Paganica* 48–50 n. 2 cum im. phot.; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 942 n. 3; ID., in *Dediche sacre* 278 n. 181; ID., in *Scritti Salvatore Alessandri* 42 n. 13. – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 202 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 670); MIGLIARIO, *Aspetti* 187; U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 129; S. ANTOLINI, in *Nuove ricerche* 20; F. GIUSTIZIA, in *Campi*

aperti 210; C. RICCI, in *Scritti Lorenzo Braccisi* 698; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 10; M. J. STRAZZULLA, in *Vestini* 205; D. RIGATO, *Riv. Stor. Antichità* 42, 2016, 205; EAND., *Riv. Stor. Ant.* 48, 2018, 59. 69 n. 6.

1 *L(iber)* nunc lapis.

Aram Libero patri dedicavit Festus quidam, qui fuit vilicus nec non actor ut sane elicitur ex tit. n. 3579 Tiberii Catii Caesii Frontonis consulis suffecti a. 96 p. C. n. (de quo vide E. GROAG, *PIR*² C 194; etiam vide G. ALFÖLDY, in *Epigraphia e ordine senatorio* II 364; O. SALOMIES, in *Epigraphia e ordine senatorio, 30 anni dopo* II 519; nota eundem Catium redire tit. n. 3578 [v. 11] et n. 3579, inde pro certo affirmare possumus, in hoc vico consulem praedia nonnulla possedisse; etiam vide supra ad tit. n. 3461, ubi laudatur Ca^rt^ria C. I. Caesia quaedam). De nomine gentilicio vide RICCI, *l. l.* 696–699 cum amplissimo commentario. Liber (de quo vide BRUHL, *Liber Pater*) in titulis vici nunc primum occurrit; titulos Libero sacros in regione quarta repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 225 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 153–154). Vilicum alium tit. n. 3617 invenies; de vilicis cf. SIRAGO, *L'Italia agraria* 141; vide etiam, quae disseruerunt L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70; BUONOCORE, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 283; AUBERT, *Business Managers* 454 n. B117 et praesertim CARLSEN, *Vilici* 67 et ROTH, *l. l.* 101–124; titulos in regione quarta repertos vilicos memorantes recensui EGO, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); ID., in *Scritti, l. l.* 42–44.

Ex eo, quod scripsi saec. I ex. p. C. n. tribuerim, cui tempori forma litterarum sane congruit.

3572 Tabula ex lapide calcario a sinistra et a dextra fracta undique levigata 49 × (28) × 23. Litt. 4,5–3. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo MOMMSEN descripsit, nempe in vico *Paganica* in aedibus gentis *Dragonetti* – *De Torres*, ubi hieme a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0009824).

Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 56–57 n. 15; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 942–943 n. 4; ID., in *Varia epigraphica* 105–106 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 261). – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 193 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); STEK, *Cult places* 162; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 11.



Suppleverim ita fere: [- A]nnaedio Ç(ai) [f(ilio)] | [Su]mmo militi c[ob(ortis)] - - - pr(aetoriae), | [v(icit)] a(nnis) XXIII, milita[vit a(nnis)] - - - | [et] T(ito) Vibio Pro[bato], |^s Annaedia Qu[arta] | [i]nfelicissima +[- - -] | [fil(io) e]t coniugi b(ene) m(erentibus) [fec(it) vel pos(uit)]. – 6 + est hasta recta; m[ater] EGO in editionibus prioribus.

In dubio autem maneo, utrum titulus ex urbe Roma sit translatus; praetorianos in titulis regionis quartae nominatos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 214. 216 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 140–141); etiam vide tit. sequentem. Nomen Annedii redit tit. n. 3578 (v. 6) (de nomine etiam vide J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 17).

Litterae saec. II p. C. n. esse possunt.

3573 = *ILS* 2053. Cippus ex lapide calcario undique valde pesumdatum corona et crepidine retrorsum haud prospicientibus praeditus, in fronte et in lateribus levigatus, a tergo paululum scaber 104 × 83 × 58. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 80 × 65. Litt. affabre incisae 7–3. Puncta in formam circuli redacta haud semper insculpta. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSSEL recognovit, nempe *Paganica* humi iacens in viridario comunali, ubi a. 1984 et 2001 contuli et im. phot. sumpsi. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 6714. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0009825–26. 16099).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* 461 cum im. del. tab. XII fig. 30; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 114. Exemplum repetiverunt WILMANN, *Exempla* 2069; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3802; CICERONE, *Tussio* 179; IOVENITTI, *Paganica* 47–48 n. 1; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 943 n. 5; M. TRAVERSO, in *Acta Barcelona* II 1458; ID., *Esercito* 112 n. 30. – Cf. KUBITSCHER, *Imperium* 61 (add. p. 26); BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 202 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 670); RAWSON, *Children* 326; FORNI, *Tribù* C1727–1728; BUONOCORE, in *Tribù romane* 36; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 10; C. RICCI, *Soldati e veterani* 55 n. 3; BRANCATO, *Repertorium* II 92; E. MELCHOR GIL – J. F. RODRÍGUEZ NEILA, *Epigraphica* 74, 2012, 123; EOSD., in *Renovación* 256; BUONOCORE, in *L'iscrizione e il suo doppio* 220; D. FASOLINI, in *Incorrupta antiquitas* 78.

Caius Curtilius Caii filius Quirina Faustinus, adlectus in ordine decurionum cum esset annorum quattuor (qua de re inter al. vide H. MOURITSEN, *Chiron* 28, 1998, 242 adn. 39. 243 adn. 44; S. LEFEBVRE, in *L'Africa Romana* 12, Sassari 1998, 1136–1137; RAWSON, *l. l.*; CHR. LAES, *Epigraphica* 66, 2004, 176 n. 10; FASOLINI, *Aggiornamento* 82; U. SOLDVIERI, *Puteoli* n. s. 2016, 341; D. FASOLINI, in *Incorrupta antiquitas, l. l.*), cui parentes Caius Curtilius Caii filius Quirina Marcellus et Avidiacca Colchis titulum posuerunt, fuit eques cohortis primae praetoriae (vide supra tit. precedentem). De cognomine Marcelli vide S. MAZZOCCHIN, in *Voce concordi* 219.

Ex litterarum forma saec. I labenti p. C. n. tribuerim.

3574 = *I*² 1806 (cf. p. 1044). Plinthus ex lapide calcario in fronte et a tergo levigata 40 × 26 × 21; praeter angulum superiorem dextrum nihil deesse videtur. Litt. impares 4,5/3,6. Puncta triangularia et in formam circulorum insculpta. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSSEL descripsit, nempe in vico *Paganica* in aedibus gentis *Dragonetti* – *De Torres*, ubi hieme a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0009827).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 848. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4023; WARMINGTON, *Remains* 113; IOVENITTI, *Paganica* 45 n. 2; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 943 n. 6; DUPRAZ, *Vestins* 193–198 n. 1 cum amplissimo commentario (etiam

cf. p. 49); S. SISANI, *Mem. Accad. Lincei* s. 9°, 27, 2011, 588. 649. 665. – Cf. A. SCHULTEN, *Philologus* 53, 1894, 665; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 376 cum im. phot. tab. I fig. 1; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 193 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); EUND., in *Epigrafia del villaggio* 54; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 113 adn. 18; BUONOCORE, *Panorami* 8. 1, 1996, 26 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 38); EUND., in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 260); C. LETTA, in *Samnitice loqui* II 307; A. CALDERINI, in *Studi Luciano Agostiniani* 69; S. SEGNI, in *Quotidien municipal* 221; STEK, *Cult places* 162; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 277; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 11; TODISCO, *Vici* 99. 118; C. LEGA, *Quad. Arch. Abruzzo* 2, 2010 (2012), 296; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 886; V. ACCONCIA, in *Vestini* 121; A. KUZNETSOV, *ZPE* 187, 2013, 137; A. DIONISIO, *Quad. Arch. Abruzzo* 4, 2012 (2016), 14.



1 quomodo nomen gentilicium recte restituendum, cuius vestigia A+O+[- -] tantum servantur, adhuc incertum; de nomine Aiopii MOMMSEN cogitavit, cum quo dubitanter SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 10 quoque consentiunt (etiam vide SCHULTEN, *l. l.*); de nomine autem Aponii LA REGINA est opinatus (inde SISANI), cum quo autem DEGRASSI, huius Corporis vol. I², *l. l.* non consentit; *Aponi[es]* dubitanter DUPRAZ. Nomen Aionii esse quoque potest, ex eo, quod hasta directa ad perpendicularum inter vocales A et O incisa ad I potius quam ad P referenda mihi esse videtur, et post vocalem O vestigia litterae N inspicere possunt (de raro nomine Aionii vide SOLIN – SALOMIES, *l. l.*).

Titulum sic restituerim: *T(itus), Sa(lvius) Aion[i] | C(ai), V(ibi) f(ili) magist[r]les de veci s(ententia) | opus faciund(um) | couraverunt*. – 2–3 *magistres de veci pro magistri de vici* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 111. 150), – 4–5 *faciund(um) couraverunt pro faciend(um) curaverunt*.

Memorantur duo magistri vel vici vel pagi vel etiam fani cuiusdam, scil. Titus Aionius Caii filius et Salvius Aionius Vibii filius, fortasse filii duorum fratrum, qui de vici sententia opus quoddam faciendum curaverunt. De praenomine Salvii vide SALOMIES, *Vornamen* 88–90 cum amplissimo commentario titulis collectis (titulus noster memoratur ad p. 89); EUND., in *Prénoms* 33–34.

Ex litterarum forma et ex grammatica (de qua etiam vide WACHTER, *Allateinische Inschriften* 313 adn. 740. 452 adn. 1021. 519 adn. 555) priori parti saec. I a. C. n. tribui potest (contra vide S. PANCIERA, in *Actes Nîmes* 286 n. 349 [= EUND., *Epigrafi* I 78 n. 349], qui de saec. II a. C. n. cogitat).

3575 Tabula ex lapide calcario in fronte perquam adesa undique fracta (68) × (154) × ?. Litt. detritae circ. 19. Puncta distingui nequeunt. Etiam hodie eodem loco, quo BRUNN, GARRUCCI et DRESSEL descripserunt, nempe in pavimento exteriori inserta ante ecclesiam S. Iustini prope vicum *Paganica* sitam, ubi a. 1984 et 2001 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009828–31).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 458 cum im. del. tab. XII fig. 30. Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 43–45 n. 1; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 194 n. 2 adn. 31 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 664 n. 2 adn. 31); ID., in *Fonti latine e greche* II 943 n. 7; SPADONI, *Prefetti* 79–80 n. 87. – Cf. N. PERSICHETTI, *RM* 29, 1914, 136; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 9; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9°, 21, 2010 (2011), 186.



1–2 ex versibus concinne ordinatis sic suppleverim: *C(aio) Licinacio C(ai) f(ilio) [Quir(ina)] | Rufo praef(ecto) i(i)ure d(icundo) [quinq(uennali)]*; – 3 praeter primas tres litteras parum certae lectionis legerim *Aug(ustali) F+I+S++VS+ +++[- -]*.

De praefectura municipali etiam vide I. DIDU, *Ann. della Fac. di Lettere e Filosofia (Cagliari)* n. s. 5, 1983/84, 53–92; G. MENNELLA, *Epigraphica* 50, 1988, 65–85; M. S. BASSIGNANO, in *Actes du Colloque Degrassi* 515–537; G. AMODIO, in *Élites municipales* 71–98; G. BANDELLI, *ibid.* 149–157. Augustales alii nude dicti non redeunt in titulis huius loci; memoratur autem sevir Augustalis quidam tit. n. 3578.

Litterae primae aetatis imperatoriae esse videntur.

3576 Desideratur.

Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 943 n. 8; SPADONI, *Prefetti* 82–83 n. 93. – Cf. BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); EUND., in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259).

Quamquam supplementa incerta sunt, temptavi quae sequuntur, scil.: ----- | [--- p]raef(ecto) [---] | [---]+T+[- -] | [---] Fabi[us] --- | [---] coh(ortis) vel coh(eres) [---] | -----.

Aetatis incertae.

3577 Tabula ex lapide calcario supra fracta undique levigata (42) × 39 × 5,5. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata cymatio inverso cincta, cuius partes a sinistra a dextra et infra servantur, ? × 31. Litt. 4,5–3. Puncta triangularia. Exstat *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 53610; *neg. D. A. I. Rom* n. 83.VW.1010. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009832–33).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 347. 765; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt WALTZING, *Corporations* III 407 n. 1559; DE RUGGIERO –

VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4025; G. SUSINI, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 10, 1955, 258; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 943 n. 9. – Cf. I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 34 (= EUND., *Penne* 40); SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 267; AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 50; LA REGINA, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 202 adn. 49; C. LETTA, in *Epigrafia del villaggio* 39 adn. 22; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 277; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 10; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9°, 21, 2010 (2011), 189.


1 quomodo verbum, quod terminatur in [- -]norum, sit restituendum nescio; de nomine gentilicio quodam casu genetivo plurali signato fortasse agitur.

De deis publicis fusius disseruerunt SUSINI, *l. l.* 257–262 et F. CENERINI, in W. MONACCHI (Ed.), *Storia e archeologia di Pitinum Pisaurense*, Urbana 1999, 57–67.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* in fine tituli compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuo.

3578 = ILS 7306. Tabula ex lapide calcario undique fracta, superne et a dextra paene integra, in fronte scalpro dentato dolata. Nunc servantur sola fragmenta supra et infra inter se coniuncta (94) × (78) × 17,3. Litt. 6,6/4,5. Puncta triangularia haud semper signata. Exstant *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. *Neg. D. A. I. Rom* n. 61.44. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0009834).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 343. 454–455. 459. 579. 793 cum im. del. tab. XII fig. 30, tab. XV fig. 33; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt WALTZING, *Corporations* III 408 n. 1560; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4024; IOVENITTI, *Paganica* 60–61 n. 24 cum im. phot. fig. 8; JACZYNOWSKA, *Les associations* 83 n. 115; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 194 n. 3 adn. 32 cum im. phot. fig. 2 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 664–665 n. 3 adn. 32); GINESTET, *Organisations de la jeunesse* 235 n. 112 cum alia bibliographia (etiam cf. p. 99. 111. 122. 127); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 944 n. 10; TARPIN, *Vici et pagi* 395 n. IV.17.21. – Cf. A. SCHULTEN, *Philologus* 53, 1894, 668; N. PERSICHETTI, *RM* 29, 1914, 129, 132. 136 et passim (cf. *AE* 1914, 271); SCHNORR VON CAROLSFELD, *Geschichte der juristischen Person* 279. 307. 314; M. JACZYNOWSKA, *Eos* 57, 1967/68, 303; M. MORETTI, *Museo nazionale* 267–268; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 376. 423; U. LAFFI, in *Cultura italica* 140 (= EUND., *Studi* 538); D. LAGADE, *Chiron* 9, 1979, 330; AUSBÜTTEL, *Untersuchungen* 50; MORELLI, *Collepietro* 279; G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 4. 231. 232; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 112; EUND., in *Epigrafia del villaggio* 39 adn. 20; MIGLIARIO, *Aspetti* 186; A. M. GIUNTELLA, in *Domum tuam dilexi* 418; A. BOUET, *REA* 101, 1999, 480–481 n. 5.3; FIORDIGIGLI, *San Giustino* 32; C. LETTA, in *Samnitice loqui* II 306; F. VAN WONTERGHEM, in *Itinera archaeologica* 198; BUONOCORE, in *Epigrafia di confine* 286; P. POCETTI, in *Campi aperti* 370. 373; DITURI, *Territorio* 23; STEK, *Cult places* 73; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 277; C. RICCI, in *Scritti Lorenzo Braccesi* 698; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 6–8; B. DI VINCENZO, *ibid.* 101, 2010 (2011), 21; TODISCO, *Vici* 103; M. DE FINO, in *Epigrafia e ordine senatorio, 30 anni dopo* II 633; V. ACCONCIA, in *Vestini* 131; M. J. STRAZZULLA, *ibid.* 199. 200. 203–204 cum im. fig. 5 del. ex Corpore repetita; P. WOJCIECHOWSKI, *Eos* 102, 2015, 310. 312–314; EUND., *Cultores Deorum* 37. 55. 59. 61; RAPI-SARDA, *Monoliti* 57.



11 [- -] C[ati] Fro[nto]nis legerim, inde colligi potest nominari libertum vel servum quendam Tiberii Catii Caesii Frontonis consulis suffecti a. 96 p. C. n., qui redit tit. n. 3571 et 3579. – 12 [Sa]turninus pagi (scil. *servus*) recte LETTA (*Samnitice loqui*).

In v. 2–3 huius tituli memoratur Sextus Aiadius Agatemer, qui, ut videtur, reliquit agri plus minus iugera centum iuvenibus Herculis cultoribus Fificulanis appellatis (etiam vide iuvenes appellatos Taresunos, qui memorantur tit. Peltauinate n. 7540); sequuntur nomina iuvenum, inter quos ingenus, libertos et servos invenies (de re universa vide S. RANDAZZO, *Stud. Doc. Hist. Iuris* 66, 2000, 212–213 et passim cum alia bibliographia); in fine sevir Augustalis quidam memorari quoque videtur (cf. BUONOCORE, *ZPE* 108, 1995, 132 [= EUND., *Abruzzo e Molise* I 89]). De collegio Herculis etiam cf. E. PAIS, *Atti Reale Accad. Arch. Napoli* n. s. 6, 1918, 118. Etiam cf. tit. *AE* 1959, 1729 *Mactar* repertum a. 88 p. C. n., ubi laudatur iuvenes, scil. iuventus, civitatis Mactaritanae, qui cultores Martis Augusti quoque fuerunt. De nominibus gentiliciis Ann(a)edii, Cat(t)ii, Octavidii Oppiique vide ad tit. n. 3572. 3571. 7613. 7618.

Ex litterarum forma et ex eo, quod supra scripsi saec. I p. C. ex. tribuerim.

3579 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4189; IOVENITTI, *Paganica* 50–51 n. 3; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 194 n. 4 adn. 33 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 665 n. 4 adn. 33); ID., in *Fonti latine e greche* II 944 n. 11. – Cf. I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 34 (= EUND., in *Penne* 40); AUBERT, *Business Managers* 469 n. C79; U. ROTH, *PBSR* 72, 2004, 129; S. ANTOLINI, in *Nuove ricerche* 20; F. GIUSTIZIA, in *Campi aperti* 210; C. RICCI, in *Scritti Lorenzo Braccesi* 698; BUONOCORE, in *Scritti Salvatore Alessandri* 44; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 9; M. J. STRAZZULLA, in *Vestini* 205; D. RIGATO, *Riv. Stor. Antichità* 42, 2016, 205; EUND., *Riv. Stor. Ant.* 48, 2018, 59.

Festus actor Tiberii Catii Caesii Frontonis consulis suffecti a. 96 p. C. n. redit supra tit. n. 3571 (etiam cf. MIGLIARIO, *Aspetti* 187). De nomine gentilicio Caesii etiam vide NATALE, *Fossacesia* 93.

Saec. I ex. p. C. n. fuit.

3580 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3873; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 944 n. 12; S. SEGENNI, in *Proprietà imperiali* 134 (etiam cf. p. 128). – Cf. BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); S. SEGENNI, *Epigraphica* 51, 1989, 148; G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 236; MIGLIARIO, *Aspetti* 186; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259).

Memoratur Cinnamus quidam, qui fuit servus Augustorum duorum ex dispensatoribus Augustorum duorum (de quo officio vide, inter al., BOULVERT, *Domestique* 196 adn. 516); etiam vide signaculum in vico *Forcona* reperiendum, scil. tit. n. 6083, 65, ubi nominatur Fortunatus quidam, qui fuit dispensator Augusti nostri; de quo vide SEGENNI, *l. l.*; etiam vide A. BUONOPANE, in *Instrumenta Inscripta* V 150 n. 10. 155 cum alia bibliographia (adde tit. infra n. 7611).

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)*, si recte traditur, scripta et ex eo, quod Cinnamus fuit servus Augustorum duorum, aetati ante Marcum Aurelium Augustum defunctum comprehensae tribuo.

3581 Tabula ex lapide calcario in fronte levigata, a tergo paululum scabra 39 × 64 × 14. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio cincta 33 × 24. Litt. actariae 4/3,5. Puncta in formam hederæ et triangularia signata. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. Neg. *D. A. I. Rom* n. 83.VW.1031. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009835–36).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 457 cum im. del. tab. XII fig. 30. 497. 648; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 52 n. 6; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 195 n. 5 adn. 35 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 665 n. 5 adn. 35); ID., in *Fonti latine e greche* II 944 n. 13.

5 ficit pro fecit (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 119); error ad aetatem labentem vel ad solam fabrilem negligentiam fortasse tribuendus (etiam vide MOMMSEN ad p. 801).

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. III p. C. n. tribuo.

3582 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 945 n. 14. – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); EUND., in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259).

Nescio utrum Bruttii in hoc titulo laudati liberti Caii Bruttii Praesentis consulis ordinarii bis a. 139 p. C. n. (de quo vide E. GROAG, *PIR*² B 164) fuerint necne, ex eo, quod gens illa in agro Amiternino et Vestino praedia possedit.

Fuisse potest saec. II medii p. C. n.

3583 Stela ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas fracta, anaglypho fastigii triangularis cum acroteriis pseudofloralibus ornata supra imminuta, in fronte levigata, infra scalpro dentato dolata, a tergo paululum scabra (69,5) × 58,3 × 13,5. In fastigio a sinistra sunt insculpta pecten, cista, speculum, gallicae duae et lecythi duo (de quibus anaglyphis etiam cf. BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 727–734 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 692–697); EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34–35 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130–131); praesertim L. SENSI, in *Civiltà dei Romani* 176–186 et F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15–16). Area titulo inscribendo destinata excavata, quae infra praebet foramen iam antiquitus excavatum, cymatio inverso cincta 45,6 × 36,9. Litt. passim detritae 5,8/3,5. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali

antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. Neg. *Arch. Sopr. Chieti* n. 53613; neg. *D. A. I. Rom* n. 83.VW.982. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009837–40).

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 453. 456. 603; S. SEGENNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetitive-runt IOVENITTI, *Paganica* 54–55 n. 11; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 195–196 n. 6 adn. 36 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 665–666 n. 6 adn. 36); ID., in *Fonti latine e greche* II 945 n. 15. – Cf. M. MORETTI, *Museo nazionale* 276; BUONOCORE, *Abruzzo, l. l.* 35 cum im. phot. tab. XI fig. 1; D'EREDITÀ, *Aveia* 127; SQUADRONI, *l. l.* 15.



1 *Lexsidi* pro *Lexidi*. – 2 *Ipitus* pro *Iphitus*. – 3–4 *Eclogeni* lapis.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

3584 Desideratur.

Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 54 n. 9; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 196 n. 7 adn. 37 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 666 n. 7 adn. 37); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 231 adn. 22; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 945 n. 16. – Cf. L. MIGLIORATI, *Riv. Top. Ant.* 17, 2007, 125; BRANCATO, *Repertorium* II 95; L. MIGLIORATI, *Sc. Ant.* 17, 2011, 740; DE CARLO, *Ceto equestre* I 248.

6–7 *IVVENCILLA | FILIAE MATRI P male IOVENITTI*.

De Octavidiis vide infra tit. n. 7618.

Fuisse potest saec. II p. C. n.

3585 Stela ex lapide calcario supra in usum posteriorem recte resecta anaglypho fastigii triangularis cum acroteriis pseudofloralibus ornata, in fronte levigata (90) × 54,5 × circ. 27,5. In area fastigii sunt insculpta a sinistra codex, a dextra volumen (de quibus anaglyphis fusius disserui BUONOCORE, *Scrittura e civiltà* 17, 1993, 309–315; ID., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 24–25 cum im. phot. tab. III fig. 2 [= ID., *Abruzzo e Molise* I 117–120]). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 65 × 40. Litt. inter lineas ad delineandum ductas insculptae 9/5.

Puncta in formam falculae et hederae signata. Servabatur eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe in vico *Bazzano* inserta muro cuidam interiori cryptae ecclesiae S. Iustae, ubi a. 2000 contuli una cum amico GABRIELE CIFANI, qui im. phot. sumpsit. Attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi extet, ignoro. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009841–43).


De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 468. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 945 n. 17. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 377; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 6; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259); D'EREDITÀ, *Aveia* 147 cum im. phot. tab. IX.

Ex nomine gentilicio Raianii vel Raiani, quod hic solum occurrit (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 153), nomen vici hodie *Raiano* nuncupati in regione Paeligna siti videtur esse depromptum (de re universa fusius disseruit FUCINESE in dissertationibus *Eremo*; *Raiano* et *Raiano e dintorni*).

Litterae saec. I p. C. n. tribui possunt.

3586 Stela ex lapide calcario a sinistra et in angulo superiore sinistro in usum posteriorem scissa undique paululum levigata, in fronte perquam adesa 46 × (34) × 13. Litt. detritae 4,5–3,4. Puncta distingui nequeunt. Exstat *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 53614; *neg. D. A. I. Rom* n. 83.VW.1033. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009844. 16100).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 460 cum im. del. tab. XII fig. 30; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 54 n. 10; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 196 n. 8 adn. 38 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 666 n. 8 adn. 38); ID., in *Fonti latine e greche* II 945 n. 18. – Cf. BRANCATO, *Repertorium* II 96.



2 quomodo nomen, quod terminatur in *-clius*, recte supplendum incertum (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 237). – 2–3 *Maxil[me]* MOMMSEN supra in exemplo ad tit. (inde IOVENITTI); *Maxil[ma]* fortasse supplendum.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. III p. C. n. tribuo (etiam nota Iulium Tigrinum praenomine carere).

3587 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 779. Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 55 n. 12; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 945 n. 19. – Cf. CHR. HÜLSEN, *RM* 18, 1903, 338; N. PERSICHETTI, *ibid.* 29, 1914, 137 adn. 1; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 202 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 670–671); FIORDIGLI, *San Giustino* 33; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 54; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 11; BUONOCORE, *Epigraphica* 73, 2011, 327.

4 *Zmaragdus* pro *Smaragdus* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 133).

Femina, cuius cognomen in parte superiore tituli nunc deperdita incisum erat, fuit serva, ut videtur, Sexti Vitulatii Lucii filii Quirina Nepotis consulis suffecti a. 78 p. C. n. ex Aveia fortasse oriundi, qui Romae domum quoque possidebat (vide M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine senatorio* I 189; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 492 n. 595; S. SEGNI, in *Epigrafia e territorio* VII 135. 139; EAND., in *Quotidien municipal* 221–222; de re universa etiam vide W. ECK, *RE Suppl.* XIV, 1974, col. 912 n. 2; EUND., in *Lexicon Topographicum* II 215; K. WACHTEL – M. HEIL, *PIR*² V 778); etiam cf. tit. n. 3617 et tit. Amiterninum n. 8346 (etiam vide supra ad tit. Peltuinatam 7530).

Si recte sum interpretatus, saec. I ex. p. C. n. fuisse potest.

3588 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 52–54 n. 8; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 196 n. 9 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 666 196 n. 9); ID., in *Fonti latine e greche* II 946 n. 20. – Cf. EUND., *Epigraphica* 72, 2010, 361; BRANCATO, *Repertorium* II 93.

4 *k(arissimo)* solverim; de forma *karus* pro *carus* etiam vide P. CUGUSI, *Riv. Stor. Ant.* 34, 2004, 303 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 1110).

Memorantur Marcus Nummius Messor et Marcus Nummius Brixianus liberti, ut videtur, Marci Nummii cuiusdam, certe unius e familia ditissima patricia, quae Brixiae orta est; de Marcis Nummiis ex urbe Brixia oriundis, inter quos habes consules ordinarios nonnullos saec. III p. C. n. (cf. L. PETERSEN, *PIR*² N 227. 235. 238), vide GREGORI, *Brescia romana* I 134–135; II 114. 235.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis ut traditur scripta et ex eo, quod supra adnotavi, saec. III p. C. n. tribuerim.

3589 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 946 n. 21. – Cf. N. PERSICHETTI, *RM* 29, 1914, 128; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 231; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259); L. MIGLIORATI, *Riv. Top. Ant.* 17, 2007, 125; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 103; L. MIGLIORATI, *Sc. Ant.* 17, 2011, 740.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. III p. C. n. fuisse videtur.

3590 Stela ex lapide calcario in fronte levigata, a tergo paululum scabra 81 × 42 × 16. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 72 × 30. Litt. 4–3. Puncta triangularia in fine versus quoque signata. Servatur *Paganica* in aedibus *Suore Pie della Presentazione*, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009845).

Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 56 n. 14; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 946 n. 22. – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 202 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 671); A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 10.

De nome Opsturi cf. A. E. HANSON, *ZPE* 47, 1982, 247.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

3591 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 946 n. 23. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8, 13, 1968, 377; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 7; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259).

De cognomine originis Illyricae Dasii vide, inter al., ALFÖLDY, *Personennamen* 185 (etiam cf. tit. huius regionis n. 4149 [Aequiculum]. 8300 [Amiternum]. 8505 [Nursia]).

Saec. II p. C. n. fuisse videtur.

3592 = 2412 (cf. p. 697) Stela ex lapide calcario a sinistra fracta anaglypho fastigii rotundati cum acroteriis pseudofloralibus ornata in fronte levigata, a tergo paululum scabra 120 × (40) × 27. In media area fastigii insculpta est imago clipeata defuncti, a dextra avis; sub fastigio fasciae quattuor in graduum formam redactae paululum prominentes; in fascia, quae exstat supra aream marginatam, inspiciuntur a dextra gryps vel grypus et vasculum. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes a dextra, supra et infra servantur, 59 × ?; extra aream marginatam a dextra est fascia floribus et foliis ornata. Litt. affabre insculptae 4–2 (prior vocalis I v. 1 minoris mensurae exarata 1,8). Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo MOMMSEN descripsit, nempe in vico *Paganica* in aedibus gentis *Dragonetti* – *De Torres*, ubi hieme a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0009846).

Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 57 n. 16; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 946 n. 24; ISABELLA, *Iscrizioni Allifae* 214 n. 101. – Cf. G. CALZECCHI ONESTI, *Stud. Etr.* 49, 1981, 168. 177. 180; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 193 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662–663); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 231; H. SOLIN, in J. VAATHERA – R. VAINIO (Ed.), *Utriusque linguae peritus. Studia in honorem Toivo Viljamaa (Annales Universitatis Turkuensis. Ser. B Humaniora 219)*, Turku 1997, 6; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107. 108 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 260. 261); L. MIGLIORATI, *Riv. Top. Ant.* 17, 2007, 125; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 11; L. MIGLIORATI, *Sc. Ant.* 17, 2011, 740.

2 *Pi[s]ti* MOMMSEN, *Pi[eta]ti* fortasse recte SOLIN, qui de cognomine fusius *l. l.* 5–8 disseruit.

Nomen Pompulledii non redit in aliis titulis huius vici (de nomine etiam cf. C. LETTA, in *Necropoli di Fossa* IV 321 adn. 25); Octavidios autem alios habes tit. n. 3578. 3584. 3589. 7618.

Ex litterarum anaglyphorumque forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3593 Stela ex lapide calcario in duas partes inter se non coniunctas fracta, anaglypho fastigii triangularis cum acroteriis pseudofloralibus ornata, supra et a dextra imminuta, in fronte levigata, a tergo scabra (64) × (48) × 12. In fastigio a sinistra sunt insculpta lecythi duo, speculum, pecten et acus (de quibus anaglyphis vide supra ad tit. n. 3583). Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a dextra deest, 32,5 × circ. 45. Litt. 8/3,2. Puncta triangularia. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSSEL descripsit, nempe *Paganica* in aedibus gentis *Dragonetti* – *De Torres*, ubi hieme a. 1984 contuli et im. phot.

sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0009847–49).

Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 57–58 n. 17; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 946 n. 25. – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 193 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 663); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 231; F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 11; L. MIGLIORATI, *Sc. Ant.* 17, 2011, 740.

De nomine Popp(a)edii etiam vide J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 17.

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

3594 Desideratur.

Exemplum repetiverunt IOVENITTI, *Paganica* 59 n. 22; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 947 n. 26. – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 202 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 671); EUND., in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 260); A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 10.

Aetatis imperatoriae incertae.

3595 Desideratur.


De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 947 n. 27. – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); EUND., in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259).

Memorari videtur Vettia quaedam.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

3596 Tabula ex lapide calcario a sinistra et infra in usum posteriorem recte scissa, in fronte levigata (47) × (31) × ?. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius partes a dextera et supra servantur. Litt. 5,5–4. Puncta triangularia. Exstabat *Bazzano* inserta muro cuidam interiori cryptae ecclesiae S. Iustae, ubi a. 2000 contuli una cum GABRIELE CIFANI, qui im. phot. quoque sumpsit. Attamen post terrae motum d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi extet, ignoro. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0009850).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 947 n. 28. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 377; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 7, ubi legendum 3596 pro 3569; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259).



D ◦ M | [- -]DVSA ◦ FR[- -] | [- -]+IVS ◦ MON[- -]
| [- -]NS ET ◦ PONI[- -] | - - - - - MOMMSEN supra
in exemplo ad tit., qui pendet ex ANTINORI et GANDELLI;
titulus a dextra, ut scripsi, integer est, inde legerim: *D(is)*
M(anibus) | [*Spen*]dusae l(ibertae) | [- -]dius Mon[*tan*]us
et Pon^rt[- -] | - - - - -; 4–5 in hoc vico habes nomen gen-
tilicium ex. gr. Pontidii (cf. tit. n. 3578).

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus)*
compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuo.

3597 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 947 n. 29. – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 196 n. 10 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 667 n. 10).

Cui aetati titulus sit tribuendus, nescio.

3598 Tabula ex lapide calcario supra, a sinistra et infra recte scissa, in fronte levigata (27,5) × (22,5) × ?. A dextra superest fascia floribus et foliis ornata, quae cingebat aream titulo inscribendo destinata. Litt. 5,5/2,5. Servabatur eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe in vico *Bazzano* inserta muro cuidam interiori cryptae ecclesiae S. Iustae, ubi a. 2000 contuli una cum amico GABRIELE CIFANI, qui im. phot. quoque sumpsit. Attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi extet, nescio. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009851).



Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 947 n. 30. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 377; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s.

8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 6; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* 259).

2 ÅVNC lapis, i. e. *qun(culo)* pro *ayun(culo)* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 19, 1976, 128).

Litterae saec. I p. C. n. mihi esse videntur.

3599 Stela ex lapide calcario marginibus imminuta, in fronte scalpro dentato dolata, perquam autem pessumdata (63) × (40/35) × ?. Litt. detritae 7,5/4. Puncta distingui nequeunt. Etiam hodie eodem loco, quo DRESSEL descripsit, nempe *Paganica* muro cuidam exteriori inserta ecclesiae S. Mariae Assumptionis in platea *Umberto I* sitae, ubi hieme a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009852).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 947 n. 31. – Cf. EUND., *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 202 adn. 49.

Litterae saec. II p. C. n. mea sententia esse possunt.

3600 Tabula ex lapide calcario undique fracta, in fronte levigata (11) × (12) × ?. Litt. 7. Servabatur *Bazzano* inserta muro cuidam interiori cryptae ecclesiae S. Iustae, ubi a. 2000 contuli una cum GABRIELE CIFANI, qui im. phot. sumpsit. Attamen post terrae motum d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi extet, ignoro. – Cf. im. phot. in ACE sub n. (inv. n. PH0009853).

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 948 n. 32. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 377; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 7; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259).

Litterae saec. II p. C. n. esse videntur.

3601 = ILCV 2957a. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 817. Exemplum repetiverunt A. L. ANTINORI *ms.* vol. XLIII p. 254 in bibliotheca publica S. Thomae in urbe *L'Aquila* nunc servato; MARINI, *ms. Vat. Lat.* sign. n. 9072 p. 531 n. 13; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4326; ILCV 2957a; G. G. PANI, *ICI* III, 31–32 n. 25 cum im. del. ab ANTINORI desumpta; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 948 n. 33; C. PALUMBO, *Planus* 2007, 18 n. 10; BUONOCORE, in *Valle di Comino* XII 19 n. 35. – Cf. A. SILVAGNI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* I 50; V. MONACHINO, in *Basilica di Valva* 55; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 377; E. DANESE ZULLI, in *Antinoriana* I 188–189 cum im. del. ab ANTINORI desumpta; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 192 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 662); G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 7; BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259); D'EREDITÀ, *Aveia* 147; BUONOCORE, *Riv. Arch.* 84, 2008 (2009), 287.

Rarissimum cognomen Catervii redit, ex. gr., ad tit. n. 5566.

Catervius depositus est d. 21 Aug. a. 396 (de consulibus Flavio Arcadio Augusto III et Flavio Honorio Augusto III vide *PLRE* I Arcadius 5 et Honorius 3; de re universa vide BAGNALL – CAMERON – SCHWARTZ – WÖRZ, *Consuls* 326–327).

7605 tit. sacer

Parva columna ex lapide calcario supra fracta crepidine quadrata in fronte prospiciente praedita (18) × circ. 15,5. Litt. actuariae 1. Unde prodierit, ignoro. Servabatur in vico *Paganica* in aedibus gentis *Dragonetti – De Torres*, ubi iam ante a. 1968 vir doctus ADRIANO LA REGINA descripsit et im. phot. sumpsit. Periit aut latet. Descripsi ut potui ex LA REGINA a. 1995.

Cereali

signum

d(at) l(ibens) m(erito).

Im. phot. a LA REGINA sumpta.



A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 377 cum im. phot. tab. I fig. 2 (*AE* 1968, 151); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 948 n. 34; ID., in *Dediche sacre* 277 n. 176. – Cf. EUND., in *Varia epigraphica* 107 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 259); EUND., *Latomus* 71, 2012, 889.

Puncta triangularia.

Vocabulum *Cereali*, ut iam LA REGINA recte est interpretatus, esse adiectivum quoddam videtur; in parte superiore, quae nunc non exstat, fortasse incisum erat nomen deae Cerealis, cui signum donatum est [titulos Cereri sacros in regione quarta repertos recensui in *ZPE* 56, 1984, 251–252, in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 228–229 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 145–146) et in *Xenia antiqua* 4, 1995, 188–189]; negare non possum quin rectius sit titulum hoc modo supplendum, scil. - - - - - [sacerdos vel sacerdos] | *Cereali(s)* | signum | *d(at) l(ibens) m(erito)*. Res autem incerta manet.

Litterae saec. I a. C. n. esse videntur.

7606 tit. sacer

Cippus ex lapide calcario instar pyramidis truncae supra fractus crepidine undique prominente praeditus, supra undique levigatus, infra rudis (121) × 17 × 21; supra titulum insculptum est anaglyphum aliquod extinctum pertinens ad clavam illam pelli leoninae circumvolutam de anulo pendentem. Litt. 3–2,5. Rep. a. 1902 prope vicum *Paganica* in regione, q. d. *Ponte della Grotta*. Exstat *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit.

T(itus) Calpius

T(iti) l(ibertus) Stabilio

Herculi

d(onum) d(at) l(ibens) m(erito).

Neg. *D. A. I. Rom* n. 61.27.

N. PERSICHETTI, *NS* 1902, 471–472 (*AE* 1903, 158); ID., *RM* 29, 1914, 135–136 (*AE* 1914, 271); M. MORETTI, *Museo nazionale* 267; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40,

1985, 200–202 n. 15 cum im. phot. fig. 6 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 669–670 n. 15a); ID., *Xenia antiqua* 4, 1995, 182–183 litt. f cum im. phot. fig. 4; ID., in *Fonti latine e greche* II 948 n. 35; ID., in *Dediche sacre* 278 n. 179. – Cf. A. ROTELINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 11–12; DUPRAZ, *Vestins* 201; EHMIG, *Donum dedit* 143. 199.



Puncta triangularia sursum directa.

Calpii hic solum in tota regione quarta memorantur (etiam vide tit., qui sequitur). Titulos Herculi sacros in hac regione repertos recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 221–222 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 148–150).

Ex litterarum forma et ex forma monumenti saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7607 = I² 3285 tit. sacer

Cippus ex lapide calcario instar pyramidis truncae corona et crepidine undique prominentibus praeditus levigatus, infra autem scalpro dentato passim dolatus 86,8 × 21 × 14. Infra titulum insculptum est anaglyphum aliquod pertinens ad clavam illam de anulo pendentem. Litt. 2,5–1. Rep. a. 1902 prope vicum *Paganica* in regione, q. d. *Ponte della Grotta*. Exstat *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit.



T(itus) [Ca]lpius
[- - - - -]
v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).

Neg. D. A. I. Rom n. 83.VW.965.

N. PERSICHETTI, *NS* 1902, 471–472 (cf. *AE* 1903, 158); ID., *RM* 29, 1914, 135–136; M. MORETTI, *Museo nazionale* 267; DEGRASSI, *I²* 3285 cum im. phot. tab. 94 fig. 3, qui autem titulum nondum editum suspicatur; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8^o, 40, 1985, 200–202 n. 15 cum im. phot. fig. 7 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 669–670 n. 15b); ID., *Xenia antiqua* 4, 1995, 182–183 litt. f cum im. phot. fig. 5; ID., in *Fonti latine e greche* II 948 n. 36; ID., in *Dediche sacre* 278 n. 180; DUPRAZ, *Vestins* 201–206 n. 3 (etiam cf. p. 140). – Cf. BUONOCORE, *Klio* 70, 1988, 577; A. ROTELLINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 11–12; EHMIG, *Donum dedit* 117.

Puncta triangularia sursum directa.

Supplevi. – 1 *T(itus) [- - -]lpius* PERSICHETTI, MORETTI; [- - -]rius DEGRASSI, qui Amiterni nescio qua causa monumentum in lucem detectum cogitavit et propter eius formam Herculi dicatum esse recte putavit; [- *Ca*]pius DUPRAZ. – *T(itus) [Ca]lpius* | [- - -] | [*Herculi*] | *v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)* EGO in editionibus prioribus.

Vide titulum qui praecedit.

Ex litterarum monumentique forma saec. I medio a. C. n. tribuerim.

7608 tit. sepulchralis decurionis

Tabula ex lapide calcario in duas partes inter se coniunctas composita, in margine superiore dextro fracta, in fronte scalpro dentato passim dolata, a tergo levigata 124 × (68) × 30. Area titulo inscribendo destinata excavata fascia continua cincta 44 × 107. Litt. 6,5–4,5 (v. 1 et 7 in fascia superiore et inferiore extra aream marginatam incisi). Rep. a. 1992 casu et fortuito prope vicum *Paganica* in usum posteriorem adhibita. Servatur inter reposita antiquitatum praefecturae in amphitheatro Amiterni prope vicum *San Vittorino* sita (n. inv. 39049), ubi a. 1992 descripsi.



D(is) M(anibus) s(acrum).

C(aio) Alledio C(ai) filio Quir(ina) Marcello decurioni

Aveiatium, vixit annis XIII mensibus III diebus XXVII, C(aius) Alledius Marcellus et Varena Lacte par(entes) filio pientis(simo) posuerunt.

Im. phot. ab EZIO MATTIOCCO sumpta.

E. MATTIOCCO – R. TUTERI, *Boll. Arch.* 9, 1991 (1993), 87 adn. 32; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 195–196 n. 39 cum im. phot. tab. XIX fig. 43 (*AE* 1992, 352) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 395–396 n. 39 cum im. phot. fig. 33); ID., in *Fonti latine e greche* II 905 n. 52. – Cf. C. LETTA, in *Samnitice loqui* II 306; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; BRANCATO, *Repertorium* II 92; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9^o, 21, 2010 (2011), 185.

Puncta triangularia haud semper signata. – 4 ex. *mes(ibus)* pro *mens(ibus)*; MES ° IHI scripta videntur, inde excludendum non est, quin *mes(e) I h(ora) I* quoque legenda sint; attamen in dubio maneo.

Caius Alledius Caii filius Quirina Marcellus fuit decurio in oppido Aveiatium, quorum ager, ut videtur, vicum Fificulanum complectebatur (de situ vide A. M. GIUNTELLA, in *Domum tuam dilexi* 399–422). Observa aetatem decurionis (etiam cf. supra tit. n. 3573, ubi nominatur Curtilius Caii filius Quirina Faustinus adlectus in ordine decurionum cum esset annorum quattuor); de re universa vide P. GARNSEY, *Historia* 20, 1971, 317–318; KLEIJWEGT, *Ancient Youth* 318–319; H. MOURITSEN, *Chiron* 28, 1998, 242–243; S. LEFEBVRE, in *L'Africa Romana* 12, Sassari 1998, 1123–1137 (praesertim vide p. 1136); CHR. LAES, *Epigraphica* 66, 2004, 145–184 (praesertim vide p. 177 n. 23); FASOLINI, *Aggiornamento* 82. Caius Alledius Vibii filius Quirina Sura quidam redit tit.

Aveiate n. 3618, Caius Allidius Mysticus tit. vici Furfensis n. 3529. Peltuini memoratur Alledia Egloge quaedam (tit. n. 3494); de nomine Alledii vide H. SOLIN, in *Ciceroniana* 72. Nomen gentilicium Vareni redit in tit. ad hunc vicum pertinentibus, scil. supra n. 3463 et infra n. 7617. Notandum cognomen aliunde ignotum *Lacte*, quod cognomen e verbo *lac* depromptum esse videtur (cf. *ThLL* VII 2, col. 815).

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuerim.

7609 tit. sepulcralis

Stela ut videtur ex lapide calcario undique fracta, in fronte perquam adesa (110) × (52) × 32. Litt. detritae. Rep. nescio quando in regione *S. Giovanni* appellata prope vicum *Paganica* sita. Servabatur in vico *Paganica* in aedibus domini *Giustino Masciovecchio*, ubi a. 1914 N. PERSICHETTI recognovit (etiam vide infra ad tit. n. 7621). Descripsi ut potui ex PERSICHETTI a. 1995.

Traditur:

OFFIDANO
MO. TON
IVCVN
P

Fuit fere:

Oppidano
[opti]mo ton[sori],
[- - -] Iucun[da]
p(osuit).

N. PERSICHETTI, *RM* 29, 1914, 136 adn. [3].

Supplevi non sine dubiis. De officio tonsoris vide imprimis H. VON PETRIKOVITS, in *Handwerk* 117; EUND., *ZPE* 43, 1981, 304; de appellatione optimi cf. tit. Albensem n. 3938, ubi memoratur Marcius Faustus Libertus sevir Augustalis et dendrophorus Albensis, qui cocus optimus quoque fuit. Cognomen Oppidani redit tit. huius Corporis vol. VI 36282.

Aetatis imperatoriae incertae.

7610 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo paululum scabra (40) × (36) × 3,5. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a sinistra servatur. Litt. 6,2–3,2. Rep. casu et fortuito a. 1896 apud ecclesiae *S. Iustini* prope vicum *Paganica* sitae. Servabatur in urbe *L'Aquila* muro cuidam interiori affixa aedium gentis olim *Persichetti* in platea *S. Maria di Roio* sitarum, ubi a. 2001 contuli et im. phot. sumpsi. Attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi exstet nescio.



ann(is) [- - - men(sibus) - - -]
d(iebus) VII et [- - - Ni]-
ceni m[atri - - -]-
us, P(ublius) Ael[ius - - -]
5 *coniux - - -]*

Im. phot. a M. B. sumpta.

N. PERSICHETTI, *NS* 1896, 105; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 196 n. 11 cum im. a PERSICHETTI del. (= ID., *Abruzzo e Molise* II 667 n. 11); ID., in *Fonti latine e greche* II 948 n. 37.

Supplevi. ----- | *ann(is) [- - - men(sibus) - - -]* | *d(iebus) VII et [- - - Ni]ceni m[atri - - -]us Pael[inus] | con[iux - - -] |*
----- EGO in editionibus prioribus ex PERSICHETTI.

Litterae prioris partis saec. III p. C. n. esse possunt.

7611 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario anaglypho fastigii rotundi cum duabus rosis ornata corona et crepidine in fronte prominentibus praedita perquam adesa nec non fissuris laesa 115 × 45 × 29. In latere dextro patera, in sinistro urceus. V. 1 in corona, v. 10 in crepidine incisus. Litt. actuariae passim detritae 3,2/2,8. Rep. operibus ad plateam ante ecclesiam *S. Iustae* sitam prope vicum *Bazzano* restituendam a. 1958 institutis. Iacebat in ala dextra ipsius ecclesiae, ubi a. 2000 una cum GABRIELE CIFANI contuli et im. phot. sumpsi. Attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi exstet nescio.

D(is) M(anibus) s(acrum).
Aelie Maximi-
nae, vixit m(enses) XXX;
iniquissimo
5 *fato hic iacet.*
Vitalis <Augustorum duorum>
lib(ertus) ex pr(oximo) m(emoriae) fili-
ae dulcissima (!).
Have, vale.
10 *P(osuit).*

Fig. α-β: Im. phot. a CIFANI sumptae.



Fig. α




Fig. β

G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 236 n. 2 cum im. phot. fig. 1 (AE 1992, 354); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 905 n. 52; S. SEGNI, in *Proprietà imperiali* 134 (etiam cf. p. 128). – Cf. BUONOCORE, in *Scritti Salvatore Alessandri* 43.

Puncta triangularia.

2 *Aelie* pro *Aeliae*, 8 *dulcissima* pro *dulcissimae*.

Iunctura *iniquissimo* (vel saepius *iniquo*) *fato* redit, ex. gr., in carminibus sepulcralibus, scil. CLE 445. 502. 1011. 2155; de locutione *have – vale* cf. CUGUSI, in *Metrische Inschriften* 29 (= CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Versi su pietra* 128) et praesertim G. L. GREGORI, in *Comunicazione* 83–86. Vitalis fuit libertus proximus a memoria Augustorum duorum quorundam. De proximo memoriae et de ceteris officiis memoriae cf. M. PEACHIN, in E. CHRYSOS (Ed.), *Studien zur Geschichte der römischen Antike. Festgabe für Professor Johannes Straub*, Athen 1989, 167–208.

Titulus tribuendus post a. 161 p. C. n. ex litterarum forma, ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta et praesertim ex eo, quod Vitalis fuit libertus Augustorum duorum (de qua locutione vide CHANTRAINE, *Freigelassene* 225–227; WEAVER, *Familia Caesaris* 58–72; BOULVERT, *Domestique* 60–65; P. R. C. WEAVER, *Epigr. Studien* 11, 1976, 225; E. MEYER, *Chiron* 5, 1975, 393–402).

7612 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte perquam adesa. Unde prodierit, ignoro. Servabatur muro cuidam exteriori inserta loco edito ecclesiae S. Mariae Assumptionis in platea *Umberto I* vici *Paganica* sitae, ubi a. 1992 una cum EZIO MATTIOCCO quatenus potui descripsi et im. phot. sumpsi (mensuras autem sumere non potui scalis destitutus). Attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi exstet nescio.



-----?

[-- L(ucius)] Oppius L(uci) l(ibertus) De[-- fileis et] [heredibus] s̄ueis hoc mo[numentum]

[pecunia] s̄ua munitum [--]

[-- si]ve seges eri[t --]

5 [--]t̄al̄i et at [partem --]

[--]++I at par[tem --]

[-- s]ive +++ h̄eic̄ +[--]

-----?

Im phot. a MATTIOCCO sumpta.

BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 194–195 n. 37 cum im. phot. tab. XVIII fig. 41 (AE 1992, 351) (= ID., *Abruzzo e Molise* I 393–394 n. 37); ID., in *Fonti latine e greche* II 949 n. 38; DUPRAZ, *Vestins* 199–202 n. 2 – Cf. A. ROTEL-

LINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 10; E. DUPRAZ, in *Écriture* 211.

Puncta triangularia sursum directa haud semper signata.

1 *fileis* pro *filiis*. – 2 *sueis* pro *suis*. – 5. 6 *at* pro *ad*. – 7 *heic* pro *hic*. – 5 in. [- -] *taḷi* fortasse recte, 7 [- -] *si?ve* [...] *heic* [- -] DUPRAZ.

Si recte supplevi, memoratur Lucius Oppius Lucii libertus De[- -], qui filiis heredibusque suis monumentum sepulcrale una cum area funeraticia reliquit. De Lucii Oppii huius vici vide tit., qui sequitur. Vocabulum *seges* rarum est in titulis (redit, ex. gr., ad tit. medii saec. I a. C. n. Amiterni repertum huius Corporis vol. I² 1853 = n. 8242); cf. V. E. CHRISTMANN, in *EV* IV, Roma 1988, 752–755.

Ex litterarum forma aetati rei publicae ex. tribuerim.

7613 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra et in angulo inferiore sinistro fracta, anaglypho fastigii triangularis cum acroteriis pseudofloralibus ornata, in quo rosa incisa, in fronte levigata nec non passim scalpro dentato dolata, a tergo paululum scabra (82) × 54 × 14. Litt. 6,9/4,8. Rep. operibus ad ecclesiam S. Iustini prope vicum *Paganica* sitam restituendam a Praefectura regionis Aprutinae monumentorum a. 1947 institutis. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 descripsi et im. phot. sumpsi.



D(is) M(anibus) s(acrum).

L(ucio) Oppio Verecundo,

Oppia Mandata mater

et Clymene coniux

5 *p(osuerunt);*

et sibi.

Im. phot. ex *Neg. Arch. Sopr. Chieti* n. 53781 (adde *neg. D. A. I. Rom* n. 83.VW.1023).

BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 198–199 n. 13 cum im. phot. fig. 4 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 667–668 n. 13); ID., in *Fonti latine e greche* II 949 n. 39. – Cf. S. DIEBNER, in *Romanisation du Samnium* 234.

Puncta triangularia in fine versus quoque signata.

Lucius Oppios alios habes tit. n. 3578 et tit., qui praecedit (observa Oppios fusius occurrere Amiterni et in agro Amiternino).

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. III p. C. n. tribuerim.

7614 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario supra et a sinistra fracta. Area titulo inscribendo destinata cymatio inverso cincta, cuius partes a sinistra et a dextra servantur. Rep. a. 1968 casu et fortuito prope vicum *Paganica* in regione, q. d. *Ponte della Grotta*. Ubi exstet, ignoro. Descripsi ut potui ex IOVENITTI a. 1984 et 2001.



[-?-] *Pescen-*

nio Reatino

filio infelicis-

simo vix(it) ann(is)

5 *XXII m(ensibus) VII*

p(osuit vel -osuerunt).

Im. phot. e IOVENITTI sumpta.

IOVENITTI, *Paganica* 52 n. 7 cum im. phot. fig. 7; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 202 n. 16 cum im. phot. fig. 8 ex IOVENITTI sumpta (= ID., *Abruzzo e Molise* II 670 n. 16); ID., in *Fonti latine e greche* II 949 n. 40. – Cf. A. ROTELINI, *BDASP* 99/100, 2009 (2010), 12.

Puncta triangularia esse videntur.

Supplevi. – 1–2 [*Cr*escen]*[t]io*, 4 *ann[os]* IOVENITTI.

Nota tit. Reatino n. 8681 saec. III p. C. n. Pescenium Ireneum quendam quoque memoratum.

Ex litterarum forma saec. III p. C. n. tribuerim.

7615 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte perquam adesa (90) × (34) × circ. 16; infra perforata est foramine. Supra extra aream titulo inscri-

bendo destinata sulco continua cincta 44 × 23 a sinistra sunt insculpta cista, speculum et acus (de quibus anaglyphis vide supra ad tit. n. 3583). Litt. actuariae 4,5–2. Ubi quandoque sit reperta, ignoratur. Exstabat muro cuidam interiori inserta ecclesiae S. Iustini prope vicum *Paganica* sitae, ubi a. 1984 et 2001 quatenus potui recognovi et im. phot. sumpsi. Attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi exstet nescio.



D(is) M(anibus) sa(crum).
Ob memoriam
Thymelenis
uxoris suae
 5 *bene merenti (!);*
Hermes coniugi
suae et sibi fecit.

Im. phot. a M. B. sumpta.
 IOVENITTI, *Paganica* 59–60 n. 23; BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 197–198 n. 12 cum im. phot. fig. 3 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 667 n. 12); ID., in *Fonti latine e greche* II 949 n. 41. – Cf. D. FIORANI, in *Reimpiego in architettura* 588 cum im. phot. fig. 6.

Puncta triangularia haud semper signata.

1–3 D M S | [- -] MEMORIAM | THYMIENSIS IOVENITTI. – 5 *merenti pro merentis.*

Quamquam in dubio adhuc maneo, utrum titulus sit recens necne, in hoc corpore recipio.

Litterae saec. III p. C. n. esse possunt, cui tempori formula *D(is) M(anibus) sa(crum)* compendiis scripta sane congruit.

7616 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario marginibus fracta, in fronte levigata. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta. Rep. casu et fortuito a. 1984 dum effoditur vinea quaedam prope ecclesiam S. Iustinae extra vicum *Paganica* sita, ubi in aedibus privatis servata erat. Ubi

autem nunc exstet, nescio. Descripsi a. 1984 quatenus potui ex im. phot. a VICENZO VIVIO sumpta.



Titediae <mulieris> l(ibertae) Primae
C(aius) Titedius Tyrannus
ex testamento fecit;
et tu et tibi.

Im. phot. a VICENZO VIVIO sumpta.

BUONOCORE, *Rend. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1985, 199–200 n. 14 cum im. phot. fig. 5 (= ID., *Abruzzo e Molise* II 668–669 n. 14); ID., in *Fonti latine e greche* II 949 n. 42.


Puncta in formam virgulae acclivis redacta esse videntur.

Titedios alios in regione lacus Fucini invenies (cf. ex. gr. tit. n. 3877. 3948). De locutione *et tu et tibi* vide, inter al., G. BERMOND MONTANARI, *Epigraphica* 28, 1966, 155–156; G. PACI, *Misc. Greca e Romana* 7, 1980, 514–515 (= EUND., *Ricerche* 65).

Ex litterarum forma saec. I p. C. n. tribuerim.

7617 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et infra fracta (20) × (17) × ?. Rep. a. 1896 casu et fortuito in fundo, q. d. *Ortola*, ad meridiem versus prope vicum *Paganica* sito. Non repperi. Descripsi ut potui ex PERSICHETTI a. 2001.



[- - ?] *Varena* [- -]

[- - ?] *Prima a* [- -]

Im. del. a PERSICHETTI publici iuris facta.

N. PERSICHETTI, *NS* 1896, 106.

2 *a[mita]* vel *a[via]* suppleri potest.

Memoratur, ut videtur, *Varena* [- -] *Prima* quaedam; *Varena Prima* altera laudatur tit. Fulginate XI 5219 (cf. p. 1385); observa nomen gentilicium *Vareni* redire tit. n. 7608. 3463.

Cuius aetatis sit, sub iudice relinquatur.

7618 tit. sepulcralis

Stela ex lapide calcario a sinistra in usum posteriorem scissa, a dextra fracta, anaglypho fastigii triangularis cum acroteriis pseudofloralibus ornata, in fronte perquam adesa 80 × (29) × circ. 18. In fastigio a sinistra sunt insculpta pecten, cista, speculum, gallicae duae et lecythi duo (de quibus anaglyphis vide supra ad tit. n. 3583); vir doctus G. CIFANI, qui primum titulum edidit (vide infra), anaglypha sic interpretatus haud recte est: “Al centro del timpano è una decorazione di tipo bucolico assai consunta: vi si intravedono un albero e due animali pascenti”. Area titulo inscribendo destinata excavata supra et infra cymatio inverso cincta 45 × ?. Litt. detritae 4,5/4. Rep. operibus ad plateam ante ecclesiam S. Iustae sitam prope vicum *Bazzano* silice sternendam a praefectura antiquitatum a. 1958 institutis. Gradus scalarum, qua itur ad ipsam ecclesiam, usui erat, ubi a. 2001 una cum GABRIELE CIFANI contuli et im. phot. sumpsi. Attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi exstet nescio.



Vibulena
Helice,
Octavidia
Fortunata
5 [ma]tri b(ene) m(erenti)
p(osuit).

Im. phot. a CIFANI sumpta.

G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229–232 n. 1 cum im. phot. fig. 1 (*AE* 1992, 353); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 905 n. 59. – Cf. EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998–2000, 34 adn. 87 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130 adn. 87).

Puncta triangularia.

Nomina Vibuleni et Octavidii redeunt in titulis huius vici repertis, scil. n. 3584 et n. 3578. 3584. 3589. 3592. 3593 (de re universa vide CIFANI, *l. l.* 231–232).

Ex litterarum forma temporis spatium inter saec. I ex. et saec. II in. p. C. n. comprehenso tribuerim.

7619 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario undique fracta (17) × (10) × ?. Rep. a. 1893 in aedibus demoliendis gentis *Rotellini* in vico *Bazzano* prope *Paganica* situs. Ubi extet, ignoratur. Descripsi ut potui ex PERSICHETTI a. 1995.

[- - men]ses IIII d[ies - -]

N. PERSICHETTI, *NS* 1893, 72; G. CIFANI, *Epigraphica* 54, 1992, 229 adn. 7; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 949 n. 43.

Aetatis imperatoriae incertae.

7620 tit. sepulcralis

Tabula ex lapide calcario supra, a dextra et a sinistra fracta. Asservabatur in vico *Paganica* muro cuidam exteriori inserta aedium quarundam privatarum, ubi a. 1984 descripsi. Ubi autem exstet, nescio.

O[- -]
L[- -]

Quid subsit mihi non liquet.

7621 tit. sepulcralis

“Nella stessa contrada S. Giovanni [scil. prope vicum *Paganica*], varii anni sono, certo Giustino Masciovecchio rimise allo scoperto due lapidi originariamente iscritte, che conserva nella sua casa in *Paganica*. La prima è lunga m. 1,14; larga 0,55; spessa m. 0,27, la cui iscrizione è abrasa e divenuta illegibile”. N. PERSICHETTI, *RM* 29, 1914, 135–136 adn. 3. De altero titulo vide supra n. 7609.

LXXIX. AVEIA VESTINA (prope Fossa 18*. 341. 680). Tribus Quirina

353* = 767* [2] = VI 18019. Desideratur.


De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetivit DE BENEDITTIS, *Fagifulae* 56, qui titulum alienum esse recte confirmat. – Cf. BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 108. 118 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 261. 274).

767* [1] = 3624 = VI 15447. Cf. BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 108. 118 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 261–262. 274). Vide infra ad tit. n. 3624.

3602 = *ILS* 973. Tabula ex lapide calcario marginibus superiore et inferiore valde deturpata nullo autem inscriptionis detrimento, a tergo levigata 60 × 46 × 10. Litt. affabre

insculptae 3,8–3,5. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. D. A. I. Rom* n. 61.46. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006975).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 357. 373; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 488. 778; EUND., *Codici epigrafici* 207. 297; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3475; I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 39 39 (= EUND., *Penne* 45); CICERONE, *Tussio* 24–25; A. MARINUCCI, *Epigraphica* 38, 1976, 145; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 895 n. 1; ID., in *Dediche sacre* 278 n. 182; DUPRAZ, *Vestins* 129–131; VÁRHELYI, *Religion* 109; DI FAZIO, *Feronia* 125 n. 18. – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 60; M. MORETTI, *Museo nazionale* 268; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 556–557. 558. 559; S. ZENODOCCHIO, *ibid.* 87, 1997, 9 (= EUND., *Viabilità* 94); BUONOCORE, *Epigraphica* 60, 1998, 58 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 302); D. CARRAFELLI – F. GILETTI, *Arch. Class.* 58, 2007, 529; FORNI, *Tribù* T65; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; B. DI VINCENTO, *BDASP* 101, 2010 (2011), 19; G. BIANCHINI, in *Poggio Mirteto* 102.



1 *Tébánus*, – 2 *Latiáris*, – 6 *Augustór(um)* lapis; ex eo, quod DRESSEL apices parum certos esse dixit, MOMMSEN supra in exemplo ad tit. eos delevit.

De Publio Tebano Publilii filio Gavidio Latiare (de nomine Gavidii etiam vide S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 37, 1987 (1988), 452), quaestore divi Claudii, tribuno plebis, praetore, per omnes honores candidato Augustorum (etiam cf. tit. n. 4518), qui Amiterno oriundus et fortasse a P. Tebano quodam adoptatus esse videtur, vide CÉBEILLAC, *Quaestores* 51–52 n. XXVI; S. DEMOUGIN, in *Epigrafia e ordine senatorio* I 83. 89; M. TORELLI, *ibid.* II 176. 193; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 446–447 n. 527; S. SEGENTI, in *Epigrafia e territorio* VII 135; A. STROBACH, *PIR*² T 49; O. SALOMIES, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo II 532. De cursu vide MAURIZI, *Cursus honorum* 20. 238–239 n. 145. Titulos in regione quarta repertos Feroniae dicatos EGO recensui in ephemeride *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 220 (= ID., *Abruzzo e*

Molise I 147); de cultu inter al. vide P. AEBISCHER, *Rev. Belge de Philol. et d'Hist.* 13, 1934, 1–23 et praesertim DI FAZIO, *l. l.* passim.

Ex eo, quod P. Tebanus nominatur quaestor divi Claudii, titulus post 54 p. C. n. tribuendus (etiam cf. KAJAVA, *Praenomina* 167).

3603 Titulus rupi incisus, cuius area titulo inscribendo destinata sulco continuo exarato cincta 65 × 22. Litt. valde attritae 4,7/3,5. Puncta triangularia. Etiam hodie exstat eodem loco, quo BRUNN et DRESSEL recognoverunt, nempe prope vicum *Fossa* sub loco hodie *Cuscinaro* appellato iuxta semitam, qua itur ad coenobium S. Spiritus, ubi a. 2002 contuli.

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 350. 417; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112; F. DI GREGORIO, *ibid.* IV 320; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 369. 786; EUND., *Codici epigrafici* 208. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3546; I. DI MARCO, *Monte Circolo. Isola Culturale al margine della Conca Aquilana*, Firenze 1982, 17–18 cum im. del. tab. X ex ANTINORI desumpta; C. LETTA, in *Rupes loquentes* 292–296 cum im. del. fig. 1–2 e LUPACCHINI depromptis; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 895 n. 2; ANTOLINI, *Iscrizioni* 61–76 n. V2 cum im. phot. tab. III fig. 1–3 et im. del. fig. 3 (etiam cf. p. 97); EAD., in *Nuove ricerche* 13–24 cum im. phot. fig. 2–4 et im. del. fig. 5 (*AE* 2008, 453); BUONOCORE, in *Dediche sacre* 278 n. 183; NATALE, *Fossacesia* 93. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 554. 556. 558. 559; DE LUCA, *Pagine di storia* 161; E. MATTIOCCO, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 543 cum im. del. tab. II fig. 4; B. ORSATTI, *BDASP* 81, 1991, 166 cum im. phot. fig. 7; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 184 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 384); M. SILVESTRINI, in *Élites municipales* 442–443. 450; G. MENNELLA, *Epigraphica* 67, 2005, 573; D'EREDITA, *Aveia* 137; BRANCATO, *Repertorium* II 99; BUONOCORE, in *Scritti Salvatore Alessandri* 44; A. BUONOPANE – V. FINO, *Riv. Arch.* 36, 2012, 92.

1 *Silvan(i)* DI MARCO. – 2 in *Ti(berii)* legendum; *T(iti ?)* LETTA; TP DI MARCO.

De deo Silvano praeter AUCTORES supra laudatos inter al. vide A. VON DOMASZEWSKI, *Philologus* 61, 1902, 11 et praesertim DORCEY, *Silvanus* passim; S. PANCIERA, in *Studia Georgi Mihailov* 347–362 (= EUND., *Epigrafi* I 421–437); A. BUONOPANE, *Atti Accad. Rov. Agiati* s. 7°, 9A, 249, 1999, 314–320; C. ZACCARIA, in *Miscellanea Lidio Gasperini* 1098–1116; F. CENERINI, in *Varia epigraphica* 139–153; P. KRAGELUND, *ZPE* 56, 2005, 211–224. De Libero vide BRUHL, *Liber Pater*; titulos Libero Silvanoque sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 225. 227–228 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 153–154. 157–158). De signis vel sigillis, quae e ligno confici quoque poterant, vide bibliographiam collectam ab ANTOLINI, *l. l.* 64–65. Seviro Augustales saepius in titulis Aveiatibus memoratos recensui EGO in *ZPE* 108, 1995, 124. 129 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 78. 85); etiam vide R. DUTHOY, *Epigr. Studien* 11, 1976, 157. Excludendum non est, ut iam ANTOLINI recte est suspicata, quin libertus Tiberius Caesius Festus in hoc titulo memoratus sit idem ac Festus ille, qui ante manumissionem fuit servus actor Tiberii Catii Caesii Frontonis consulis suffecti a. 96 p. C. n. nec non fratris Arvalis inter a. 101 et 105 (vide E. GROAG, *PIR*² C 194; O. SALOMIES, in *Epigrafia e ordine senatorio*, 30 anni dopo II 519) nominatus tit. n. 3579 in vico Ficulano haud longe ab Aveia sito in lucem detecto (etiam cf. tit. n. 3571; de re universa etiam vide CRISTOFORI, *Non arma virumque*² 363 et S. SEGENTI, in *Epigrafia e territorio* VII 137). De nomine gentilicio Cae-

- sii vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 184 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 384) et NATALE, *l. l.*
 Saec. I ex. p. C. n. vel etiam saec. II in. fuit.
- 3604 Desideratur.
 Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3595; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 895 n. 3; ID., in *Dediche sacre* 279 n. 187. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558. 559; C. LETTA, *MEFRA* 104, 1992, 121 adn. 88; BUONOCORE, in *Donna e vita cittadina* 530.
 Titulos Veneri saepius una cum Cerere sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *ZPE* 56, 1984, 251–252 et in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 228–229 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 159–160) et in *Xenia antiqua* 4, 1995, 188–189. De nomine gentilicio Ar(r)eni Aveiae memorato vide infra ad tit. n. 7625.
 Non excludo, quominus titulus saec. I p. C. n. sit tribuendus.
- 3605 Desideratur.
 Exemplum repetiverunt in BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 896 n. 4; ID., *Epigraphica* 60, 1998, 49 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 293); ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 18; S. LEFEBVRE, in *Élites municipales* 297 n. 40; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 62 n. 4. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 549. 550. 554.
 Legerim non sine dubio: *Imp(eratori) [Caesari Divi filio] | Aug(usto), [pont(ifici) max(imo), co(n)s(uli) - - , trib(unicia) pot(estate) - -], | p(atr) p(atr)iae, [- -] | - - - - -*
 Si recte supplevi tit. inter a. 2 a. C. n. et 14 p. C. n. dedicatus.
- 3606 Desideratur.
 Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3627; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 896 n. 5; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 20; S. LEFEBVRE, in *Élites municipales* 297 n. 42. – Cf. M. STUART, *AJA* 43, 1939, 606; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 383; E. GABBA, *Stud. Class. Orient.* 21, 1972, 104; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 552. 554. 558; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 89; HØJTE, *Roman Imperial Statue* 268 n. 28.
 Titulus sic legendus: *Ti(berio) Caesari Divi Aug(usti) filio | Aug(usto), [pont(ifici) max(imo), | - - - - -*
 Dedicatus inter a. 14 et 37 p. C. n.
- 3607 Desideratur.
 De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 896 n. 6; ID., *Boll. Arch.* 28/30, 1994 (1999), 20; ID., in *Dediche sacre* 279 n. 188. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 556; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 89.
 Titulus sic legendus: *[P]ro salut[e] Ti(beri) Cae[s]aris Aug(usti) | [- -]sicolius Sex(ti) filius [- -] | - - - - -*
 Quomodo nomen [- -]sicolius restituendum, adhuc est incertum (cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 242).
 Dedicatus inter a. 14 et 37 p. C. n.
- 3608 Tabula ex lapide calcario undique levigata 45 × 64 × 16. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 34,5 × 53. Litt. magna ex parte rubricatae 4,5–4,2 [litt. O vocabulorum cos. (v. 2) et Primo (v. 6) minoris mensurae 2; nota litt. finales S (v. 2) et O (v. 6) in margine exaratas esse]. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. *Neg. D. A. I. Rom* n. 61.45. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006976).
 De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 371; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 351. 764; EUND., *Codici epigrafici* 206; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3585; CUMONT, *Textes* II 120 n. 154; VERMASEREN, *Corpus Inscriptionum* I 241 n. 625; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 896 n. 7; ID., in *Dediche sacre* 278 n. 184; ENGFER, *Private Munifizenz* 149–150 n. 225 (etiam cf. p. 116. 126). – Cf. G. MANCINI, in *Atti Conv. Abr.-Mol.* I 1935, 42; M. MORETTI, *Museo nazionale* 268; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 554. 558. 559; COARELLI – LA REGINA, *Abruzzo e Molise* 25; O. SALOMIES, in *Acta Colloquii Epigraphici Latini* 276; FISHWICK, *Imperial Cult* I 253 adn. 87; A. DI MEO, *Veleia* 30, 2013, 39 n. 6.
 De cultore Mithrae vide CLAUS, *Cultores Mithrae* 49. Titulos Mithrae sacros in regione quarta repertos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 226 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 155). De munificentia inter al. vide JOUFFROY, *La construction publique* 144. 349. De locutione *equus publicus* vide inter al. DEMOUGIN, *L'ordre équestre* 188–272. De nomine gentilicio Avidiaci etiam cf. ad tit. n. 7632.
 Titulus dedicatus altera parte a. 213 p. C. n., cum Caracalla consul quartum creatus est, fortasse ante m. Sept. ex. eiusdem anni, cum ipse cognomen Germanici accepit (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*⁶ 156–157).
- 3609 = ILS 2707a. Desideratur.
 De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 112; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 249. 279; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 105. 113; BUONOCORE, *Codici epigrafici* 211. 214. Exemplum repetiverunt WILMANN, *Exempla* 1693; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3821; CICERONE, *Tussio* 26; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 896 n. 8; ID., in *Febonio* 134 n. 18; ID., in *Pluralidad e integración* 122. 125. – Cf. I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 40 (= EUND., *Penne* 46); KUBITSCHKE, *Imperium* 60; E. MATTIOCCO, *Arch. Class.* 20, 1968, 136; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558. 559. 560–561; FISHWICK, *Imperial Cult* II 357 adn. 26; FORNI, *Tribù* A1150; G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 12; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 278; EUND., in *Tribù romane* 35; BRANCATO, *Repertorium* II 99.
 4 *tubicini* pro *tibicini*.
 De *tibicine* sacrorum publicorum populi Romani Quiritium vide M. G. GRANINO CECERE, in *L'ordre équestre* 135 n. 3 et praesertim VINCENT, *Jouer pour la cité* passim. De flamine deae Romae vide inter al. FAYER, *Dea Roma* 253; J. SCHEID, in *L'ordre équestre* 85; G. PROSPERI VALENTI, *Boll. Dep. Umbria* 98, 2001, 208. Pater fuit Quintus Atatinus Publii filius Quirina Modestus in tit., qui sequitur, quoque nominatus (de nomine Atatini vide O. SALOMIES, in *Voce concordi* 628). De eius cursu etiam vide A. STEIN, *PIR*² A 1276; B. DOBSON, in *Britain and Rome* 73; SADDINGTON, *Development* 534 n. 71; FORNI, *Tribù* I 219 n. 1150; *PME* I ad n. A 172; DEMOUGIN, *Prosopographie* 422, quae non excludit, quominus titulus aetati in Vespasiani imperatoris sit tribuendus.
- 3610 = ILS 2707. Desideratur.
 De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; G. MORELLI, *Epigraphica*, 52, 1990, 105. 113; BUONOCORE, *Codici epigrafici* 214. Exemplum repetiverunt WILMANN, *Exempla* 1692; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3822; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 896–897 n. 9; ID., in *Febonio* 134 n. 19; M. J. STRAZZULLA, in *Fucino* IV 118 n. 11; BUONOCORE, in *Pluralidad e integración* 122. 125; J. EDMONSON – H. GIMENO PASCUAL, *Madr. Mitt.* 58, 2017, 342. – Cf. LUD-

OVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 40 (= EUND., in *Penne* 46); KUBITSCHKEK, *Imperium* 60; E. MATTIOCCO, *Arch. Class.* 20, 1968, 136; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558. 559. 560–561; FORNI, *Tribù* A1149; P. LE ROUX, in *Epigrafia 2006* III 1020; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; BRANCATO, *Repertorium* II 99.

Publius Atatinus Flaccus titulum posuit patri optimo Quinto Atatino Publii filio Quirina Modesto, qui fuit aetate Tiberii tribunus militum legionis X Geminae in Hispania per annos sedecim (vide E. RITTERLING, *RE* XII, 1925, col. 1679–80. 1687; ROLDÁN HERVÁS, *Hispania y el ejército* 214; LE ROUX, *L'armée romaine* 85), praefectus alae II Gallorum in eadem provincia (vide C. CICHORIUS, *RE* I, 1, 1893, col. 1246; LE ROUX, *l. l.* 86) et praefectus fabrum [vide D. B. SADDINGTON, *The Proceedings of the African Classical Association* 15, 1980, 40 n. 85; EUND., in E. WEBER – G. DOBESCH (Ed.), *Römische Geschichte, Altertumskunde und Epigraphik. Festschrift für Artur Betz zur Vollendung seines 80. Lebensjahres (Archäologisch-epigraphische Studien 1)*, Wien 1985, 534 n. 70–71; LE ROUX, *l. l.* 305 n. 4; SADDINGTON, *Development* II 66]. De eius cursu in hoc titulo in ordine descendenti commemorato praeter AUCTORES supra laudatos vide inter al. A. STEIN, *PIR*² A 1275; EUND., *Ritterstand* 178; B. DOBSON, in *Britain and Rome* 73; P. A. HOLDER, *Auxilia* 242 n. E 5; *PME* A 172 (cum add. I p. 1448; II p. 2011; VI p. 18. 167); ROLDÁN HERVÁS, *l. l.* 436 n. 445; PFLAUM, *Carrières* 1068; LE ROUX, *l. l.* 436 n. 445; FORNI, *Tribù* I 219 n. 1149; DEMOUGIN, *L'ordre équestre* 320. 837 n. 511; EAND., *Prosopographie* 421–422 n. 511.

Ex eo, quod titulus Quinti Atatini Modesti filii (vide supra) aetatis in Vespasiani imperatoris fuisse videtur, colligi potest hunc titulum circ. a. 41 p. C. n. vel paulo post tribuendum (de re universa vide DEMOUGIN, *Prosopographie* 422).

3611 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3611; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 897 n. 10. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558. 559; BUONOCORE, *Abruzzo* 32/35, 1994/97, 317.

7 *Lathimus* pro *Lathymus*.

Praetorianos in titulis regionis quartae nominatos EGO recensui in *Rend. Pontif. Accad. Arch.* 62, 1989/90 (1992), 214. 216 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 140–141); cf. EUND., *Epigraphica* 59, 1997, 246 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 330); etiam cf. O. BOHN, in *EE* V, Romae – Berolini 1884, 252. De nomine Pescennii in regione Vestina nominato vide BUONOCORE *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1986, 202 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 670); etiam V. IORIO, *Reate e l'Ager Reatinus* 118.

Ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tit. tribuendus videtur.

3612 = I² 1807 (add. p. 1044). Plinthus ex lapide calcario a dextra in usum posteriorem recte scissa, in fronte scalpro dentato paululum levigata 36 × 104 × ?. Litt. affabre insculptae 9,5. Puncta triangularia. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSSEL recognovit, nempe prope vicum S. *Eusanio Forconese* muro cuidam exteriori affixa in fronte maioris ecclesiae, ubi a. 1990 contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006977).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 741; EUND., *Codici epigrafici* 206. Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 897 n. 11; DUPRAZ, *Vestins* 259–261 n. 16. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 886.



1 *Sa(lvi)* solvendum; de praenomine Salvii vide SALOMIES, *Vornamen* 88–90 et passim; EUND., in *Prénoms* 33–34. De nomine Ocratii vide G. CALZECCHI ONESTI, *Stud. Etr.* 49, 1981, 177; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 195 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 395) et C. LETTA, in *Valle di Comino* VIII 91; etiam cf. infra ad tit. n. 7635.

Litterarum forma ad saec. I medium a. C. n. adducit.

3613 Desideratur.

Exemplum repetiverunt I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 39 (= ID., in *Penne* 45); PETRACCIA LUCERNONI, *Questori municipali* 170 n. 250; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 897 n. 12; BONKOFFSKY, *Curatores* II, 29 n. I.96; SPADONI, *Prefetti* 73 n. 77 (etiam cf. p. 167. 168. 221. 273); G. PROSPERI VALENTI, *BDASP* 93/94, 2003/04 (2005), 66 n. 50 (etiam cf. p. 16); BUONOCORE, in *Curae cittadine* 107–1088 n. 12 (etiam cf. p. 97–98. 118). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 60; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 384; E. GABBA, *Stud. Class. Orient.* 21, 1972, 104; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558; HUMBERT, *Municipium* 229; G. F. LA TORRE, *Arch. Class.* 37, 1985, 157; S. ZENODOCCHIO, *BDASP* 81, 1991 (1993), 234; A. R. STAFFA, *BCAR* 98, 1997, 171; M. SPANU, *ATTA* 13, 2004, 382; A. CLEMENTI, in *Campi aperti* 250; S. SEGENNI, in *Quotidien municipal* 225; DITURI, *Territorio* 4; FORNI, *Tribù* Y582; BUONOCORE, in *Dediche sacre* 278; EUND., in *Tribù romane* 35; B. DI VINCENZO, *BDASP* 101, 2010 (2011), 20; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9°, 21, 2010 (2011), 184. 186. 189; V. ACCONCIA, in *Vestini* 121.

1 *Qui(nctili) Secundo* inaudite BONKOFFSKY; SEC[- -] traditur, inde *Sec[undo]* OMNES restituerunt; melius autem re perpensa, alio modo cognomen, quod incipit *Sec[- -]*, quoque suppleri potest, ex. gr., *Sec[undioni]*, *Sec[uro]* vel sim. (vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 399). – 3 in. [- -]N AVG traditur, inde *[flami]n(ali) Aug(ustali)* nunc lego (vide tit. n. 3437. 3522); nescio qua causa MOMMSEN suppleverit *[flam(ini)] Aug(ustali)*; *flam(ini) Aug(ustali)* PETRACCIA LUCERNONI et BONKOFFSKY; *[flam(inali)] Aug(ustali)* etiam PROSPERI VALENTI; *[flam]ini Aug(ustali)* SPADONI. – 4 [- -] *T(iti) f(ilia) Bassa u[xor] fecit* vel *posuit* restituerim; *t(estamentum) f(ecit) Bassa u(xor)* temere PETRACCIA LUCERNONI, [- -] *T(iti) f(ilia) Bassa v(iva)* dubitanter SPADONI.

Quin in lapide supra fracto nomen viri, cuius cursus in ordine ascendenti est memoratus, exciderit, dubium non est; fuit praefectus iure dicundo, quaestor, flaminialis (de quo titulo vide O. SALOMIES, *Arctos* 44, 2010, 223) Augustalis et curator viae Claudiae Novae (qua de via vide R. GARDNER, *JRS* 3, 1913, 205–232 et SPANU, *l. l.* passim).

Saec. I ex. p. C. n. fuisse potest.

3613a Desideratur.

Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 897 n. 13; BONKOFFSKY, *Curatores* II, 29 n. I.97. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE, in *Curae cittadine* 96 adn. 5.

[- -] | [- -]blica [- -] | [- -] cur(ator) [- -] | [- -] BONKOFFSKY. – 1 [- -]pu]blica p[ecunia - -] mihi in mentem venit (etiam vide MOMMSEN ad p. 797).

Non excludo, quin tit. saec. I p. C. n. tribui possit.

3614 Tabula ex lapide calcario in fronte levigata, infra in usum posteriorem recte scissa $24,5 \times (46,5) \times 5$ circ. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars inferior periit, $? \times 42$. Litt. 3–2,7. Puncta triangularia. A. 1993 contuli et im. phot. sumpsit *L'Aquila* in aedibus gentis *Persichetti* intrinsecus muro adfixa. Attamen post motum terrae d. 6 m. Apr. a. 2009 ubi exstet ignoro. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006978).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 426. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3978; CICERONE, *Tussio* 26; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 897 n. 14. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558. 559; ANTOLINI, *Iscrizioni* 74; F. GILETTI, *Arch. Class.* 61, 2010, 643.



3 Aveia lapis. – 5 FACIENDVM CICERONE; [f]aciendum pro [f]aciendum; litt. F aetate recentiore addita.

De seviris Augustalibus vide supra ad tit. n. 3603.

Ex litterarum forma saec. I medio p. C. n. tribuerim vel paulo post.

3615 Stela ex lapide calcario in margine superiore dolata undique levigata $96 \times 66 \times 14$. Area titulo inscribendo destinata excavata ab utroque latere fascibus ornata (de quibus anaglyphis imprimis vide SCHÄFER, *Imperii insignia* passim; EUND., *RM* 97, 1990, 307–346) cymatio inverso cincta 69×41 . Litt. 6/4,5. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum (inv. n. 454), ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* n. 953.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006979).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 372; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 487. 625; G. MORELLI, *Epigraphica* 52, 1990, 113; BUONOCORE, *Codici epigrafici* 203. 214. 297; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt COLINI, *Il fascio littorio* 103 n. 34; CICERONE, *Tussio* 25; M. MORETTI, *Museo nazionale* 270; SCHÄFER, *Imperii insignia* 397 n. C49 cum im. phot. tab. 101 fig. 2 ex neg. *D. A. I.*; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 898 n. 15; ID., in *Febonio* 134 n. 20. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558. 559; BUONOCORE, *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 31 cum im. phot. tab. VII fig. 2 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 126); ANTOLINI, *Iscrizioni* 74. 123.

3–4 *lib(erti et) | libertae* solvit SCHÄFER; attamen opinor illud LIB ad sevirum Augustalem, qui praecedit, referendum esse, inde *lib(erto)* solvere malo; excludendum autem non est, quin quadratarius exarare vocabulum *libertae* in fine v. 3 inceperit, i. e. LIB, et in v. sequente vocabulum ipsum sine compendiis scripserit, nulla autem litura adhibita.

De seviris Augustalibus vide supra ad tit. n. 3603. De nomine Opsturii cf. A. E. HANSON, *ZPE* 47, 1982, 247.

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. tribuerim.

3616 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 898 n. 16. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei*

s. 8°, 13, 1968, 400; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 559.

1 [B]etuius restituerim (etiam cf. SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 274). – 2 *Augusta[is]* suppleverim i. e. cognomen.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

3617 Stela ex lapide calcario in angulo inferiore dextro immunita in fronte levigata a tergo paululum scabra $125 \times 43 \times 18$. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 65×43 . Litt. 6–3,5. Puncta in formam circuli redacta. Servatur *Paganica* in aedibus *Suore Pie della Presentazione* nuncupato, ubi hieme a. 1984 quatenus potui contuli et im. phot. sumpsit. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0009854).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 416; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 371. 703; EUND., *Codici epigrafici* 205. Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4232; IOVENITTI, *Paganica* 56 n. 13, qui titulum non hactenus editum putavit; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 898 n. 17; ID., in *Scritti Salvatore Alessandri* 42 n. 14. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 40, 1986, 202 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 671); FIORDIGLI, *San Giustino* 33; BUONOCORE, in *Epigrafia d'età augustea* 54; EUND., *Epigraphica* 73, 2011, 327.



4 LOCAS iam recte MASSONIO, LUPACCHINI et GANDELLI, i. e., ut videtur, pro *Lochias*; nescio qua causa MOMMSEN cognomen *Logias* correxerit.

De vilico vide L. GASPERINI, *Abruzzo* 10, 1972, 70, AUBERT, *Business Managers* 454 n. B118 et CARLSEN, *Vilici* passim; vilicos saepius in titulis regionis quartae memoratos recensui EGO, *Stud. Class. Orient.* 36, 1986, 285 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 67); ID., *Epigraphica* 59, 1997, 244 adn. 49–61 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 328–329 adn. 49–60); ID., in *Scritti, l. l.* 42–44. Ex eo, quod memoratur Vitulasia Briseis quaedam, colligi potest titulum pertinere ad familiam consulis suffecti a. 78 p. C. n. Sexti Vitulasiai Lucii filium Nepotis, cuius vilicus fuit Glaucus ille in v. 1 nominatus, qui consul ex urbe Aveia oriundus esse videtur (etiam vide M. TORELLI, in *Epigrafia e ordine sena-*

torio II 189; ANDERMAHR, *Totus in praediis* 492 n. 595; W. ECK, in *Lexicon Topographicum* II, Roma 1995, 215; S. SEGENTI, in *Epigrafia e territorio* VII 135. 139; K. WACHTEL – M. HEIL, *PIR*² V 778). Quamvis hunc titulum indicibus carentibus ad Aveiam MOMMSEN noster rettulerit, attamen non est cur excludam, quin titulus ad vicum Fificulanum referendus sit, ex eo, quod memorantur Glaucus quidam, qui fuit vilicus Vitulasiae Lucii filii Quirina Nepotis consulis iam tit. n. 3587 nominati (vide supra), et liberta Vitulasia Briseis, quae una cum sex filiis, quibus nomina Locias, Hymnus, Logas, Glaucus, Liberalis et Logismus, titulum suo coniugi posuit. Res autem incerta manet.

Si recte sum opinatus, tit. saec. I ex. tribuerim, ad quod tempus litterarum forma adducit.

3618 = I² 1808 (add. p. 1044). Tabula ex lapide calcario undique levigata 42 × 71 × 17. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 27 × 57. Litt. affabre insculptae 7–6. Puncta triangularia sursum directa. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1016.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006980).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 377; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 418. 650; EUND., *Codici epigrafici* 203; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 898 n. 18; DUPRAZ, *Vestins* 223–225 n. 8 (etiam cf. p. 82). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 60; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8^o, 13, 1968, 384; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 559; FORNI, *Tribù Rep.* F24; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 196 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 395); EUND., in *Tribù romane* 35; EUND., *Latomus* 71, 2012, 886; E. DUPRAZ, in *Écriture* 211–212.

De praenomine Vibii vide SALOMIES, *Vornamen* 96–97 et passim; É. DUPRAZ, in *Prénoms* 112–113. 122–123; SALOMIES, *ibid.* 37.

Forma litterarum ad saec. I medium a. C. n. adducit.

3619 Tabula ex lapide calcario undique levigata 45 × 66 × 12. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio nunc autem caelo dolato cincta 26 × 32. Litt. affabre insculptae 4–3,8. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1038.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006981).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 388; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 410. 582; EUND., *Codici epigrafici* 202; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 898 n. 19. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558.

Ex litterarum forma primae aetatis imperatoriae esse potest.

3620 Tabula ex lapide calcario undique levigata supra et a dextra fracta (54) × (57) × 18. Litt. 4,5–4. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli.

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 417; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 378. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 898 n. 20. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 889.

2 *Zetus* pro *Zethus*.

In titulis Amiterninis reperies formam Ancharii (vide n. 4233. 8242).

Forma litterarum ad saec. I medium a. C. n. adducit.

3621 = I² 1809 (add. p. 1044 cum im. phot. tab. 87 fig. 4). Tabula ex lapide calcario undique levigata 48 × 45 × 12. Litt. 4–3,8. Puncta triangularia sursum directa. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1013.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0000755. 6982).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 379; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 413. 646; EUND., *Codici epigrafici* 203; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt RITSCHL, *Monumenta* tab. LX litt. C; DIEHL, *Altlateinische Inschriften*⁵ 679; A. DEGRASSI, *Mem. Accad. Lincei* s. 8^o, 13, 1967, 49–50 cum im. phot. tab. XIX fig. 32 (= ID., *Scritti vari* III 149 cum im. phot. fig. 32); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 898–899 n. 21; DUPRAZ, *Vestins* 227–235 n. 9 cum amplissimo commentario (etiam cf. p. 444). – Cf. KUBITSCHKEK, *Imperium* 60; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8^o, 13, 1968, 384; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558; E. MATTIOCCO, *Abruzzo* 23/28, 1985/90, 550; FORNI, *Tribù Rep.* F84; BUONOCORE *ZPE* 108, 1995, 123 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 76); EUND., *Epigraphica* 68, 2006, 229; CHIOFFI, *Caro* 70; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; EUND., *Latomus* 71, 2012, 886; E. DUPRAZ, in *Écriture* 212.

3 *posit* pro *posuit*. – 5 *probisuma* pro *probissima* (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 127. 139); etiam vide infra tit. Albensem n. 7950. – 6 *Bruti* pro *Brutti* (cf. EAND., *ibid.* 139).

DEGRASSI, *l. l.* non excludit, quominus Publius Bruttius Publii filius Quirina frater vel propinquus fuerit Quinti Bruttii Publii filii Quirina, qui fuit bovarius de Campo, ut sane elicitur ex tit. urbano scil. huius Corporis vol. I² 1259 (add. p. 973) = VI 37806 = *ILS* 7480 = WARMINGTON, *Remains* 68 = *ILLRP* 802; etiam cf. FORNI, *Tribù Rep.* 82; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35; DUPRAZ, *l. l.* 229–230). Praenomen muliebri Gaviae hic solum occurrit: vide KAJAVA, *Praenomina* 40 (de nomine Gaviae male cogitat S. SEGENTI, *Epigraphica* 51, 1989, 143); de praenomine Tertiae vide KAJAVA, *l. l.* 77–82 et passim cum amplissimo commentario, ubi tituli colliguntur (titulus noster memoratur ad p. 78) etiam C. LETTA, in *Necropoli di Fossa* IV 321 adn. 16.

Saec. I medio a. C. n. tribuenda.

3622 (add. p. 680) = *CLE* 381. Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 270. Exemplum repetiverunt CHOLODNIK, *Carmina sepulcralia*² 237; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4243; BUONOCORE, *Giorn. Ital. Filol.* 49, 1997, 42 n. 55 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 184 n. 55); ID., in *Fonti latine e greche* II 899 n. 22; ID., in *Temptanda viast* 10 n. 43. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 187. 188 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 386. 388); ANTOLINI, *Iscrizioni* 57; BUONOCORE, in *Fides amicorum* 102. 103. 104.

2–4 sunt dactyli hexametri, quorum autem prior tantummodo in clausula agnosci potest, scil. *vixi viro cara custosq(ue) fidelis | supremaq(ue) die vir me decoravit honeste*; quorum priorem BÜCHELER censuit depravatam ab huiusmodi exemplo *cara viro vixi coniunx custosq(ue) fidelis*. Quos hexametros sic in sermonem Italicum vertendos opinor: “Sono vissuta diletta al marito nonché custode devota e nel giorno del trapasso mio marito degnamente mi ha onorata” (sermonem Hispanicum reperies apud FERNÁNDEZ MARTÍNEZ, *Poesía epigráfica* I 222 ad n. *CLE*); de

locis similibus etiam vide F. SOCAS GAVILÁN, in *Asta ac pelle* 193. De verbo *decorare* cf. M. C. FRANCO, *Epigraphica* 33, 1971, 90. De muliere domiseda i. e. domus custode praesertim vide M. MASSARO, *Epigrafia metrica latina* 109–112 (etiam vide CUGUSI – SBLENDORIO CUGUSI, *Carmina Latina Hispanica* 138). De locutione *suprema die* M. MASSARO, in *Scritti Mario Pani* 304–305. De nomine gentilicio Caesieni vide DEMOUGIN, *Prosopographie* 620; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 188 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 388); SPADONI, *Prefetti* 79; E. DUPRAZ, in *Onomastica* 323; O. SALOMIES, in *Voce concordia* 618. De cognomine *Nape*, quod tit. Aufini n. 7495 et tit. Amiternino n. 4458 quoque reperies, etiam vide M. MAYER I OLIVÉ, *SEBarc* 13, 2015, 204–205.

Saec. I p. C. n. tribuerim.

3623 Stela ex lapide calcario undique levigata in formam fastigii supra desinens cum acroteriis floralibus 94 × 49 × 15. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta 59 × 33. Litt. ad actuarias transgredientes impares 4,8–4. Puncta triangularia. Supra extra aream marginatam a sinistra imagines codicis et voluminis insculptae [de quibus anaglyphis fusius disserui EGO, *Scrittura e civiltà* 17, 1993, 309–315; ID., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 24–25 (= ID., *Abruzzo e Molise* I 117–120)]. Servatur L'Aquila in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* n. 985 VW 83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006983).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 381; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 451. 613; EUND., *Codici epigrafici* 203; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 899 n. 23. – Cf. M. MORETTI, *Museo nazionale* 273; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE, *Scrittura e civiltà*, l. l. 313 cum im. phot. tab. III fig. 4; EUND., *Abruzzo*, l. l. 25 cum im. del. e Corpore deprompta tab. III fig. 3 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 118 im. phot. fig. 4); D'EREDITÀ, *Aveia* 142.



2 Ceseno pro Caeseno (cf. M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 116); attamen cf. tit. huius Corporis vol. XV 285. – 3 *Ametisto* pro *Amethysto*. – 4 litterae singula-

res P P MOMMSEN solvit, fortasse recte, *p(ro) p(ietate)* (cf. supra tit. n. 2291. 3452). – 8 litt. singulares B M D solverim *b(ene) m(erenti) d(edit)* (cf. tit. huius Corporis vol. XI 1066 = *ILS* 6672 (cf. p. 756)). – 9 Γ P MOMMSEN (“prior littera formata sic ut dedi S potius est quam P”); prior littera ad T redducenda, inde litt. singulares T P solverim *t(itulum) p(osuit)*.

Ex litterarum forma et ex formula *D(is) M(anibus) s(acrum)* compendiis scripta alteri parti saec. II p. C. n. tribuo.

3624 = VI 15447. Desideratur. – Inter titulos Aveiates delendus. Fuit tabula ex marmorea, quam DRESSEL vidit Paganicae prope Aquilam in aedibus marchionis *Dragonetti* (vide tit. huius Corporis vol. VI 15447); de re universa vide BUONOCORE, in *Varia epigraphica* 108. 118 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 261–262. 274); etiam cf. supra ad tit. huius Corporis vol. IX 767*.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 899 n. 24. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550; BUONOCORE, in *L'iscrizione e il suo doppio* 216–217.

2 *Geminae* haud recte MOMMSEN, qui pendet e MURATORI; Ge iam recte ANTINORI, cum quo consentit DRESSEL.

Cf. tit. huius Corporis vol. VII 432, ubi memoratur Claudius Epaphroditus Claudianus quidam, qui fuit a. 238 p. C. n. vel postea tribunus cohortis I Lingonum in Britannia, de quo vide *PME* ad C 140 (cum add. II, 2061; VI p. 95) et R. ZUCCA, in *L'Africa Romana* 9, Sassari 1992, 632 n. 23.

Ex formula *Dis Manibus* sine compendiis scripta saec. I p. C. n. tribuo.

3625 Periisse videtur. – Inter titulos Aveiates eximendus ex eo, quod mea sententia ad urbem Romam pertinet [vide, quae scripsi in *Varia epigraphica* 108 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 261–262)]. Fuit tabella ex marmore in duas partes inter se coniunctas composita in angulo inferiore sinistro imminuta. 10 × 25 × ?. In lucem rediit a. 1892 effossionibus institutis ad coemeterium efficiendum prope ecclesiam dirutam S. Raineri haud longe a vico *Civita di Bagno* sitam.

Exemplum repetiverunt G. RIVERA, *NS* 1892, p. 208; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 899 n. 25. – Cf. KUBITSCHKE, *Imperium* 60; R. GARDNER, *JRS* 3, 1913, 217, qui titulum ineditum cogitavit; A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 383; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558; FORNI, *Tribù* I 427 n. 1260; BUONOCORE, in *Tribù romane* 32; EUND., in *L'iscrizione e il suo doppio* 216–217.

2 *Pal(atina)* RIVERA, FORNI.

Ex formula *D(is) M(anibus)* compendiis scripta saec. II p. C. n. tribuo.

3626 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 899 n. 26. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558; BUONOCORE, *Epigraphica* 47, 1985, 39 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 639).

Aetatem non definio.

3627 Tabula ut videtur ex lapide calcario undique in usum posteriorem recte scissa, in fronte valde attrita (50) × (40) × ?. Litt. actuariarum 4/3,8. Puncta in formam virgulae redacta. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe prope vicum *S. Eusanio Forconese* muro cuiusdam exteriori affixa in fronte maioris ecclesiae, ubi a. 1990 contuli et im. phot. sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1064.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006984).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 729; EUND., *Codici epigrafici* 205. Exemplum repetiverunt

DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 3979; I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 38 (= ID., *Penne* 44); BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 900 n. 27; SPADONI, *Prefetti* 73–74 n. 78; BUONOCORE, *PP* 59, 2004, 418 adn. 3; ID., in *Epigrafia* 2006 576. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 384; E. GABBA, *Stud. Class. Orient.* 21, 1972, 104; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; HUMBERT, *Municipium* 228–229. 373; G. F. LA TORRE, *Arch. Class.* 37, 1985, 157; BUONOCORE, *Epigraphica* 47, 1985, 39 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 639); S. ZENODOCCHIO, *BDASP* 81, 1991 (1993), 234; A. R. STAFFA, *BCAR* 98, 1997, 171; M. SPANU, *ATTA* 13, 2004, 382; BUONOCORE, *Misc. Bibl. Ap. Vat.* 12, 2005, 16; D'EREDITÀ, *Aveia* 141; DITURI, *Territorio* 4; DUPRAZ, *Vestins* 22; S. SISANI, *Rend. Accad. Lincei* s. 9°, 21, 2010 (2011), 184–185; B. DI VINCENZO, *BDASP* 101, 2010 (2011), 20; V. ACCONCIA, in *Vestini* 121.



4–6 mea sententia memoratur Felicissimus quidam, qui fuit servus publicus praefecturae Aveiatium, inde restituerim et Felicissim[us] | ser(vus) praef(ecturae) Aveiat(ium); ser[vus] haud recte SPADONI; de praefecto Aveiatium cogitant RELIQUI, immo SPADONI addit: “Aveia, dopo la conquista del 293 a. C. n., fu ordinata in prefettura (vd. Peltuinum) e tale è attestata epigraficamente in CIL IX 3627: praef(ectura) Aveiat(ium) V(estinorum)”, attamen illud V ad verbum *v(ixit)* est referendum. Praetermittendus quoque non est tit. n. 5016, ubi laudatur curator calendarii Aveia, de quo etiam vide SISANI, *l. l.* 186 cum alia bibliographia; etiam cf. S. ANTOLINI, in *Curiae cittadine* 124. – 6 A° II lapis, i. e. *a(mnis)* II; SPADONI non excludit, quominus de II vel de LI agatur.

Memorantur Cornelia Faustina mater et Felicissimus servus publicus praefecturae Aveiatium, qui titulum posuerunt infanti vel puellulae cuidam, cuius ratio nominis in lapide supra fracto excidit. De nomine gentilicio Corneliae Aveiae laudato cf. FASOLINI, *Tribù romane* 159.

Non sine dubio saec. II p. C. n. tribuerim.

3628 = I² 1810 (add. p. 1044). Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 416; BUONOCORE, *Tradizione*


manoscritta n. 436. 742; EUND., *Codici epigrafici* 206. Exemplum repetiverunt ID., in *Fonti latine e greche* II 900 n. 28; DUPRAZ, *Vestins* 237–238 n. 10. – Cf. I. LUDOVISI, *Boll. Antinori* 9, 1897, 45 (= EUND., in *Penne* 51); A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 384; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; E. DUPRAZ, in *Écriture* 212.

2 *Suro* pro *Syro* haud recte DUPRAZ (de cognomine Suri vide ex. gr. SOLIN, *Sklavennamen* 614). – 3 *Boucleiae* male M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 132 (etiam vide EAND., *l. l.* 150). – 4 *Edulioni* pro *Hedylioni* (cf. EAND., *l. l.* 112 et DUPRAZ, *l. l.* 238–239).

Ex eo, quod titulus teste DRESSEL litteris antiquioribus exaratus est, priori parti saec. I a. C. n. tribuerim.

3629 = I² 1811 (add. p. 1044). Stela ex lapide calcario supra rotundata, in fronte leviter expolita, a tergo paululum scabra 44 × 44 × 16. Supra anaglyphorum vestigia exstant, quae autem distingui nequeunt. Duae areae titulo inscribendo destinatae sulco continuo cinctae, superior (v. 1–2) 15 × 38,5, inferior excavata (v. 3–4) 15 × 38,5. Litt. profunde incisae 7–4,5. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsit. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1031.VW.83; neg. *Sopr. Arch. Chieti* n. 53622. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006985–86).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 385; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 425. 569; EUND., *Codici epigrafici* 202; S. SEGENTI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 900 n. 29; DUPRAZ, *Vestins* 241–243 n. 11. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 886; E. DUPRAZ, in *Écriture* 212.



2 PHILARG° V̄VERI lapis, ut iam DRESSEL notavit; inde *Philarguri* correxit MOMMSEN addens, quae sequuntur: “quadratarus fortasse ipse emendavit”. In dubio autem maneo, utrum de duobus cognominibus agatur necne; inde ratio nominis v. 1–2 legenda est *P(ubli) Luccei P(ubli)*

l(iberti) | Philarg(yri) V̄eri vel potius *P(ubli) Luccei P(ubli) l(iberti) | Philargu(e)ri* (pro *Philargyri*). De nomine Lucceii fusius Aveiae memorato (cf. tit. n. 3630–3631) vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 189 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 389).

Litterae ad alteram partem saec. I a. C. n. vel etiam ad primam aetatem imperatoriam adducunt.

3630 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 900 n. 30. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 189 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 389).

Ad idem sepulcrum tit. sequens fortasse pertinet.

Primae aetatis imperatoriae esse videtur.

3631 Tabula ex lapide calcario a dextra in usum posteriorem recte scissa, supra fracta undique levigata 20 × (51) × 11. Area titulo inscribendo destinata excavata cymatio inverso cincta, cuius pars a dextra periit, 14 × ?. Litt. 4,8–4. Puncta triangularia. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* n. 53623. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006987).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 384; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 412. 772; EUND., *Codici epigrafici* 207; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 900 n. 31. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 189 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 389).



1–2 *Primu*la EGO; *Prim*[il]la restituit MOMMSEN.

Ad idem sepulcrum tit., qui praecedit, pertinere videtur.

Forma litterarum ad primam aetatem imperatoriam adducit.

3632 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 416. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 900 n. 32. – Cf. A. LA REGINA, *Mem. Accad. Lincei* s. 8°, 13, 1968, 384; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550.

Supplementa incertissima manent.

Cuiusnam aetatis sit, definiri non potest.

3633 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113. Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 901 n. 33. – Cf. KUBITSCHKE, *Imperium* 60; M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558; FORNI, *Tribù* P43; BUONOCORE, in *Tribù romane* 35.

1 *Pagnio* pro *Pacino* haud recte dubitanter correxit M. G. TIBILETTI BRUNO, *Abruzzo* 9, 1971, 133. 140; de nomine gentilicio Pagnii vide SCHULZE, *Eigennamen* 203.

Saec. I p. C. n. fuisse videtur.

3634 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 901 n. 34. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557. 558; DE LUCA, *Pagine di storia* 113.

1 nomen gentilicium Quirinii recentior forma nominis Quirini esse videtur (vide infra ad tit. Amiterninum n. 8340). De nomine vide G. ROCCA, in *Forme e strutture* 619 (ubi autem scr. 8634). – 2 de verbo *restituo* cf. ex. gr. tit. huius Corporis vol. VI 1833b (add. p. 3430. 3818). 22120 (add. p. 3916) = *ILS* 8383. 37767; de re universa vide M. L. CALDELLI, in *Libitina* 343–354. 348.

Primae aetatis imperatoriae tribuerim.

3635 = I² 1812 (add. p. 1044). Stela ex lapide calcario supra rotundata, in fronte scalpro dentato dolata, a tergo rudis 85 × 36,5 × 13. Litt. affabre insculptae 4,5–3,6. Puncta in formam virgulae acclivis redacta. Servatur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. sumpsi. *Neg. Sopr. Arch. Chieti* n. 53624. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006988).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 418; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 368. Exemplum repetivi BUONOCORE, *Fonti latine e greche* II 901 n. 35. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; E. DUPRAZ, in *Écriture* 211.

Ad idem sepulcrum titulus sequens fortasse pertinere videtur. De nomine Remmii fusius disseruit DUPRAZ, *Vestins* 214–215. Etiam cf. infra ad tit. Amiterninum n. 8316.

Litterae ad primam aetatem imperatoriam saltem adducunt.

3636 Desideratur.

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 418; A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 370. Exemplum repetiverunt ID., in *Fonti latine e greche* II 901 n. 36; DUPRAZ, *Vestins* 217–218 n. 6. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; E. DUPRAZ, in *Écriture* 211.

Ad idem sepulcrum tit., qui praecedit, fortasse pertinet.

Primae aetatis imperatoriae fuisse videtur.

3637 Stela ex lapide calcario in fronte perquam adesa anaglypho fastigii triangularis cum acroteriis pseudofloralibus ornata. Area titulo inscribendo destinata paululum excavata fascia continua cincta. In fastigio a sinistra sunt insculpta cista, vasculum ansatum et gallicae duae [de quibus anaglyphis vide praeter BUONOCORE, *MEFRA* 94, 1982, 727–734 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 692–697), EUND., *Abruzzo* 36/38, 1998/2000, 34–35 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 130–131), praesertim L. SENSI, in *Civiltà dei Romani* 176–186]. Etiam hodie exstat eodem loco, quo DRESSEL recognovit, nempe prope vicum *S. Eusonio Forconese* muro cuidam exteriori affixa in fronte maioris ecclesiae loco edito, ubi a. 1990 quatenus potui contuli et im. phot. sumpsi. *Neg. D. A. I. Rom* n. 1065 VW 83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006989–90).

De traditione manuscriptorum vide A. PASQUALINI, in *Antinoriana* I 113. Exemplum repetiverunt BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 901 n. 37; DUPRAZ, *Vestins* 213–215 n. 5. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE, *Abruzzo, l. l.* 35 cum im. phot. tab. XI fig. 2 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 131); F. SQUADRONI, *SEBarc* 6, 2008, 15.



1–2 RESTITVTAE PROCV|LAE ◦ FIDELIA ◦ SAERVAE lapis, inde MOMMSEN putavit quadratarium dedisse errore *Fidelia* pro *Fideli*; mea autem sententia in hoc titulo memoratur Restituta quaedam, quae fuit serva Proculae Fidelis aliunde ignotae, inde *Fidelia saervae* pro *Fidelis servae*; de rarissimo nomine gentilicio Proculi vide SOLIN – SALOMIES, *Repertorium*² 149. Res autem incerta manet. – 3 *vix(it)* EGO. – 4 [...]E DRESSSEL, [...]he EGO, inde de cognomine quod in [...]he terminatur cogitaverim, scil. *Lethe*, *Methe*, *Tyche* vel sim. (vide SOLIN, *Namenbuch*² 1502–1503).

Ex litterarum forma saec. II p. C. n. vel paulo post saltem tribuerim.

3638 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 901 n. 38. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558.

Non excludo, quin primae aetati imperatoriae sit tribuenda.

3639 = I² 1813 (add. p. 1044) = *ILLRP* 953. Duo cippi supra rotundati ex lapide calcario ad idem sepulcrum pertinentes in fronte levigati, a tergo paululum scabri. Prior 55 × 40 × 14; litt. 4,3–2. Alter 48 × 37 × 13; litt. 3,5–2. Utrique titulus idem. Puncta triangularia sursum directa. Servantur *L'Aquila* in museo nationali antiquitatum, ubi a. 1984 contuli et im. phot. Neg. *D. A. I. Rom* n. 1027.VW.83. – Cf. im. phot. in *ACE* sub n. (inv. n. PH0006991).

De traditione manuscriptorum vide F. DI GREGORIO, *BDASP* 64, 1974 (1975), 386; BUONOCORE, *Tradizione manoscritta* n. 484. 771; EUND., *Codici epigrafici* 207. 297; S. SEGNI, *Stud. Class. Orient.* 52, 2006 (2009), 244. Exemplum repetiverunt WILMANN, *Exempla* 274; DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4274; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 901–902 n. 39; LASSÈRE, *Manuel*² I 256 n. 158; DUPRAZ, *Vestins* 219–222 n. 7–7bis; BUONOCORE, in *L'iscrizione e il suo doppio* 204 n. 16 (etiam cf. p. 205–206). – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 558; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 2 adn. 8; EUND., *Latomus* 71, 2012, 886; B. AUGIER, in *Epigrafia e ordine senatorio, 30 anni dopo* I 50; E. DUPRAZ, in *Écriture* 211.

3–6 “in utroque exemplo postea adiecta sunt litteris minus vetustis” MOMMSEN supra. – 5–6 de locutione *nisi*

quorum nomina inscripta sunt inferetur nemo vide S. ORLANDI, in *Libitina* 359–384; DUPRAZ, *l. l.* 221; L. CHIOFFI, in *Handbook* 640.

Q. Salvidenus Maximus quidam redit tit. Reatino n. 8645. De nomine gentilicio Salvideni (etiam cf. tit. Peltuinatem supra n. 3496) vide T. P. WISEMAN, *Class. Quart.* n. s. 14, 1964, 130; BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 59, 1997, 151 (= EUND., *Abruzzo e Molise* II 833); I. DI STEFANO MANZELLA, *ZPE* 85, 1991, 181; J. PATTERSON, in *San Vincenzo al Volturno* II 19; A. TORTIELLO, *Mem. Accad. Lincei* s. 9^o, 17, 2004, 555.

Ex litterarum forma saec. I medio a. C. n. tribuerim.

3640 Desideratur.

Exemplum repetiverunt DE RUGGIERO – VAGLIERI, *Sylloge epigraphica* 4304; BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 902 n. 40. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550; BUONOCORE, in *Temptanda viast* 2 adn. 8; S. SEGNI, in *Proprietà imperiali* 133–134 (etiam cf. p. 128).

4 incertum quomodo recte sit restituendum nomen gentilicium Pomp(- -). – 5 *Cartir* fortasse pro *Carter*; de quo cognomine vide H. SOLIN, *Arctos* 8, 1974, 154 (= EUND., *Analecta epigraphica* 53); BUONOCORE, *Xenia antiqua* 4, 1995, 194 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 625). Etiam vide supra ad tit. Corfiniensem n. 7234.

De Secunda Caesaris nostri serva vide WEAVER, *Familia Caesaris* 146 n. 8, qui non excludit, quominus Pompeia Verecunda mater Secundae fuerit liberta Pompeiae Plotinae, priusquam uxor Traiani titulum Augustae assumpsit; etiam vide signaculum in vico *Forcona* repertum, scil. tit. n. 6083, 65, ubi nominatur Fortunatus quidam, qui fuit dispensator Augusti nostri (de quo vide S. SEGNI, *Epigraphica* 51, 1989, 148; EAND., in *Proprietà imperiali, l. l.*; etiam vide A. BUONOPANE, in *Instrumenta Inscripta* V 150 n. 10. 155 cum alia bibliographia). Successores alios ex. gr. tit. n. 7063 Interpromii et n. 3686 Marruvii repertos quoque invenies.

Si recte intellexi, dedicatus est ante a. 102, cum Plotina Augusta facta esse videtur (cf. KIENAST, *Kaisertabelle*⁶ 120).

3641 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 902 n. 41. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550. 557.

Cuiusnam aetatis sit, non definio.

3642 Desideratur.

Exemplum repetivi BUONOCORE, in *Fonti latine e greche* II 902 n. 42. – Cf. M. ALIMONTI DI BARTOLOMEO, *BDASP* 65, 1975 (1976), 550; BUONOCORE, *Latomus* 71, 2012, 889.

De nomine gentilicio Variasii vide BUONOCORE, *Misc. Greca e Romana* 17, 1992, 195 (= EUND., *Abruzzo e Molise* I 395).

